Car[illegible] lib.

Est 56
nº 100

R 16
4/9

CONCORDIA

Et noua reductio antinomiarũ iuris communis, ac regij Hiſpaniarum: in qua veræ horum iurium differentiæ, & quàmplurium legum regiarum, communiũque intellectus, & recepta praxis cauſarum forenſium explicantur.

Cui additæ ſunt differentiæ, ac concordiæ inter ius regium, & regni Nauarræ.

ET SVPERADDITVS EST PERVTILIS EPILOGVS LEgum ſeptem partitarum, quæ per alias leges poſteriores, & per deſuetudinem, aut contrarium vſum, in totum, vel partem correctæ, atque abrogatæ inueniuntur: per ordinem ipſarum partitarum, & titulorum digeſtus: in gratiam ſtudioſorum iudicum, & aduocatorum totius Hiſpaniæ.

Authore Ioãne Martinez de Olano, in ſupremo regio Senatu & curia Catholica Aduocato.

Ad illuſtriſsimum dominum Didacum Couarruuias à Leiua Epiſcopum Segobiẽſem, & ſupremi regij Senatus Præſidem.



Corrigiose con co-
mision de los
SS. Inquisido-
res segun el exp-
dice de 1707.
f. Antº Blanco

Cum licentia & priuilegio Regio.

BVRGIS,

Apud Philippum Iuntam.

1575.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Licenciado Ioan Martinez de Olano, abogado en eſta nueſtra corte, nos fue hecha relacion diziendo, que vos auiades hecho vn tractado, que ſe intitula. Concordia noua & reductio Antinomiarum iuris communis, & Regi Hiſpaniarum. Y vn epilogo de las leyes delas Partidas, que ſe hallã corregidas por otras leyes, y por contrario vſo, o por no vſarſe. Y porque todo era muy vtil y prouechoſo, nos ſupplicaſtes os mandaſſemos dar licencia para que lo pudieſſedes imprimir, y priuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias, que la Pragmatica por nos hecha, ſobre la impreſsion delos libros, diſpone. Y por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos enla dicha razon, e yo tuue lo por bien. Y por la preſente os damos licencia y facultad, para q̃ por termino de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten, deſde el dia de la fecha de eſta nueſtra cedula, vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, podays imprimir, y vender el dicho libro y epilogo, que de ſuſo ſe haze mencion. Y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor de eſtos nueſtros Reynos, que vos nombraredes, para q̃ por eſta vez lo pueda imprimir: con q̃ deſpues de impreſſo, antes que ſe venda, lo traygays al nueſtro Conſejo para que ſe corrija con el original, que va rubricado y firmado al cabo del, de Gonçalo Pumarejo nueſtro Eſcriuano de Camara, delos que en el nueſtro Conſejo reſiden: y ſe os taſſe el precio que por cada vn volumen huuieredes de auer. Y mandamos, que durãte el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licencia, no lo pueda imprimir ni vender, ſopena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido, y pierda todos y qualeſquier libros, y moldes que del tuuiere y vẽdiere en eſtos nueſtros Reynos, e incurra en pena de cinquenta mil marauedis: la tercia parte de ellos para el denunciador, y la otra tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare. Y mãdamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidente, y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtentes, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquiera, de todas las Ciudades, Villas, y Lugares delos nueſtros Reynos y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced, que aſsi vos hazemos: y contra el tenor y forma de ella no vos vayã, ni paſſen por alguna manera: ſopena dela nueſtra merced, y de veynte mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Madrid, a diez y ocho dias del mes de Septiẽbre, de mil y quinientos y ſetenta y quatro años.

YO EL REY Por mandado de ſu Mageſtad. Antonio de Eraſſo.

YO Gonçalo Pumarejo, Secretario del Conſejo de ſu Mageſtad: doy fee, que por los Señores del Conſejo de ſu Mageſtad, fue viſto el libro intitulado, Concordia y reducion de las differencias de las layes de eſte Reyno, y del derecho comun, que con ſu licẽcia hizo imprimir el Licenciado Ioan Martinez de Olano: y taſſaron cada pliego del dicho libro en papel, a tres marauedis y medio. Y mandaron que no ſe pueda vender el dicho libro, ſin que primero ſe põga eſta taſſa en la ſegunda hoja del dicho libro. Y para q̃ de ello conſte, por mandado delos dichos Señores, y de pedimiento del dicho Licenciado Olano, di la preſente. Que es fecha en Madrid, o catorze de Iulio, de mil ẏ quinientos y ſetenta y cinco años. Gonçalo Pumarejo.

Eſte libro eſta biẽ impreſſo, las principales erratas q̃ tiene ſon las ſiguiẽtes.

Pagi.	Lin.	Pro.	Lege.
		En la animaduerſion al lector.	
2.	25.	partim aliquam	partem aliquam
3.	6.	rederem	raderem
		En las prefationes.	
1.	antep.	obſeruari	obſeruare

Pag.	Col.	Lin.	Pro.	Lege.
			En la letura.	
8.	2.	23.	non	num
9.	1.	31.	vellit	velit
10.	1.	30.	illicies	elicies
15.	2.	31.	tis	tur
16.	1.	fin.	nem Greg.	nem dicit Greg.
18.	1.	20.	erudentiſſ.	eruditiſſ.
20.	1.	9.	nu.de vſur,6.	nu.6.de vſur.
21.	2.	16.	dona	damna
22.	1.	22.	vindicatur	vendicatur
22.	1.	34.	vindicatur	vendicatur
22.	2.	2.	fui	feciſſe
22.	2.	15.	vſurp.	vſur.
22.	2.	20.	hor.10.	leg.10.
23.	1.	4.	excuſationi	executioni
23.	2.	27.	minuerunt	minuerent
24.	2.	31.	eſt an	ſtan
25.	1.	12.	his	hos
26.	1.	14.	præcipuit	præcipit
26.	1.	15.	ſolue	ſolui
26.	2.	1.	in.l,2.	in num,2.
26.	2.	15.	delicta	dilecta
27.	1.	14.	milis	mibilis
28.	2.	14.	quam reis	quamuis
29.	1.	7.	ioratum	ioratuum
29.	2.	29.	additus	aditus
29.	2.	33.	inſtitut	inſtrum
30.	2.	22.	et qui	ei qui
30.	2.	ãtep.	et qui	ei qui
31.	1.	18.	tũ	tu
31.	1.	21.	contra	contrariam
31.	2.	15.	milia	millium
32.	1.	1.	cenſor	cenſore
32.	1.	fin.	ff.ſerui vinditorũ.	ff.ſi ſerui vẽdit
34.	1.	1.	torum	to
37.	1.	23.	notus	nothus
37.	2.	6.	muni partitarũ	muni & partitarũ
37.	2.	7.	legitimus	legitimis
37.	2.	9.	duodecimo	duodecim
38.	1.	12.	fuerant	eſſent
38.	1.	33.	capitulo	capitulum
38.	1.	35.	ſed	eodem
38.	2.	15.	bannitorum	Adde bannitorũ
38.	2.	31.	poſt liminum	poſt liminium
40.	1.	8.	redit	reddit
40.	1.	fin.	legem Taurinę	legis Taurinę
41.	2.	5.	§.leges	§.11.
42.	2.	26.	lege	lex
43.	2.	30.	iuri	iure

Pag.	Col.	Lin.	Pro.	Lege.
44.	1.	36.	ſimplum	ſimpli
47.	2.	21.	euitat	euitet
52.	1.	25.	leges	legis
52.	2.	25.	et dicit	dicit et
52.	2.	31.	diſtinctionem	hãc diſtinctionẽ
52.	2.	fin.	coacti	coactos
53.	2.	11.	ſupra.l.6.	ſupra litera,B.
53.	2.	25.	eſt.l.12.&.3.tit,7.	eſt.l.5.tit.4.
54.	1.	pen.	voltun	volunt
55.	1.	5.	ceſſauit	ceſſabit
55.	1.	27.	egregiæ diſ.	egregie deſ.
57.	1.	7.	conuenire	conueniri
57.	2.	19.	illiciatur	eliciatur
59.	1.	11.	Abantia	Auaritia
61.	1.	27.	redere	redire
61.	2.	25.	tabe	lata
62.	1.	22.	commendata	commodata
62.	1.	29.	diſpoſiti	depoſiti
62.	2.	2.	intellectus	intellecti
64.	2.	31.	fuiſſe	fuſe
65.	2.	4.	captis pignorib⁹	capta pignora
65.	2.	30.	tis	bis
68.	1.	24.	ſin autem	ſunt autem
72.	1.	9.	vide.7.	vide infra
78.	1.	pen.	not.2.num.c.	not.2.c.
78.	1.	fin.	titulo	numero
78.	2.	10.	condit	condict
81.	2.	6.	rubrum	rhumbun
81.	2.	17.	nouis is	non viſis
81.	2.	20.	fugare	fugere
84.	1.	26.	lex	legem
86.	2.	20.	reſpice	reſpue
87.	1.	16.	l.68.	l.69.
88.	2.	4.	deſoluitur	diſſoluitur
93.	1.	14.	l.6.	l.9.
93.	1.	29.	deſti	doti
93.	2.	14.	coniugium	coniugum
93.	2.	29.	ſis	ſio
98.	2.	8.	per perſonam	perſonam
100.	2.	13.	debitor	debito
105.	2.	36.	prodiſſet	prodeſſet
106.	1.	28.	ſecularij	ſaccularij
106.	2.	19.	ſecularij	ſaccularij
107.	2.	19.	abolebit	aboleuit
109.	1.	14.	ſequentium	ſequacium
109.	1.	20.	freds	frefs
109.	2.	23.	eijciat	inijciat
109.	2.	28.	adiectio	iniectio
112.	2.	fin.	quatuor	quatuordecim
113.	2.	30.	dd.c.	dd.C.
114.	1.	26.	itaque.l.	itaque.C.
118.	1.	29.	honori	oneri
118.	2.	10.	tenuæ	tenuis
119.	1.	25.	quod	qui
119.	2.	33.	Titiam	filiam

Pag.	Col.	Lin.	Pro.	Lege.
122.	1.	18.	opinior	opinor
123.	2.	7.	áſumuntur	aſſumuntur
124.	2.	17.	exigebat	exigebatur
125.	1.	16.	ad tex.	adde tex.
125.	1.	17.	leganda	legenda
125.	1.	25.	leganda	legenda
125.	1.	26.	teſt	tes
125.	2.	16.	n,620,5.	n,620,memb,5.
126.	2.	26.	bente	bentur
127.	1.	11.	prodiſſet	prodeſſet
128.	2.	13.	lege	lex
128.	2.	17.	ſupplicationem	ſuppletionem
132.	2.	20.	Gabella	Gabellam
134.	2.	5.	poſsit	poſſet
134.	2.	29.	recom	ri com.
136.	2.	3.	illud	illa
137.	1.	15.	vendicatio	vindicatio
137.	1.	24.	addita	adita
137.	1.	26.	addita	adita
137.	1.	30.	addita	adita
138.	2.	3.	lex	legem
138.	2.	8.	videantur	videntur
144.	2.	15.	pænitent	pænis
147.	2.	20.	lex	lege
148.	2.	23.	quomodo	quod modo
150.	2.	21.	ſiue ne	ſi bene
158.	2.	27.	et de	tamen de
161.	1.	9.	l.2.	l.12.
162.	2.	27.	hæredes	hæredi
169.	1.	ãtep.	dixerint	dixerit
169.	1.	fin.	non	nam
174.	1.	29.	quatuor	quadraginta
176.	1.	28.	diunt	diuntur
178.	1.	26.	ſcilicet	ſicut
179.	1.	11.	vindicationem	vendicationem
179.	1.	26.	detemptor	detentor
179.	1.	36.	cedere nõ poſsit	cedere poſsit
180.	1.	3.	vere	vera
180.	1.	33.	carpiam	carpam
181.	1.	4.	l.8.Tauri	l.80.Tauri
181.	2.	12.	datitius	datiuus
181.	2.	17.	mascereano	mas cercano
182.	2.	11.	diſcernitur	decernitur
185.	2.	1.	iure	iuri
186.	1.	11.	tranuerſum	tranſcurſum
191.	2.	33.	neceſſarius	nefarius
194.	2.	31.	anni.1565.	anni.1561.
203.	2.	14.	additam	aditam
207.	1.	6.	accidit	accedit
207.	2.	9	ſpeciali	ſpecili
211.	1.	21.	inſtructi	inſtrumenti
211.	1.	27.	æqui	equi
214.	2.	pen.	ordinaria	ordina
216.	1.	pen.	iubent	iubentur
224.	2.	4.	indicium	iudicium
227.	2.	3.	ſupra.l.	ſupra ver
234.	1.	34.	tit.28.	tit.25.
238.	1.	15.	codicillum	codicilli
243.	1.	16.	ceſſauit	ceſſabit
246.	2.	32.	rediuitoria	redhibitoria
248.	2.	31.	l.Tauri	l.56.Tauri.
253.	1.	1.	dictioni	ditioni
253.	1.	26.	debito	de debito
255.	2.	6.	annorum	annum
256.	2.	15.	excederit	excederet
258.	2.	28.	litera.T.	litera.I.
259.	1.	17.	litera.T.	litera.I.
259.	1.	25.	litera.T.	litera.I.
268.	2.	5.	teſtes	teſtibus
271.	1.	28.	permitebat	eadẽ.l.quę pmitebat
271.	2.	32.	ſunt	ſum
272.	2.	8.	d.c.2.	d.l.2.
273.	1.	3.	titu,3.	titu.1.

En Madrid a.xv.de Iunio,de.M.D.LXXV.años.

Ioan Vazquez del Marmol.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO, D. DIDACO Couarrubias à Leyua Toletano, Epiſcopo Segobienſi, & Catholici, omniumque potentiſsimi Philippi ſecũdi Hiſpaniarũ Regis in ſuppremo Senatu Præſidi meritiſsimo,

Ioannes Martinez de Olano in eodem Senatu Aduocatus, perpetuam fœlicitatem.

NISI iuris inuiolanda præcepta, illud præſertim quod ſuum cuique tribuere iubet, vltrò tranſgrederer, Præſes Illuſtriſsime, alteri quàm Illuſtriſsimæ dominationi tuæ, has lucubrationum mearum primitias, minimè dicare impunè poſſem. Qui vt verum ingenuè fatear, ſi quid laude dignum in eis inuenitur, ex tuis omnium diſciplinarum vberrimis fontibus deſumpſi. Quo fit, vt debitum tibi penſum perſoluere libenter agnoſcam: tuque ſolutionem humilis debitoris recuſare iure non poſsis. Sed peculiaris debiti onere excuſo, cui antinomiarum concordiam conſecrarem? ſi ad iurium acerrimũ cenſorem, & antinomiarum propugnatorem, cui inquam reductionem offerre poſſem? ſi ad omnium quæ in orbe ſunt difficiliores, ac grauiores laberinthos, iuris, & facti diſſoluendos, Chriſtianiſsimi Regis noſtri, & totius populi rogatu, à Deo Optimo Maximo nobis datũ Præſidẽ, non accederem? Suſcipe ergo præſul ornatiſsime has noſtras qualeſcunque lucubratiunculas tuæ dicatas amplitudini, ea humanitate, qua tui nominis ſtudioſiſsimos amplecti, & fouere ſoles: leuiores enim eſſe opinor, quàm vt tuæ celſitudini offerantur. Sed quia tantus eſt tui animi candor, & naturalis benignitas, vt boni, & æqui conſulas, quæ vel ab infimis fortunæ hominibus oblata ſunt: nõ erubui, tuo ſub ampliſsimo emittere patrocinio, cumque melius ſit tacere, quàm de eximiis rebus pauca dicere, innumeras virtutum tuarum laudes (vt aliis mos eſt vna epiſtola cantare) mihi balbutienti, & rudi oratori ſilere con-

ſultius viſum fuit. Si itaque hæc qualiacunque nomini tuo elucubrata, non diſplicuiſſe intellexero: præclarè mecum actum putabo, & tanto beneficio accumulatus, ad maiora ingredi non extimeſſam. Vale perpetuo.

Petri de Subiça iuriſcõſulti Salmanticæ, COLLEGAE IN SANCTISSIMI SALVAtoris inſigni collegio, in comẽdationem operis & authoris epigramma.

QVI cupis Hiſpani, communis & vndique iuris
Noſcere diſcrimen, ius quod vtrunque ſecat:
Hoc lege, Stellatis quod dextera nuper Olani,
Non ſine præſenti numine, ſcripſit, opus.
Nobilitas antiqua patrum præſtantibus armis
Clararat ſedes Cantabra terra tuas:
Omnia magnanimi clarat nunc regna Philippi,
Legibus hic pulchris, muneribuſque togæ:
Quaſque frequens ſtudium, quaſque experientia longa,
Regia quaſque dedit curia, quaſque forum:
Quaſque acri ingenij depromere lumine quiuit:
Has vno veluti faſce coegit opes.
Ergo putres acuat quamuis in vulnera dentes,
Quod meritò hic carpat, nil puto liuor habet.

LECTORI ANIMADVERSIO AVTHORIS.

CVM leges noſtras regias, & earũ authores euoluerem, cãdide lector, venit mihi in manus tractatus quidam antinomiarũ iuris ciuilis, & regni Hiſpaniarum, authore Ioanne Baptiſta à Villalobos Toletano: in quo ſupra. 460. caſus antinomiarũ, ac differẽtię inter ius regium & commune ordine alphabetico reperij: & cùm memoria repeterem ſapientiſsimum illum Regem Alphonſum huius nominis nonum, legum ſeptem partitarum compillatorem, in earũ pręfatione hæc inſeruiſſe verba. *E otro ſi tomamos de las palabras, e de los buenos dichos que dixeron los ſabios, que entendierõ las coſas razonablemente ſegun natura, e de los derechos de las leyes, e de los buenos fechos que fizieron los grandes ſeñores, e los otros hombres ſabidores de derecho en las tierras que huuieron de juzgar, e puſimos cada coſa de eſtas do conuiene.* Cùm inſuper meminerim, harum legum interpretes, & omnium facilè principem Illuſtriſsimũ. D. Didacum Couarrubias, Epiſcopũ Segobienſem, & in ſupremo Regis noſtri inuictiſsimi Senatu Præſidẽ meritiſsimum, in lib. 1. variarum reſolutionum. c. 14. nu. 5. eius eſſe opinionis, vt regias cõſtitutiones, eas præſertim, quas opus ſeptipartitarum complectitur ad ius commune Põtificium, & Cæſareum, quãtum verba earum patiantur reducendas fore: quia is fuerit potiſsimus cõditoris ſcopus: de tanta antinomiarum multitudine, & varietate cæpi dubitare. Quo factũ fuit, vt aliquanto accuratius eas perlegerim, & ad earum comprobationem vtriuſque iuris cõmunis, & regij leges, & authores per eundem Villalobos allegatos, ſuis locis perquirendo deſcẽderem. Eoque non modico temporis, & laboris tramite peracto, 300. caſus, & vltrà ex iis, qui vt diſcordes à iure cõmuni ab eo euulgati fuerunt, ipſi iuri communi cõformes, & ex eo (ad

1 *Quibus ex cauſis mot⁹ fuit ad operis reductionem proponit.*

2 *Leges partitarũ ad ius comune reducẽdas probat.*

3 *300. Caſus antinomiarũ conciliãtur per authorem.*

 literam

literam vt aiunt) deſumptos fuiſſe inueni, & eorum quàm plures textibus, & communis opinionis nomine falſo roboratos, alios perperam intellectos (neſcio vitio typographi, vel authoris errore) multas allegationes truncatas, & veritati iuris, & facti contrarias, ſine lege, & authore vidi: nõ ſine animi mei tri-

4 *Vtilitas operis explicatur.*

ſtitia & dolore: quia opus vtilitatis plenũ videbatur, per quod iuris communis & regij cognitio nanciſcitur: cum intellectis differentiis eorũ vtrunque ius in idem reſidet, & ius peculiare noſtrum commune fiebat omnibus, quique vbique locorum iuri cõmuni operam dederint, hoc ſolo labore iuris noſtri cognitionem habere poterant. Quare cùm in meam tantũ gratiam, & diſcendi animo priuatim opus emendauerim, & amicis doctiſsimis illud oſtenderim, vt in lucem prodiret dignum eſſe iudicarunt, idque me vtiliter facturum conſuluerunt. Sed de ingenioli mei viribus deſperans, rem vigilantius reuolui, & ſupra. 220. caſus veræ antinomiæ ſeu differentiæ, qui ab ipſo Villalobos, & ab aliis omiſsi fuerant addidi. Præterea allegationes legum regiarum fori iudi. ordinamenti, & ordinationum, ac pragmaticarũ, aliarumque quàm plurium cõſtitutionum, quæ iuxta ordinem & numerum antiquum ſparſim, & confusè ab iiſdem authoribus citabantur, & vix inueniri poterãt,

5 *Legum allegationes ad ordinem nouæ recopilationis rediguntur.*

ad ordinem & numerum recopilationis nouæ, cum maxima difficultate redexi: & praxim noſtris tẽporibus receptã propoſui: ſicq; exornatum opus emittere, vt amici conſuluerunt, deſtinaui. Et vt patriæ cui partim natus ſum, partim aliquam huius naturalis debiti perſoluerem: antinomias iuris communis,

6 *Antinomiæ inter ius cõmune, regiũ ac regni Nauarræ proponuntur & quare.*

ac regij, & regni Nauarræ (ex quo, & ex per nobili ciuitate Stellæ, atquè ingenuis parentibus, originem duxiſſe gaudeo) ſubiũgi: & non immeritò, quia illud regnum huic Caſtellanæ coronæ, & Imperio (Deo annuente) fuit addictum, & ſubmiſſum, & iudices qui ex Caſtellæ prouinciis illùc mittuntur, & qui in his regiis aliiſque tribunalibus præſunt, atque aduocati ius illius regni, per quod iudicare, & cõſulere tenentur, & ante prorſus ignorabãt, præintelligere poſsint. Item ſtudioſi iu-

uenes in

uenes in ſcholis tria iura eodem tẽpore (vt venatores ſtrenui qui vno ictu tres paſſeres capiũt) deguſtare valeant : addidi inſuper atq; emẽdaui allegationes quàm plurimas quæ hiſce pũctis(,,) in margine notãtur, vt ſuis locis videbis. Stylũ Villa.licet ſatis vulgatũ conſultò non mutaui:ne dũ orationis corticẽ rẽderẽ, ſubſtantiã illius immutaſſe quis dicere, & hoc colore correctionis noſtræ cenſuram ſubterfugere, laboremque elludere poſſet. Noſtras correctiones,& antinomias paulo ſublimiori oratione, communi tamẽ, vt omnibus communes ſint deſcripſi. Accipe ergo, & fruere optime lector has qualeſcunque lucubratiunculas noſtras, & à calumniantium latratibus defende, boni æquique conſule: quod ſi feceris, ad alia quę tibi paramus fortaſsis non inutiliora, animum & laborem hilari vultu conuertam. Vale. 7

Quare non mutauerit ſtilum dicit.

1 *Præfactionũ vtilitas.*

NE hanc antinomiarum concordiam & reductionem præter aliorum inſtitutum, illotis manibus, origineq; non repetita, contra Gaij I.C. ſententiã aggrediamur: operepretium erit, nonnulla prænotare, quæ inſtitutum noſtrũ faciliorem reddãt, & fortaſsis ſæpius repetita placebũt. Nemini dubium eſt, ius cõmune Romanorum apud nos Hiſpanos vim, aut authoritatẽ legis non

2 *Ius cõmune apud Hiſpanos vim legis nõ habet, nec Reges Hiſpaniæ in temporalibus habent ſuperiorem.*

habere: Regeſq; noſtros potentiſsimos in tẽporalibus nullũ recognoſcere ſuperiorem, vt verè teſtatur gloſ. vulga. in can. Adrianus verſi. per ſingulas. 63. diſtin. latè Caſſaneus in Catalog. glo. mũdi, parte quinta conſ. 28. Pala. Rub. in tract. de iuſta retentione regni Nauarræ, par. 2. §. 4. in fi. Corſetus in tractat. de poteſtate regia quæſt. 22. nu. 19. & admodum Illuſtris, & iuriũ conſultiſsimus. D. Ioan. Redin, olim in Pinciano Regio auditorio Senatore, & Galleciæ prætorio præſide, hodie in ſupremo Regio Conſilio etiã Senatore meritiſsimo, & catholicæ fidei ſanctæ, ac generalis inquiſitionis ſummo cẽſore: is inquã in elegãti tractatu ſuo de mageſtate principis. in prin. n. 35. vbi de excellentia potentiſsimi Regis noſtri plurima, & alij quàm plures, qui diligẽter allegãtur per Baptiſt. à Villalobos in prooemio ſuarũ antinomiarũ. Sed quid de iure Pontificio canonico dicendũ ſit dubitari poteſt, cũ iuxta cõciliũ Meldenſe, ex quo deſumptũ fuit cap. primũ de cõſtitutionibus. extra. canonum ſtatuta ab omnibus inuiolabiliter cuſtodiri debent, quod vt facilius intelligas, ſequentes reſolutiones nota.

3 *In ſpiritualibus ius canonicum præualet iuri Regio.*

Prima, in his quæ merè ſpiritualia ſunt, aut ab ſpiritualibus dependent, ius canonicum præualet iuri noſtro regio.

Et cùm quid propter vitãdum peccatũ diſponit.

Item cum ius canonicum aliquid propter vitãdum peccatum diſponit, peccatum inquam, ſiue certum, ſiue præſumptum, illud ſequi debemus, & obſeruare: & ſi in iure noſtro tali diſpoſitioni contrarium quid inueniretur (quod nondum vidi) non valeret.

Secunda,

Secunda, ſi ius canonicũ extra materiam ſpirituale͂, & prõ- 4
pter alias ſubditorum vtilitates, & non propter vitandũ pecca
tũ aliquid ſtatueret, id non tenemur neceſſariò ſequi, aut ob-
ſeruare: quinimo ius noſtrum regiũ præualeret, & obſeruare
tenemur. Quæ reſolutiones prima & ſecunda probantur ex
his quæ notat Panor. & cõmu.dd.in.c.1.de oper. noui nuntia.
extr. & diligenter Robert. Maranta in ſpecul. aduocator. par.
3,nu.præſertim.73.&ſeq.Ferdin.Me͂cha.lib.1.de ſucceſſ.crea-
tione & progreſſ.§.10.nu.649.vbi concordantes allegant.

Extra materiã ſpiritualem, & peccati, ius Regium præualet iuri pontificio.

Tertia ſit reſolutio, iure noſtro regio deficie͂te, ex ſententia. 5
D.de Caſtello in.l.2.Tauri,&.D.de Palacios Rub. in repetitio
ne rubr.de donat.inter vir.& vxor.in prohem. nu. 16. & Mõ-
tal.in.l.4.tit.lib.3.for.leg.verſi.*acuerde*.Auiles in cap.19. corre-
ctorum, glo.fin.nu 3.(qui authores iuris com.allegant) ius ca-
nonicum amplecti, ac ſequi debemus, potius quàm ciuile: quia
æquius eſt iure ciuili, & canoniſtæ tutiores opiniones ſequun-
tur, vt ipſi dicunt. Sed Ciſontanus in.l.3.Tauri. q.1. & Ferdin.
Mencha.vbi ſupra, num. 648.verſi.*videndum ergo*, & plenius
Burgos de Paz in.l.1.Tauri nu.520.&c. ius ciuile potius ſeque͂-
dum affirmãt, quia leges regiæ ex eo, & non ex Pontificio de-
ſumptæ ſunt. Mihi tamen (pace eorum dixerim) neutra opi- 6
nio videtur probabilis. Nã ſi verum eſt, vt nuper diximus, ius
ciuile apud nos nõ habere authoritatem legis: nec canonicum
extra caſus ſpirituales ad animi, & peccati materiam ſpectan-
tes; non video qua ratione vnum, potiuſquàm alterũ ius (defi-
ciente noſtro) ſequi teneamur. Nam ratio.dd.ſequentium pri
mam opinionem, perpetua non eſt, cũ etiam videmus opinio
nes canoniſtarũ erroneas & iniuſtas, in materiis præſertim le-
giſtarum (facileque id admitterẽt canoniſtæ, qui vt Bal. ait in.
l.1.ff.de oper.libertorum.omnia ad ſuũ molendinum trahũt)
& vtra opinio iuſtior ſit, iudex circa caſus contingentiam ad-
uertere debet. Item ratio aliorũ qui ſecundã opinione͂ ample-
ctuntur, debilis eſt. Nã licet leges noſtræ ex iure ciuili vt pluri-
mum deſumptæ ſint, non propterea benè infertur quòd in
caſibus

Iure regio deficiente, quod ſequi debeamus variæ opiniones.

Opiniones prædictæ reiiciũtur per authorem.

caſibus omiſsis illud ſequi tenemur, niſi ratio illius hoc ſuadeat, & tunc non vt ius, ſed vt rationem illud amplectimur.

7 *Opinio noua authoris.* Quare (niſi vt ipſe fallor) hoc arbitrio iudicantium relinquēdum exiſtimarem, vt circunſpectis caſus circūſtantiis, & iis quæ Iſidorus præcepit in can. erit autē lex. 4. diſtinct. Quod iuſtius & æquius videbitur amplectantur: & ita receptum in hoc. S. Regio Senatu & vidi, & ſæpius audiui.

8 *Regnū Nauarræ ius propriū habet à iure cōmuni, et Regio in multis diſſentiens.* Quarta, vt quæ de iure regni Nauarræ traduntur facilius percipi poſsint, ſcias, illud regnum ius proprium & peculiare habere in multis diſſentiēs à iure communi Romanorum, & à iure regio Caſtellæ. Ideoque in hac noſtra reductione eos tātum caſus proponam, quibus ius Nauarrę cum iure regio cōuenit, & ab eo diſcordat: nam his intellectis, liquebit etiam in quo differat à iure communi, eritq; regula, in reliquis caſibus ius regni Nauarræ à iure communi non diſcedere: & ita intelliges ius illius regni, ſimul cum iure regio Caſtellę, ex quo etiā ellicies laborem noſtrum non parum vtilitatis allaturū omnibus iuris ſtudioſis.

9 *Deficiēte iure aut cōſuetudine Regni Nauarræ q. ius ſequi debeāt, regium an cōmune ingens pugna.* Sed hîc ſe offert dubium non parum cōtrouerſum, vtrum deficientibus, legibus, & conſuetudinibus regni Nauarræ, teneātur ſequi ius commune Romanorum, an vero ius regium Caſtellæ? Et ſi ipſis Nauarris credamus, omnes ferè & enixè cōtendunt, quòd ius commune, & non regium obſeruare, & ſequi debēt: & ita praxi illius regni receptum eſſe dicunt: idq; ſequenti, & non leui fundamento defendūt: nempe quòd illud regnum adæquatum, & non ſubmiſſum fuerit regno Caſtellæ, hac lege, & pacto, vt omnes illius leges, fori, & conſuetudines ei ſeruarentur, & intactę remanerent: idque ita facturū,

10 *Fundamēta Nauarrorū proponūtur, qui ius commune ſequēdum contēdunt.* iuramento per inuictiſsimum Regem noſtrum eidem regno præſtito confirmari: verba iuramēti ſunt hæc. *Juro como Rey natural, a vos los prelados, &c. Y a todo el reyno de Nauarra auſente, como ſi fueſſe preſente, todos vueſtros juros, leyes, y ordenanças vſos y coſtumbres, franqueZas, exemptiones, y libertades, y priuilegios: aſſi, y por la forma que los aueys vſado y acoſtūbrado, &c.*

At hæc

At hæc eſt inueterata illius regni conſuetudo, vt deficiente iure proprio, ius commune ſequātur: ergo ſeruandæ, per ea quæ not. Marcus Salon de Paz doctor Burgen. in. l. 1. Tauri conſtit. num. 450. qui hac ratione licet non ita roborata, idem affirmat, & allegat iuris communis authores, & text. quos non tranſcribo.

Sed ſi Nauarrus contra Nauarrorum opinionem quicquã tentare auſus eſſem, fortaſsis verius & non leuiori fundamento dicere poſſem, quòd ius regiũ Caſtellæ ſaltim partitarum ſequi teneantur. Nam potiſsimum eorum fundamentum de conſuetudine nõ eſt verum, idque ex eo facile intelliges, quòd reges illius regni, vt in proœmio fori apparet, in temporalibus non recognoſcunt ſuperiorem, qui illud ſuo ſanguine è faucibus inimicorum, & Sarracenorum ſubripuerunt, & acquiſierũt. Math. de afflict. in præludiis fœudorum nu. 33. ibi, *nec Rex Nauarræ*, Iacob. bon. de Sauſe. in paneger. ad Franciam Franciæque regem, col. mihi. 20. Hacque ratione verè affirmãt, ius commune in regno Nauarræ non habere vim, nec authoritatem legis, ſed rationis: & ita receptum eſt. Ergo cõſuetudo illa non eſt ſequẽdi ius commune, ſed ius quod iudicibus æquum, & rationi, vel ſuæ opinioni conſonũ videtur: quæ potius corruptela dici meretur: cùm ex Ariſtotelis ſententia rhetoricorum primo, illę leges optimè cõſtitutę dicantur, quæ in omnibus qui incidere poſſunt caſibus ſancitæ ſunt, quæque quam paucíſsima iudicis arbitrio reliquerunt. & non ſine maximo illius regni damno, & iudicantium periculo ibi contrarium experitur: paucæq; leges dicti regni obſeruantur, & omnia ferè arbitrio ipſorum iudicũ deciduntur. Ex quo etiam corruit, quod de iuramento diximus, cum cõſuetudo in qua firmabatur incerta imo contraria ſit. Nec quæ per. D. Burgos de Paz traduntur, refragantur, quæ locum haberent, ſi ius commune ſequerentur ex neceſsitate, & in vim, & authoritatem legis, nõ rationis: ipſe enim, vt expreſsè verba eius demõſtrant, putabat Nauarrorũ iure deficiẽte, ius commune neceſſario, & in vim legis ob-

11 *Author quòd potius ius regiũ ſequi debeant probat.*

12 *Reges Nauarræ non agnoſcunt ſuperiorem in temporalibus.*

13 *Nec ius commune habet vim legis Nauarræ.*

14 *Leges optimæ quæ arbitrio iudicum pauca relinquunt.*

legis obſeruari:ſed fallitur.Ceſſante ergo hac cõſuetudine, ius
regium Caſtellæ ſequi debent: nã regnum Nauarræ huic Ca-
15 *Deficiẽtibus ll. membrorum, recurrendum ad leges capitis.*
ſtellanæ coronæ & ditioni,tãquam capiti ſuo eſt ſubmiſsũ, &
additum:aut vt vulgo dicitur incorporatum : & deficientibus
legibus, & conſuetudine membrorum,recurrere debent ad le-
ges capitis. Bald.not.in.l.de quibus.ff.de legib. quem refert &
ſequitur Vldaric.Zaſi. ibi.numero.9.& vnitorum eadem de-
16 *Vnitorũ eadẽ natura.*
bet eſſe natura.l.in rem.§.item ſi.& ibi Bart. ff.de re iudicat. l.
ſed ſi plures.§.filio.vbi.dd.ff. de vulg.in terminis de legibus lo-
17 *In corporatum vti debet ll. illius, cui incorporatur:*
quẽs. glo.in ca.Et tẽporis qualitas.16.q.1.Specu.in tit.de cleric.
coniugat.§.1.nu.14.Guid.Papæ conſ.134.nu.1.text.de iure no-
ſtro, & ibi Greg.Lopez, in.l.4.tit.12.par.1.

Item quia regnum incorporatum debet vti legibus,& con-
ſuetudinibus illius, cui incorporatur. Rubrica de priuilegiis
18 *Cõnexorum idẽ iudiciũ.*
corporatorum.lib.11.C.Angel.conſil.242.latè Alexan. conſil.
114.num.20.lib.4.Guid.Papæ Deciſ.265.& conſil.134.nume.
19 *A maiori potentia metiri, & maius dignum trahit ad ſe minus.*
1.part.2.Item quia connexorum idem eſt iudicium. l. cum a-
ctum. de neg. geſt. l. plerunque. de edili. edicto cap. eam. de
ętat.& qualita.& debet à maiori potentia metiri,& regi.argu-
mento.l.quęritur.de ſtat.homi.cum magis dignum trahat ad
ſe minus,& confert ei ſuam naturam,& priuilegia. Bal.in.l.2.
20 *Nauarri naturales Caſtellani reputantur.*
C.commu.delegat.Ioan.de amicis conſ.1.numero.49/& hac
ratione per pragmat. regiam, dada enel pardo a. 28. de Abril.
1553.de qua meminit Burgos de Paz in.d.l.1. Tauri nume. 451.
Nauarri naturales habentur Caſtellani, & priuilegia Caſtella-
21 *Accedẽs cõuertitur in naturã eius cui accreſcit.*
norum eis indiſtinctè largiuntur./Præterea augmentum ſeu
accidens cõuertitur in naturam eius, cui accreſcit, eiuſque ius
& naturam ſapit,nec debet diuerſo iure cenſeri.l.ſi in toto. de
leg.1.l.cũ fundus.delega.2.l.eum qui ædes.de vſucapio.cap.ac-
ceſſorium.de reg.iur.cum ſimilibus.
22 *Deficiẽtibus ll. propriis ius proximũ ſequi tenemur.*
/Pręterea iure communi,& canonico,quod ipſi libenter fa-
tentur ſequi,deficientibus legibus, & cõſuetudinibus propriis
alicuius prouinciæ, ius quod proximum ei eſt,tenentur ſerua-
re:vulg.l. de quibus.ibi,quod proximum & cõſequens eſt &c.

delegibus.

delegibus. ff. & in cap. ſuper eo. ibi, *quod in vicinis prouinciis obſeruatur*,&c. de cenſibus, extra.& in cap. cum olim. de conſuetudine. & vtrobique gloſ. & communiter. dd. Sed ius regium Caſtellę proximum eſſe iuri illius regni, ratione, & ſimilitudine, item & loco, nemo inficiatur. Quinimo ſi ius cõmune ſequi volunt: idem eſt quod ius commune, ſaltim ius ſeptẽ partitarum, vt ſupra diximus.

His adde, quòd licet Nauarræ regnum eſſet huic regno Caſtellę adæquatum (vt ipſi volunt) ratione iſtius adęquationis, etiam tenetur leges regias ſequi, quia adæquatio id operatur, quod omnis virtus illius rei cui adæquatur, communicatur adæquato, & ad eius iura trahitur. Anton. de Butr. conſil. 19. col. 2. dd. communiter in. l. 1. de legat. 1. ibi. Angelus. de Peruſ. ait, eſſe vtile ad villas ſeu regna vnita. Et cũ leges regni Caſtellę ſint noſtri Catholici Regis, & ipſe ſi vellet poſſet eas dare Nauarris, iuſtiſsimęque ſunt, & hac ſola ratione ius commune ipſi ſequuntur, quòd iuſtum eis videatur: quis quæſo non videt maiori & incomparabili ratione ius Regis noſtri ſequi & amplecti eos debere? not. Lucas de Pena in. l. 1. C. de priuileg. vrbis Conſtantinopolitanæ, lib. 11. Paul. Caſtrenſ. in. l. de quib. ff. de legib. numero. 4. gloſ. & idem Paul. numero. 3. in. l. ex ea. ff. de poſtulan. Iaſo. in. §. rurſus. numero. 42. inſtit. de actio. & niſi breuitati ſtuderem, plurima poſſem adducere in confirmationem huius ſententiæ, quæ cõſultò omitto: ſi quis forte plura deſideret ea diligẽtiſsimè tradit. D. Martinus Guerrero iuris vtriuſque ſcientiſsimus, & in curia ſuprema regni Nauarrę antiquior iudex, & ſublimiori loco dignus, qui hanc noſtram opinionem contra multos olim viriliter defenſauit in Pompeiopoli ciuitate: cuius manu ſcriptum codicem ſiquis deſideret, libenter oſtendam: & quia per tempus non licuit, huic nõ ſubiungi.

23 *Virt⁹ rei cui adæquatur cõmunicatur adæquato.*

24 *Rex noſter poſſet dare Nauarris leges regias.*

25 *D. Martin⁹ Guerrero huius opinionis author laudatur.*

Sed contentione dimiſſa, cùm iuris communis interpretum tanta ſit varietas, vt potius in opinione eorum quàm in deciſione legum conſiſtat, cùm inſuper faciles ſint homines ad diſſen-

26 *Vtilitates quæ ex receptione. ll. regiarũ ſequerentur.*

ad diſſentiendum: ipſi quidem Nauarri leges regias quibus iudicum tam latum arbitrium alligarent, petere, & vltro ſuſcipere deberent: & niſi iuſtitiæ zelator Rex noſter, tam rectos ibi creaſſet iudices (agnoſco enim omnes iuſtitiæ & religionis obſeruantiſsimos) profectò ius vim pati poſſet.

NOVA REDVCTIO ANTINOMIARVM IVRIS COMMVNIS, ac Regij Hiſpaniarum.

Summarium

A.

ABſens iure cõmuni non damnatur, iure regio, & Nauarræ ſic. nu. 1.

Abſens iure communi citatur per nuncium, aut per literas, iure regio, & Nauarrę per edicta. nu. 2.

Sufficit iure communi vna citatio per edictum loco trium, iure noſtro & Nauarræ, tres ſunt neceſſariæ. nu. 3.

Quo modo & forma diſcernantur hodie citationes per edicta. nu. 4.

Contumacia quo modo accuſatur iure cõmuni, nu. 5. ſentẽcia Auen. & Villalo. reijcitur, ibid.

Jure regni Nauarræ non datur iudicibus commiſſariis poteſtas decidendi. nu. 6.

Sententia ſuper contumacia, qualiter ſit ferenda. nu. 7.

Gloſ. & Bald. opinio declaratur, contra Auend. & Villa. nu. 8.

Statutum, quo ex ſola contumacia quis puniri iubetur pœna mortis, iure cõmuni valet, noſtro non. nu. 9.

Villal. carpitur, & vera antinomia proponitur. nu. 10.

Mulier & minor aduerſus contumaciæ preſumptionem reſtituuntur in integrũ iure communi: iure regio non. nu. 11.

Author vtroque iure, arbitrio iudicis relinquendum num reſtitui debeant, probat. nu. 12.

Si iudex extra caſus, quibus de iure communi contra contumacem procedere poterat, eum cõdemnaſſet, ſententia nulla erat, ſi abſolueret nõ, iure regio indiſtinctè valet. nu. 13.

Contumax ſi habetur cõfeſſus de delicto, an etiã de qualitatibus aggrauantibus eum. nu. 14. quòd neque de delicto, neque de qualitatibus habeatur pro cõfeſſo iure noſtro: cõtra Auend. & ſequaces. nu. 15.

Excuſator quãdo admittatur iure cõmuni, & regio, variæ opiniones. nu. 16.

Concordia lis dirimitur. nu. 17.

Pœna cõtumaciæ iuris communis annotatio bonorum erat, iuris noſtri ſexaginta marabetinorum. nu. 18.

Annotatio bonorum quæ ſit præter alios animaduertitur. nu. 19.

Item & deſcriptio bonorum. nu. 20.

Titulus de requirendis reis. ff. nouè intelligitur, & l. 1. ac finalis eiuſdẽ tituli intellectus traditur. nu. 21.

D. Fernand. de Montenegro regij in ſupremo Jtalorum conſilio Senatoris, huius operis cẽſoris, opinio laudatur. n. 22.

Loco publicationis bonorum iure noſtro inducta fuit poteſtas condemnãdi contumaces, quæ iure communi ſublata erat. nu. 23.

Vera antinomia proponitur. nu. 24.

Cõtumax ſi habeatur pro confeſſo, nõ purgat mo-

gat moram.nu.25.
Etiam iure cõmuni purgare, communem eſſe opinionem, contra Auend. & Villalo.nu.26.
Inter confeſſum ex diſpoſitione ſtatuti, & confeſſum ex diſpoſitione legis differentia conſtituitur.nu.27.
Differẽtia illa reijcitur, & vera antinomia proponitur.nu.28.
Deſcriptio bonorum iure communi certis caſibus fit, noſtro, in omnibus.num.29.
Iure Regio etiam certis in caſibus fiendã, licet de conſuetudine in omnibus fiat, & malè.num.30.
Pœna pecuniaria abſentis, intra annũ nõ comparentis iure regio nõ taxatur, Nauarræ ſic.nu.31.
Pœna del diſprez, Nauarræ quæ ſit.n.32.
Deſiſtente, aut tranſigente accuſatore, iure communi an puniatur reus ad effuſionem ſanguinis, duæ opiniones communes contrariæ.nu.33.
Iure regio etiã variæ opiniones ſunt. ibid.
Intellectus.l.22.titu.1.part.7.diſcutitur.num.35.
Grego.Lopez, & Gomez intellectus reijcitur.nu.36.
Vera antinomia proponitur, & tex.l.10.tit.24.lib.8.recopil.num.37.
Intellectus.d.l. diligẽter examinatur.nu.38.media via eligenda.39.
Communis vſus loquandi attendendus.num.40.
Ex maiori ratione in pœnalibus, & odioſis fit extenſio.nu.41.
Propter delicti atrocitatem leges trãſgredi licet.nu.42.
Villalpandi opinio confutatur, & principem conſulendum putat.nu.43.
Tranſactione facta iure communi proceſſus nouus fiebat, & inſtantia perijbat, iure noſtro non.nu.44.
Nauarræ nõ procedit iudex aduerſus reũ facta tranſactione, aut deſiſtente parte à querela, niſi certis caſibus.nu.45.
Iure communi & regio inſcriptio requiritur in accuſatione, ſed conſuetudine non ſeruatur.num.46.
In accuſatione proponendum nomen imperatoris, iure communi, regio non.nu.47.
Accuſatus de crimine quando repellatur à teſtimonio.nu.48.l.2.titu.1.part.7.intelligitur.nu.49.
Accuſatus de crimine nõ admittitur procurator iure communi, iure regio admittitur, niſi ſit capitale.nu.50.
Quod crimen magnum dicatur, arbitrio iudicis relinquendum, & ibi de intellectu.l.5.tit.5.par.7.num.51.
Petens plus debito qua pœna puniatur iure communi, & regio.nu.52.
Quatuor modis plus peti, & in vno tantum differre ius noſtrum, à iure cõmuni probatur.nu.53.
Actor contumax qualiter condẽnabitur iure regio, & communi.nu.54.
Concubina vxorati an puniatur iure communi.num.55.
Puniri etiã eo iure probatur contra Villa. & vni eo tantum caſu non puniri concubinas iure communi.nu.56.
Vera antinomia proponitur.nu.57.
Cui permittatur accuſare adulteriũ.n.58.
Idẽ quod iure regio, cauetur etiam iure cõmuni, circa accuſationẽ adulterij.n.59.
Adulterij pœna proponitur.nu.60.
Cognoſcens alterius vxorem, credens eſſe ſuam, an comittat adulterium.nu.61.

Non

Non cõmittere probat contra Villa. n.62.
Adulterium difficilis probationis dicitur. num.63.
Vxor propter adulterium non amittit dotem iure cõmuni, iure noſtro ſic. nu. 64.
Adulterium cum ſponſa de præſenti quæ non habet nubilem ætatem quomodo puniatur. num.65.
Adulterum extra domum propriam inuentum nõ licebat occidere iure communi, regio ſic. nu.66.
Aduocatus an teneatur defendere cauſam in inſtantia appellationis. nu.67.
Aduocatus cõſulens parti vt falſa inſtrumẽta producat, qua pœna punitur. n.68.
Aduocatus teneatur ne iurare, quòd defendit iuſtam cauſam. nu.69.
Quod teneatur iurare demonſtrat contra Villalo. & veram antinomiam conſtituit. num.70.
Quid Nauarræ ſeruetur. ibidem.
Quo tempore petat ſalarium aduocatus iure communi, & regio, ac Nauarræ. num.71.
Vt quis poſſit creari aduocatus, quæ ſint neceſſaria vtroque iure. nu.72.
Vilis conditionis homines non admittendos ad munus aduocatorum. nu.73.
Nauarræ non admittuntur conuerſi ex Iudęis aut Sarracenis. nu.74.
Aduocatus ſtare, an ſedere debeat coram iudice. nu.75.
Aduocatus non tenetur vltra quàm facere poteſt. nu.76.
Aduocatus ad munera perſonalia non tenetur. nu.77.
Aduocatus recipiẽs ſalarium exceſſiuum, iure communi non peccat, nec tenetur reſtituere, iure noſtro ſic. nu.78.
Aduocatus eſt perſona egregia, & depoſito officio dicitur clariſſimus, & non torquetur. nu.79.
Affinitas non habet gradus iure cõmuni, noſtro ſic. nu.80.
Quomodo id intelligi debeat, docet. nu.81.
Affinitas non contrahitur extra figuram matrimonij. nu.82.
Amicus quando repellatur à teſtimonio in cauſa amici. num.83.
Quæ res diligenter perpenditur. nu.84.
Amicus ſingularis appellatione ſuorum venit. nu.85.
Quæ fides ſit adhibenda teſti amico, iudicis arbitrio remittendum ex authoris ſententia. nu.86.
Donata à prĩcipe alienari an poſſint. n.87.
Quomodo id iure noſtro procedat nouè cõſideratur. nu.88.
Alienata poſt delictum propoſitum, quomodo reuocentur. nu.89.
Quæ opiniones communes contrariæ proponuntur veriorque docetur, & nullã eſſe anti. inter ius commune, & noſtrũ, probat. nu.90.
Alienata iudicij mutandi cauſa, quomodo reuocentur. nu.91. l. ſtichum. §. dolo. ff. de ſolut. & l. etiam. §. item ſi quis. ff. de pet. hæredi. perpenduntur. nu.92.
Reſolutio & vera antinomia tradetur. num.93.
Annui reddit⁹ redimibiles an in fructib⁹, aut frugibus conſtitui poſſint. nu.94.
Quid Nauarræ obſeruetur. nu.95.
Clauſula comiſſi an in cõtractibus annuorum reddituum redimibilium, licitè apponatur. nu.96. & ſeq.
De intellectu & prax. l.68. Tauri latè diſputatur. nu.97. & ſeq.

Legis Matritiæ, quæ eſt fin. tit. 15. de los cõtratos de cenſo. lib. 5. recopil. intellectus exponitur. nu. 98. & ſeq.

Omnia pacta & conuentiones quę aliquo modo precium in ea leg. taxatum minuerent, prohibita eſſe. nu. 99.

Item & pœnæ conuentionales. nu. 100.

Ludouici Mexiæ intellectus ad eam pragmaticam damnatur. nu. 101.

Qua ratione introductum, ne cenſus redimibiles in frugibus conſtituerentur, & conſtituti ad pecuniarios reſoluerentur. num. 102.

Cẽſus redimibiles qui ex pecunia numerata non conſtituuntur, prohibendos conſulit, & quare. nu. 103.

Suppletiones vitandæ & lex ad ea quæ frequentius accidere poſſunt aptanda. num. 104.

Bartholomei de Albornoz intellectus, ad l. 68. Tauri, impugnatur. nu. 105.

Legum ſubtilitates captioſæ & vitandæ. num. 106.

Pactum de vendẽdo rem pro certo precio emptori, cẽſus improbatur: cõtra Auen. num. 107.

Illud pactum partem pretij eſſe, & iuſtã æſtimationem rei minuere. nu. 108.

Contractus cenſus odioſos eſſe, & reſtringendos. nu. 109.

Actus factus contra formam legis, eſt ipſo iure nullus. nu. 110.

Et quid cum in vna parte vel conditione ſit contra legem, an in totum cõtractus ſit nullus, vel in ea parte tãtum. nu. 111.

Pactum quo cauetur vt ſi cenſus intra biẽnium non ſoluatur, poßit exigi precium principale pro quo emptus fuit, an iuſte apponatur. nu. 112.

Vtrum. d. l. fin. tit. 15. de los cenſos lib. 5. recopil. locum habeat in cẽſibus creatis, an ſolum in creandis. nu. 113.

Cenſus creati & conſtituti minori precio quàm ad. 14. pro miliario emi licitè poſſe. nu. 114. & ſeq.

Cenſus licitè emuntur. nu. 115.

Precium rerum ex hominum ęſtimatione, & non ex earum natura metiri. nu. 116.

Ratione periculi, & dubij euentus, & lucri ceſſantis in vno, & damni emergentis in altero, licet precium augere, & minuere. nu. 117.

Cum de læſione precij cenſus creati tractabitur, recurrendum ad remedia iuris, circa alios contractus ſtatuta. nu. 118.

Appellatio à ſententia diffinitiua intra quod tempus apponenda. nu. 119.

Apoſtoli intra quod tempus præſtandi. num. 120.

Appellatio extranei an ſuſpendat executionem ſententiæ ſanguinis. nu. 121.

In poſſeſſorio an liceat appellare. nu. 122.

Appellare an liceat omiſſo medio. nu. 123.

In Nauarra an liceat appellare, vel ſupplicare ad regem, ſi extra regnum ſit. nu. 124. Nauarri contendunt non poſſe, author contra. ibidem.

Aditus ad principem, qui eſt fons iuſtitiæ, nunquam interdicendus. nu. 125.

Iudex poteſt retractare vel alterare ſentẽtiam ſuam, etiam in rem iudicatam, trãſactam ex principis comißione. nu. 126.

Intellectus cap. 2. titu. 1. lib. 1. fori Nauarræ. nu. 127.

Intellectus pragmaticarum. 4. 5. & 6. lib. 2. pragmaticarũ regni Nauarræ. n. 128.

Appellatio ad æqualem iudicẽ an valeat. num. 129.

Senten-

Sententia à qua appellatum extitit, à quo iudice exequenda.nu.130.
Abſente iudice appellationis, an ad decuriones appellare liceat.nu.131.
In cauſis minimis an liceat appellare, & quæ cauſæ minimæ dicantur.nu.132.
Quid Nauarræ.nu.133.
D.licenciatus Petrus Gaſco ſuppremi conſilij ſenator laudatus.nu.134.
Appellati quod tempus indulgetur ad proſequendam appellationem.nu.135.
Et Nauarræ.ibidem.
Aquam defluentem ex meo fundo in alienum, an diuertire poſsim.nu.136.
Arbiter ſi ingrediatur religionem, an expiret compromiſſum.nu.137.
Arbitri electi ad plures cauſas, an de vna tantum pronunciare poſsint.nu.138.
Arbitri an compellantur eligere tertium. num.139.
Auus an excludat nepotes ex vno tantum latere coniunctos.nu.140.
Nauarrę quomodo parentes ſuccedãt liberis.nu.141.
Authoritas quæ debet præcedere, ſi non præcedat, quando actus poſtea confirmatus valeat.nu.142.
Intellectus.l.42.Tauri.nu.143.
Armorum vſus an ſit prohibitus.nu.144.
Prohibitis armis, an offenſibilia vel defenſibilia tantum prohibeantur.nume.145.

1 ABSENS de iure ciuili nõ punitur, nec cõtra abſentem ſententia diffinitiua fertur in criminibus, quibus maior pœna quàm relegationis eſt imponenda.l. abſentem. ff. de pœn.l.abſentem.C.de accuſat.l.7.titul.8.part.3.Hyp.in prax. crim.§.conſtit.nu.7.& Cepol.cõſ. crim. 40. vbi tres exceptiones, ſeu fallentias iſtius regulę ponũt. De iure noſtro regio nouo in quocunque crimine indiſtinctè procedunt iudices contra abſentem, & ſententiam ferunt.l.2.titu.2.lib.3.
„ ordi.&l.2.titu.17.earundẽ ordin.
„ ac prag.Complut. In noua legum
„ regiarum compilatione eſt.l.fi.ti.
„ 10.lib.4. Villa.

Idem cauetur & ſeruatur in regno Nauarræ, per prag.128.lib.2. prag.illius regni.

Ex pręallegatis legibus ellicit. P.Nun.Auend.14.antinomias, & differentias inter ius regium & cõmune: in.c.15. reſponſ. eaſq́ue ſequitur Villalobos in ſuo tract. Antinomiarum, & nobis eas referre libuit, quòd hic eſt propri⁹, & collectarius loc⁹, & in multis per nos adduntur, atque corrigũtur: vt inferius apparebit.

2 Secunda ergo differentia erit: quòd iure ciuili in caſibus tribus, et ſi qui ſunt alij, quibus proceditur contra abſentem, ſufficit citatio legitima per nuncium, vel per literas, vt procedi contra illũ poſſit, & condemnari per.ll.ſupra allegatas &.l.ne diu. de pen.Hypo.in d.§.conſtitutum.Iure regio per dictam pragm. de Alcala non ſufficit hæc citatio per nuncium, ſed per edicta, & hæc non decernitur, niſi cõſtiterit prius quòd reus fuit

perquiſitus, & non inuentus. ibi. *Si no pudiere ſer allado para lo prender.* Idem ſeruatur Nauarræ, per dictã pragmaticam. Villa.

3 Tertia, de iure ciuili ſufficit vna citatio per edictum, & tẽpus moderatum ad arbitriũ Iudicis. gloſ. in extrauag. quomodo in crimine leſæ Maieſtatis procedit. verbo per edictum. De iure regio requiruntur tres citationes (vt ipſi volunt) ſi reus eſt in prouincia, ſingulæ nouem dierum, ſi extra prouinciam ſeu regnum viginti dierum. Villa.

4 Sed tu dicas hodie per. d. l. fin. ti. 10. libr. 4. recopil. nullam fieri diſtinctionem ſi reus ſit intra prouinciam, vel extra, & ſolũ dari nouem dies pro quolibet edicto indiſtinctè, & non amplius: & hoc ſeruatur per iudices ordinarios correctores, & alios inferiores. In cancellarijs autem & in hac regia curia per iudices (alcaldes de corte, & alcaldes del crimen) & per eos qui ſpeciali regia commiſsione, & mãdato ad partes ꝓuinciæ, & regni mittuntur, (quos vulgo iuezes peſquiſidores vocamus) aliter fit, nam ſi delictum ſit commiſſum in curia, en la corte, o chãcilleria, o dentro de las cinco leguas de ſu deſtricto, procedũt intra nouem dies, tres pro quolibet edicto, iuxta deciſionẽ tex. & quæ ibi not. l. inter accuſatorem. de publi. iudi. l. 7. titu. 6. de los alcades de corte lib. 2. recopil. Idemque ſeruatur per dictos alcaldes, & per iudices peſquiſidores in delictis extra curiam, & eius territorium commiſsis: quando ad hoc ſpeciali commiſsione mittuntur: ſicque remanet correcta. l. 7. titu. 8. part. 3. de iure & ſtilo regni Nauarræ, ſi delinquens ſit intra regnũ vocatur per edicta, & decẽ dies ꝓ quolibet, ſi extra ꝓ triginta dies in quolibet edicto, & nonaginta pro omnibus dicta pragm. 128. libr. 2.

5 Quarta differentia eſt, iure communi quando reus citatur per edicta, fit diſtinctio an procedat iudex per inquſitionem, vel per accuſationem, ad hoc vt contumacia accuſetur in termino, aut eo finito: ex ſentencia Bartol. per dictos authores ita intellecta, in l. inter. ff. de publi. iudi. de iure regio nulla fit diſtinctio: nam quocunque modo procedat, debet accuſari contumacia: per dictam pragmaticam ibi. *Siendo acuſado la rebeldia.* Iuncto ibi. *A pedimiento de parte o de officio.* Villa.

Sed aduerte quòd nõ bene percipiunt verba Bart. nam ille non dicit illud ſtatui de iure communi, ſed conſuetudine Italiæ quæ non facit ius extra Italiam: ergo non erit antinomia Iuris ſed conſuetudinis, de qua hîc non agimus.

Præterea aduerte ne generaliter intelligas, quòd ipſi dicunt cõtumaciam accuſari iure noſtro in quocunque edicto, nam ſi per alcaldes curiæ regiæ aut cancellariarum,

riarum, vel per iudices peſquiſidores ex ſpeciali delegatione aut cõmiſsione procedatur, non accuſatur cõtumacia in quolibet edicto, & termino: ſed in vltimo tantum perdictam. l. fin.

6 In regno Nauarræ indiſtinctè accuſatur contumacia in quolibet edicto, & in fine cuiuſque edicti: per allegat. pragmat. 128. lib. 2. & ex his legibus collige antinomiã inter ius regium & regni Nauarrę: nempe quòd hoc iure iudices delegati (quos peſquiſidores vocamus) proferunt ſententias, & puniunt delicta, iure illo Nauarrę nõ tribuitur talis poteſtas, ſed inquirendi & capiendi delinquentes tãtum, ordi. 5. lib. 1. de las pragmaticas y reparos de agrabio de aquel reyno.

7 Quinta eſt, ex ſententia Auẽd. & Villalobos quòd iure communi punitur reus in banno, licet iudex minime pronunciet eum cõtumacem, & valet proceſſus: allegant Bald. & gloſ. (ſed corruptè) tu dic gloſ. eſſe in. l. ſancimus. §. 1. verbo contumacia. C. ad S. C. Trebel. & Bal. in. d. §. num. 5. iure regio debet per ipſum proceſſum apparere, reum fuiſſe quæſitũ vt caperetur, & pronuntiari eum perpetraſſe delictum, & poſt condemnari præcedente fuga, & contumacia: & hæc omnia ſunt ſeruãda pro forma, aliàs proceſſus eſſet nullus & ſententia: per not. ab Antonio in. c. cum dilecti. de dolo & contum. & Hypol. in prax. §. poſtquàm, verſic. 37. Villal.

8 Sed caue ne decipiaris, vt ipſi decipiuntur: nam neque gloſ. neq; Bald. dicunt quod eis imponunt, illudq; ſolum innuũt, ſcilicet iudicẽ non teneri declarare per ſententiam interlocutoriam, reum eſſe contumacem: & ſufficere, ſi illud ex actis appareat, & cõtumaciam ei accuſatam, quod etiam ſufficit, & ſeruatur iure regio, & ex eo non ſequitur quòd non teneatur ferre ſententiam in alijs caſibus: Imol. gloſſ. ſeq. in. d. §. hoc expreſsè tenet: & ex eo caſu ciuili in quo per ſolam cõtumaciam acquiritur ius tertio, non benè infertur ad caſus criminales. Non eſt ergo antinomia.

9 Sexta antinomia, de iure ciuili valet lex & ſtatutum diſponens, ex ſola contumacia inferri poſſe pœnam mortis: Bald. in. §. iniuria. verſic. quæro vtrum (nu. 11. tit. hic finitur lex, deinde conſuetudo regni incipit) in vſib. feudor. De iure regio ſola fuga aut cõtumacia nõ ſufficeret ad condemnationem mortis, per, d. pragmat. ibi. *De mas de la fuga, &c.* Requiritur legitima probatio, aut indicium ſufficiens ad torturam. Sed Villalobos non putat hanc eſſe antinomiam, quia inquit de iure communi ex ſola cõtumacia non punitur reus pœna mortis: allegat gloſ. in ſumma. 4. q. 1. Bal. & Deci. in. c. quę in eccleſiarum. de conſtit. nu. 41. quinimo

 nec

nec ammiſsione totius cauſæ:glo. in.l.1.§. hoc iudicium.ff.ſi quis ius dicenti. Villa.

10 Sed miror de obliuione Villalobos, in propoſitione iſtius ſextæ antinomiæ loquitur de lege ſeu ſtatuto cõtra ius commune diſponente:in fine vero de ipſo iure cõmuni, de quo ante in prima antinomia dixerat: & nullum dubium erat. Quare tu dic, tale ſtatutum & legem valere, & ita ſeruari ex generali conſuetudine:& in vtroque foro canonico & ciuili: vt pręcęteris notat Foller. in prax. criminali canoni.folio.148.nu.12.eſtque cõmunis concluſio, vt refert Ripa. in c.1.nu. 77. de iudi. & Iul. Clar. qui alios allegat in praxi. criminali. quęſtione.44.

Antinomia ergo erit in hoc, quòd ex generali cõſuetudine cõtumax per ſolam contumaciã puniri poteſt poena mortis : ex lege iſtius regni:contra quam non valet illa conſuetudo, non poteſt puniri, nec alia pœna, ſi nõ probetur delictum ſaltim inditiis ad torturam condignis.

11 Septima, iure communi mulier & minor ſi ob contumaciã habeãtur pro confeſsis, ex diſpoſitione legis vel ſtatuti iubantur, & reſtituuntur in integrum. Aduerſus huiuſmodi dolum preſumptum Villalobos allegat Pau. Caſtrenſ.in. l.vbi.ff. de edend. Hypp. in prax. verſi. poſtquàm.nu.60. Iure regio per.d. pragmat. non reſtituentur, cùm delictum commiſſerint in faciendo.l.1.& ibi Caſtrẽſ. C. Si aduerſus delictum. Hæc ille.

12 Sed parcat amicus, nam Hipol. in loco per eum allegato nullum verbum de hoc, forte voluit illum allegare in.§. oportunè. num. 60. quo loco probat, quãdo non licet appellare, poſſe minorem petere reſtitutionem : tamen de caſu noſtro nihil:& Paul.in. l. vbi. loquitur generaliter:vt Hippol.ſcilicet quòd reſtituuntur aduerſus dolũ præſumptum pręteritum, & idem fieret iure noſtro per.l.1.&.2. titu. 25.par.3.nec.d.l.1.ſi aduerſ.delict. poteſt adaptari pœnę cõtumaciæ quę potiùs non facti, quàm facti dicitur, præterea.l. regia non meminit de minore, & muliere : ſicque dices hanc non eſſe antinomiam, ſed iure communi & regio iudicis arbitrio relinquendum, nõn reſtitui debeant inſpectis circunſtantiis delicti, & caſus : vt not. Menoch.in tract.quæſt.arbitrar. iud. caſu.153.lib.2.centu. 2. & hoc ſentit Paul. Caſtrenſ. in locis allegatis, dum diſtinguit caſus ætatis, & delicti pręteriti, & futuri doli, & ita ſæpius practicaui.

13 Octaua, ſi extra caſus quibus de iure ciuili proceditur cõtra abſentem, iudex abſoluebat eum, ſentẽtia fauore liberationis valebat: ſi vero cõdemnabat, non. Ant. in. c. veniẽs. de accuſat. Deci. in.l.fauorabiliores.de reg.iur.num. 2. iure regio indiſtinctè, ſiue condemnetur, ſiue

tur,ſiue abſoluatur,ſcilicet per dictam prag.valet ſententia. Villa.

14 Nona, de iure communi ſi habetur reus pro confeſſo, intelligitur de delicto:non tamen de qualitatibus delicti,not.dd.in.l.ſi cui. delegat.2.Alexan.in.l. ſi duo.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiuran.Augusti.in addi.ad Angel.de maleficijs: verſi.qui iudex videns.iure regio etiam de qualitatibus aggrauantibus delictũ habetur pro confeſſo,ibi.*Quede por hechor del delicto, de que fue acuſado.* Villalob.

15 Hæc non eſt antinomia, nam iure noſtro ex contumacia non habetur pro confeſſo, vt ſupra diximus, nec condemnetur reus ſine legitima probatione,aut inditijs, ad torturam ſufficientibus. Quare non mirum ſi de circunſtãtijs probatis, vel pręſumptis condemnetur: idemque fieret iure communi.Quod ſi ex ſola contumacia diceretur confeſſus, iure regio non crederem de circunſtantijs aggrauantibus delictum confeſſum cẽſeri,ne corrigatur ius cõmune,eſſetque ſummum ius.

16 Decima, de iure ciuili amicus vel quilibet alius,qui vellit allegare cauſas abſentiæ, & abſentẽ excuſare, auditur quocũque tempore compareat,ante,vel poſt finita pręconia:& ſi non audiretur non valeret proceſſus ex ſentẽtia Bal. & aliorum,in.l.ſeruum quoque.§. publicæ.ff.de procurato.& in extrauagan.ad reprimendum.verſi. negligerit,eſtque communis opinio, vt refert Thom. Gram.voto. 37.de iure regio ex ſentẽtia Auẽd. diſtinguendum eſt, an ante, vel poſt præconia completa compareat: nam inquit,Si ante cõpareat non auditur excuſator, poſtea ſic per dictã pragmaticam. Sed hanc diſtinctionem non admittit Villalobos, quia (inquit ille) l.7.tit.8. part.3. ſine diſtinctione admittit excuſatorem. Villa.

17 Ego concordia litem terminabo,ſcilicet quòd ſententia Auẽd. vſu & praxi recepta ſit, & merito meo iudicio:nam antequàm contumax dici poſsit finito termino ei pręfixo,nõ rite excuſatur de abſentia,nec eſt pręſumendum eum non compariturum: ſententia vero B. de Villalobos verior ſit de iure,per rationem quę ex ſequenti antinomia colligitur, quia facta publicatione bonorum nõ audiebatur, nec reſtituebatur reus in integrum, & oportebat ante publicationẽ excuſationes allegare.

18 Vndecima, annotatio bonorũ erat pœnę contumacię iure communi,vt in titul.de requir. reis apparet,& facta annotatione abſens non reſtituebatur in integrum, authore Fabro. in. l. quicunque.illo titul.C.iure regio.loco annotationis bonorum,de qua in.l.4.titul.3. libr.2. For.ll. ſubrogata eſt pœna ſexaginta morabetinorum: & ſic practici vtuntur ex ſententia. Villalob.

19 Omnes interpretes quos viderim, exiſtimant annotationem apud iuris conſultos pro deſcriptione ſummi, in. l. 1. & toto titulo de requir. reis. & hac ratione vtuntur annotatione bonorum, pro deſcriptione bonorũ. Sed ſi I. C. Reſpõ. bene perpendãtur, in. d. l. prima & ſequẽt. reus annotatus dicitur, nõ bona: nam cum reus deferebatur, aut denunciabatur iudici, ſi erat abſens annotabatur (id eſt) annumerabatur, & deſcribebatur inter reos & in numero reorum, & perquirebatur intra annũ per edicta, ac per literas dimiſſorias, (quas nos literas requiſitorias, o de iuſti
20 cia vulgo dicimus) Deſcriptio autem bonorum (quam nos inuentario de bienes appellamus) intra illud annum fiebat, & diuerſa erat ab annotatione rei: hancq; vocat I.C. in. l. fin. eodem titulo de requirendis reis obſignationem bonorum, & obſignari bona, ne amitterẽtur & diminuerẽtur: quòd ſi reus comparebat intra annum oblata ſatiſdatione, ei reſtituebãtur: ſi vero non comparebat, fiſco applica
21 bantur. Ex quibus elicies verũ ſenſum. d. tit. & l. 1. ac fin. de requirendis reis, & non ſatis propriè interpretes noſtros annotationis verbum & vſum intellexiſſe. Quod diligẽter animaduertit erudiſsim⁹. D. Fernand. de Mõtenegro in ſupremo regis noſtri Italiæ conſilio
22 Senator præſtantiſsimus, quẽ huius mei laboris cenſorem habui.

Ex his præterea intelliges male hoc loco Villal. dicere annotationem bonorũ iure communi fuiſſe pœnam cõtumaciæ, cum annotationem intelligit pro amiſsione bonorum, & quod iure noſtro loco hui⁹ pœnæ, ſcilicet amiſsionis bonorum fuit introducta, aut ſubrogata pœna. 60. marabetinorum vel diſprez: nã illo iure nulla pœna contumaciæ ſtatuitur ante annum elapſum, poſt annum erat amiſsio ſeu publicatio oĩm bono-
23 rũ, quæ quidẽ publicatio iure noſtro ſublata eſt, & ei⁹ loco ſubrogata poteſtas, quę datur iudicib⁹, vt poſsint contra abſentes & contumaces procedere, & eos cauſa cognita condemnare, vel abſoluere: per. d. pragmaticam: quod iure cõmuni non licebat per. d. l. 1. de requir. reis. pœna autem del diſprez 60. marabetinorum alia eſt, nempe primæ contumaciæ ob contẽptum iudicis (illudque ſignificat diſprez) non ob delictum cõmiſſum, de qua hodie ſunt. l. 14. titu. 3. lib. 4. recopil. & l. 9. 10. 11. 12. & 18. tit. 8. lib. 2. & per eas corrigitur. l. 8. tit. 7. par. 3.

24 Sic ergo percipies veram iuris com. & regij antinomiam, quòd illo iure non procedebant, nec condemnabant abſentes cõtumaces pœna corporali, ſed citra cauſę cognitionem poſt annũ amittebant bona, & applicabantur fiſco: iure noſtro loco hui⁹ ammiſsionis bonorum data eſt poteſtas iudicibus pro-

procedendi, & condemnandi abſentes cauſa cognita, ad pœnas ordinarias delictorum, ſiue pecuniarias, ſiue corporales, & non amittunt bona ob contumaciam, ſi ob pœnam delicti id non mereantur: quinimo ſi innocens reperiatur reus in totum abſoluetur: quod æquius quidem eſt, ne delicta remaneant impunita, & ne innocentes damnentur contra iura vulga. hocque diligēter conſiderauit idem. D.D. Ferdi. de Montenegro.

25 Duodecima, de iure communi habitus pro confeſſo, non purgat moram: Ang. in l. & ſi poſt tres. nu. 13. ff. ſi quis cautio. de iure regio ſi ſponte compareat, purgat, & auditur. d. prag. Hęc Auēda. & Villalo.

26 Sed falluntur, nam quicquid Angel. dicat, iure communi ſi reus cōtumax compareat antequam feratur contra eum ſententia diffinitiua, per comparitionem purgat cōtumaciam, & eſt audiendus: ſi vero compareat poſt ſententiam, & condemnationem, non auditur niſi ſit per principem aut Senatū admiſſus ad nouas defenſiones: ita obſeruari, & eſſe commu. opin. tenet Aretin. in conſ. 146. nu. 5. &. 6. & Iul. Clar. in praxi criminali. §. fi. quæſt. 44. verſ. quęro nunc. & iure regio ex contumacia non habetur pro confeſſo, vt nuper diximus.

27 Decima tertia, ſi iure ciuili habetur cōtumax confeſſus ex forma ſtatuti ſic diſponentis, non auditur volens purgare innocentiam: Auenda. & Villalob. alleg. Iaſonē in l. 2. C. qui teſt. facer. poſſ. num. 6. ſi tamen ex legis diſpoſitione, vel forma habeatur confeſſus, auditur volens probare delictum nō fuiſſe commiſſum, vel ad defenſionem commiſiſſe: de iure regio dicūt ipſi auditur, licet habeatur pro confeſſo, & quantum ad pœnas ciuiles practicatur opinio Iaſon. nō quoad criminales. Villalo.

28 Sed hæc antinomia falſa eſt, vt ex ſupradictis apparet: cùm ſi ante ſententiam compareat auditur, ſi poſt cùm principis vel ſenatus admiſsione, & Iaſo in loco per eos allegato nullam differentiam cōſtituit inter legem, & ſtatutū: quinimo idem ſeruari in lege quod in ſtatuto ſentit. Nō eſt ergo antinomia in hoc ante ſententiam. Iure communi indiſtinctè non admittitur reus poſt ſententiā ſine principis, aut ſenatus licentia, iure regio ſi intra annum poſt latam ſententiam compareat auditur, quoad pœnas ciuiles ſeu pecuniarias: & quoad criminales: ſi poſt annū non admittitur nec auditur in pœnis pecuniariis, in criminalibꝰ ſic, quocunque tempore comparuerit. d. l. fin.

29 Decima quarta & vltima antinomia eſt, quòd iure ciuili non habet locum annotatio bonorum, niſi in caſibus iure notatis: Angel. in l. 1. C. de requirēd. reis. licet de conſuetudine fiat in quocunq; caſu, vt notat Caſſan. in conſuetudi.

Burg.

Burg.rub.2.ſ.1.nu.11. Montal.in l.4.titu.2.lib. 2. for.leg.de iure regio loco annotationis bonorũ eſt ſubrogata pœna del diſprez. 60. marabetinorum. Villal.

30 Hoc loco lapſus eſt Villal.in errorem, de quo ſupra in. 11. antino. diximus, qui annotationem bonorum pro deſcriptione intelligit, ſublatamque eſſe affirmat: & in eius locum ſubrogatam pœnã del diſprez: ſed fallitur, vt ibi videbis: præterea in deſcriptione bonorũ idem caueturiure noſtro quod iure communi per dictam. l. fin. ibi. *Y ſi fuere el delicto de tal qualidad en que ſe deuan ſecreſtar ſus bienes.* &c. licet conſuetudine in omnibus delictis fiat ſecreſtatio bonorum contra abſentes, & malè.

31 Alia antinomia inter ius regiũ Caſtellæ & Nauarræ, nam hoc iure non eſt limitata pœna ciuilis ſeu pecuniaria abſentis, ſi intra annum non compareat, illo verò taxata eſt: nam ſi delictum ſit capitale perdet dimidiam partem bonorum. Si delictum meretur pœnam abciſionis membri, perdit tertiam partem bonorum: ſi minorem pœnam mereatur, quintam partẽ amittit, & applicatur fiſco. d. prag.

32 Item hoc iure regio pœna contumaciæ del diſprez eſt 60. marabetinorum, iure regni Nauarræ pro primo termino, ſeu edicto vnius libræ, pro ſecundo, ſi delictũ ſit capitale, trium librarum, fortiũ, ſi nõ ſit capitale vni⁹ libræ. d. prag.

33 Accuſator ſi deſiſtat ab accuſatione, vel tranſigat in caſibus iure commun. permiſsis, non poteſt iudex procedere, aut condemnare reum ad ſanguinis effuſionẽ: Bart. in l. tranſigere. num. 7. C. de tranſact. Curtius Iunior, num. 29. communi. dicit.

Licet contraria quod poſsit procedere ad pœnam iure ſtatutam etiam ſit communis: teſte Iul. Cla. in praxi criminali. ſ. fin. quæſt. 58. verſiculo Sed punctus.

34 Iure regio maxime cõtrouerſum eſt, nam tex. in l. 22. titul. 1. part. 7. ibi. *Vale para no recebir pena por ende en el cuerpo el accuſado, &c.* Videtur innuere quòd hoc iure tranſactionẽ facta, ante ſententiam non poteſt imponi pœna corporalis: ſicque intelligendam, & vſu receptam affirmat Montal, ibi, & latè Villalpãdo in repetitione. d. l. c. 6. nu. 1. & Anto. Gomez in tomo. 3. de delictis cap. 3. nu. 55. ſed Gregorius Lopez in eadem. l. & Gomez vbi ſupra veriorem putant opinionem eorum, qui dicunt etiã tranſactione facta iudicem poſſe procedere ad pœnam corporalem & capitalem iure regio: & d. l. partitæ intelligunt in eo verſiculo. *Vale para no*

35 *recebir. &c.* Quòd tranſactio quidẽ valeat ad hoc, vt tranſigens propter tranſactionem factam nõ puniatur corporaliter, nec habeatur pro confeſſo, aut conuicto (quod in delictis non irrogantibus pœnam ſanguinis fiebat. l. fin. ff. de

præua

preuaricator.&.d.l.1.eiuſdem titu li & partitæ.) Sed licet hunc intellectum veriorem eſſe affirment, à priori non recedendum in iudicãdo, & conſulendo dicunt: quia vſu receptum eſt tranſactione facta non puniri. Sed ſi Villalpando credamus, adhuc verior eſt etiã & ple
36 nior primus intellectus, & ille mihi magis arridet, quia generalis eſt: vt verba legis. Nã ſi intelligeretur vt Grego. & Gomez volunt, exceptio ſequens in. d. lege poſita, ibi. *fueras ende ſi el yerro fueſſe de adulterio.* Non eſſet de regula præcedenti, nec ei congruè adaptari poſſet contra iura vulg. & aperte declarat. d.l. in regula præcedenti loqui de pœna criminis ſeu delicti, & nõ de pœna tranſactionis factę: ſicque dubitatio ſi qua eſt in intellectu. d. verſiculi declaratur per ſubſequentem exceptionem: iuxta doctrinam gloſſ. in rubr. de regul. iur. in 6. &. l. nam quod liquidè. ff. fin. in fine de penu. lega. cum ſimil.

37 Sed quicquid ſit, hodie habemus legem nouam Regis Philippi, latam in opido de Madrid, quæ eſt ſub titulo. 24. lib. 8. recopil. l. 10 in ordin. quæ ſic ſe habet. *Por quanto ſomos informados que algunos han querido poner duda, y difficultad, ſi en los delictos que ſe procede a inſtancia y accuſacion de parte, hauiendo perdon de la dicha parte ſe puede imponer pena corporal: declaramos que aunque haya perdon de la parte, ſiendo el delicto y perſona de qualidad que juſtamente pueda ſer condenado en pena corporal, ſea y pueda ſer pueſta la dicha pena del ſeruicio de galeras por el tiẽpo que ſegun la qualidad de la perſona y del caſo pareciere que ſe puede poner.* Ecce text. clarum decidentem hanc controuerſiam in pœna corporali, & ex eo facere poteris antinomiam, quòd iure communi non punitur reus pœna corporali, tranſigente, aut deſiſtente accuſatore: iure regio nouo punitur ad triremes vſque. Ex quo etiam correcta videtur. l. 17. titul. 1. part. 7. quę accuſatore non comparente accuſatũ ab inſtancia abſoluebat, nam hodie iudex procedit per. d. l. & l. 4. titu. 10. lib. 8. Recopil.

38 Sed pulchra dubitatio ſuſcitari poterit, nunquid hac lege ſub illis verbis. *Se pueda poner pena corporal.* comprehẽdatur pœna capitalis, ita vt ſi delictum eſſet capitale, & accuſante ſeu inſtante parte condemnari poſſet reus pœna mortis, vel capitali, ea deſiſtente ab accuſatione, vel tranſigente deberet condemnari ad pœnam triremium, ſcilicet de galeras tantum, iuxta deciſionẽ. d. l. vel ad aliam, & ſi latam imo propriam dictorũ verborum ſignificationẽ inſpiciamus, dicendum videtur, pœnã capitalem & mortis contineri, cum corporalis proprię ſit, idque ratione fulciri poteſt: quia lege antiqua partitarum vt diximus regulariter delicta etiam capitalia, tranſactione ſeu pace facta, non punieban

niebãtur pœna corporali ſed cũ
noſtris temporibus hoc noxium
videretur, ex creſcente malitia ho
minum, quòd delicta remanerent
impunita, per.d. legem nouã huic
malo obuiam itum eſt,& cautum,
quòd nihilominus delicta punian
tur per iudicem ex officio: tamen
quia ſumus videbatur rigor,& ini-
quitas, ſi trãſactione & pace facta
cum accuſatore, & parte offenſa,
reus condemnaretur pœna ordi-
39 naria delicti,electa fuit media via,
qua rigor ille temperaretur,& de-
licta inulcta non remanerent. ar-
gument.§.1.in authe.de conſulib.
col.4.ſ.cũ ex aliena materia.inſti.
de rerum diuiſ.l.ſolẽt. de offi.pro
conſul.cum ſimil.Sed ſi communẽ
illorum verborum ſenſum ac in-
terpretationem accipiamus, vt.l.
40 C.pręcipit.in.l.cum delanionis.ſ.
fin.de fund.inſtruct. & inſtrumen-
to legato. ff.&. l. ſi ſeruus pluriũ.
ſ.fin.de leg.1. his verbis. *Pena cor-*
poral. non comprehendimus pœ-
nam mortis,& ſemper leuiorem
intelligimus: pœnamque mortis
ſuo ſpeciali & proprio nomine
mortis aut capitis declaramus, de
quo videtur tex.expreſſus in.l.4.ti
tul.31.part.7.idque proprie viden
tur innuere verba illa,d.l. *Siendo el*
delicto y perſona de qualidad que juſta-
mente ſe pueda poner pena corporal. Et
ſecundum hunc intellectum erit
dicendum.l.partitæ in cauſis capi
talibus quibus maior pœna quam
triremium eſſet imponenda, non
fuiſſe correctam & obſeruandam
fore,ac interpretãdam iuxta vſum
& praxim illius: nempe quòd non
puniantur. Quod etiam iubatur ex
illa iuris vulg. ſententia, quæ ha-
bet,legem pœnalem,& correcto-
riam ſtrictę eſſe interpretandã, vt
ſunt iura vulg. reg. odia. & in pœ-
nis. de regu.iur.in.6.cum ſimilib.
Sed ſtatim dicet doctus quidam le
ctor, quod ſi hæc lex noua locum
habet in leuioribus delictis, for-
tiori ratione debuit in grauioribꝰ,
cùm maius eſſet periculum & dã-
num,ſi ea non punirẽtur,& vbi ma
ior verſatur ratio etiam in pœnali
41 bus, & odioſis fieri extenſionẽ vt
diligenter not. Euerar.in locis le-
galib.a ratione legis larga ad am-
pliationem illius.33. in ordine. Et
ſanè licet hæc ratio non leuis ſit,
veriorq; videatur primus intelle-
ctus, tamen non omnino ſatisfa-
cit:quia non eſt ſatis conſultum il
li damno,nec delicta grauiora, &
atrocia erunt ſatis punita, etiam
tranſactione facta per ſolam pœ-
nam huius legis nouæ, ſcilicet.
De galeras. Nam propter atro-
citatem delicti non tantum pœnã
42 ordinariam imponere, verum le-
ges tranſgredi licet, not. Bald. in.
ca.1.ſ.iniuria. de pace iura. firmã.
& alij relati per Villalpã.in.d.l.22.
c.9.nu.10.vbi hac ratione proba-
re conatur, illam leg. non habere
43 locum in his atrocioribꝰ delictis.
Sed fallitur,quia generaliter & in
diſtinctè loquitur quare principẽ
con

ſulendum fore exiſtimo vt.d.l. interpretatione declaret.

44 Et ſecundum vtranque opinionem eſt etiam antinomia in hoc, quod l iure communi deſiſtēte, aut tranſigente parte, inſtantia periibat, & proceſſus antea factus erat nullus, iudexque procedebat per inquiſitionem, tenebaturque nouum proceſſum facere: & hanc eſſe communem opinionem refert Gomez vbi ſupra num.36.& Clar. verbo. Et ſcias. ſed iure noſtro cōtrarium ſtatuitur per.d.l.

45 Iure regni Nauarræ certis in caſibus enumeratis in prag. 42. libr. 2. de las pragmaticas y reparos de agrauios d aquel reyno. Poteſt iudex procedere contra reum, inſtāte aduocato fiſci, vel alio nomine iuſtitiæ: in aliis vero nō poteſt: tamen pars nō deſiſtit ab accuſatione ſine licentia iudicis. ordenāça 9. de la viſita de Fonſeca.

46 Iure communi & regio in accuſatione imponenda eſt inſcriptio ad pœnam talionis, ſi non probet: vt de iure cōmuni teſtatur Iulius. clar. in praxi crimina. ʃʃ. fina. q. 12. verſic. dixi quoq;.& de iure regio: Dueñas in reg.27. ſed de conſuetudine non ſeruatur, vt ipſi dicunt, & vigilātiſſi. noſter. D. Couar. ſuppremi Senatus Præſes meritiſſimus in lib.2.vari.reſolut.c.9.nu.1.

47 Iure ciuili in accuſatione debet poni nomen imperatoris. l. libellorum. ff. de accuſat. iure regio nō requiritur. l.14.tit.1.par.7. Villa.

48 Accuſatus de crimine famoſo, ſi ſit conuictus, & condemnatus, nō repellitur à teſtimonio iure ciuili. l. qui accuſare. C. de accuſat. iure canonico ſi ſit conuictus, vel conuici poteſt, licet non ſit condēnatus repellitur. c. cum dilectus. de accuſatio. c. ſuper eo. de teſt. c. de exceptio. ex iure regio. l. 2. titul. 1. par. 7. concordat ex ſententia Villalo. cum iure canonico, in eo qui falſum deponit, nam repellitur ſi probetur falſitas, licet non ſit condemnatus in aliis criminibus, concordat &. l. regia cum iure communi. Villalo.

49 Sed meo iudicio in eo quod de falſi crimine dicit, falſum cōmittit Villalobos, & patietur eandē pœnam: quod non credemus eius teſtimonio. Nam lex noſtra partitæ ſimilis eſt. l. alij. ff. de accuſat. nec obſtabit. l. qui accuſari. quę generaliter loquitur, & limitatur eo caſu per hanc.

50 Accuſatus de quocūque crimine, non poteſt eſſe procurator pēdente accuſatione: Iaſo. in. l. reum criminis. C. de procurato. de iure regio per. l. 5. tit. 5. par. 3. approbatur opinio. Bar. & Alberi. dicētium id tantum habere locum in accuſato de crimine capitali: & ita intelligit. d. l. Villalo.

51 Sed caue nō ſic intelligas, nam, lex partitæ non loquitur ſigillatim de crimine capitali, ſed de crimine magno: & plurima ſunt crimina quæ magna dici poſſunt, nō tamen

tamen capitalia: quare ego exiſtimarem hanc controuerſiam arbitrio iudicis relinquẽdam: ſcilicet quale crimẽ dicatur magnũ, inſpectis circũſtãtiis eius: vt ſentit gloſ. in. l. 1. verbo. parte. ff. de cuſtodia reorum. & alij qui allegantur per Menoch. in tract. quæſt. arbit. iud. lib. 2. centuria. 3. caſu. 176.

52 Actor ſi petat plus debito iure ciuili pœna tripli punitur. §. & hoc quidem. inſtit. de actio. iure regio ex ſententia Villalobos ſi petat plus, loco & cauſa, pœna tripli punitur, in aliis pœna ſimpli. per. l. 43. & .45. tit. 2. par. 3. Villa.

53 Sed tu dic, quatuor modis plus peti, re, loco, tempore, & cauſa. §. plus autem. inſti. eodem titu. l. 42. tit. 2. par. 3. & cũ loco & cauſa plus petitur, puniri pœna tripli: & ſic conformis eſt lex regia iuri cõmuni, cum vero plus petitur tempore duplicari tempus ſeu inducias: & in hoc etiam. l. regia eſt cõformis vt. §. hęc quidem. ſupra allegato, & hoc tãtum caſu eſſe antinomiam, ſcilicet cum plus petitur re, nã iure cõmuni pœna tripli, iure regio per. d. l. 43. nulla pœna punitur: ſed ſi hac ratione expenſas fecerit reus, actor condemnabitur vt ſoluat.

54 Actore cõtumace, ſi ex actis appareat de iuſtitia rei in totum condemnatur iure ciuili, gloſ. in. l. properandum. §. 1. ver. excipiẽdis, & ibi. dd. C. de iudi. quam communem Greg. Lopez in. l. 8. titul. 22. par. 3. verbo. *de la demanda*, Iure regio per. d. l. 8. de re principali ſunt detrahendę expenſæ à reo factę in proſecutione cauſę, approbata opinione Placentini in. d. l. properandum. Villalo.

55 Adamaſia (id eſt concubina) ſi non ſit coniugata iure ciuili non punitur ex ſententia. B. de Villalo. allegat. gloſ. & Bal. in. l. 1. C. de adulter. iure regio ſi eſt concubina publica clerici, religioſi, vel vxorati punitur. l. 42. cap. 21. pragmaticarum. » In noua recopila. eſt. l. 7. » tit. 19. de los amancebados, lib. 8. Villalo.

56 Licet gloſ. in. d. l. 1. videatur ſentire quòd adamaſia vxorati (ita loquitur Bald.) non punitur, tamen ipſe Bald. contrarium affirmat, & verius: ſicque doctrina Villal. non habebit authorẽ: & vide tu Greg. Lopez in. l. 11. tit. 13. par. 6. D. Pręſ. Couar. in epito. 4. part. 2. cap. 8. §. 5. nume. 17. quibus locis probat, vnico tantum caſu concubinam non puniri iure ciuili, ſcilicet cùm ſit libera & corrupta: nam ſi ſit virgo committit ſtuprum, & punitur pœna. §. item. lege Iul. inſt. de public. iudi. & . l. 2. tit. 19. part. 7. Gomez in. l. 80. Tauri nu. 5. ſi ſit nupta punitur pœna adulterij, ſi vidua etiam pœna ſtupri punitur. l. inter liberas. ff. de adulte. Clar. in lib. 5. receptarum ſententiarum. §. ſtuprum. verbo ſed nũquid vidua. & ſeq. præterea iure noſtro quelibet cõcubina indiſtinctè punitur per.

l. 36.

per.l.36.titu.6.lib.3. recopil.ſic ergo cōſtituere poteris antinomiā, quòd iure communi vnico caſu nō
57 punitur concubina, ſeu adamaſia: nempe cū eſt libera & corrupta, & ſeruat regulas concubinatus: iure noſtro indiſtīctè omni caſu prohibetur concubinatus, & punitur cōcubina. Sic remanent correctæ. ll. tit.14.part.4.
58 Adulteriū iure ciuili ex ſentētia Villa. poteſt accuſari à quolibet đ populo.l.2.ſ.fi.ff.de adul.l.ſi maritus.ſ.lex Iulia.eo.tit.de iure regio ſolus maritus accuſat.l.3.tit.7.libr. 4.for.leg.& illa.l. approbatur p. l.
„ 95.cū ſeq.prag.In noua recopi.eſt.
„ l.2.d.ti.19.de los amācebados.li.8. per quā videtur correcta. l.1. &.2. ti.17.par. 7. in eo qđ fratrib⁹ dabatur poteſtas accuſandi, & negligēte marito quibuſcunque. Villal.
59 Illud quod putat Villalobos, iure ciuili cuilibet permiſſum accuſare adulteriū, fuiſſe de iure antiquo digeſtorū, nā iure Codicis crimē eſt priuatū, & illis tm̄ pſonis licet illud accuſare, quę enumerāt in. l. q̄uis. illo tit.de adul.C.nēpe marito, & eo negligēte patri, aut fratribus: ſicque non erit antinomia.
60 Adulterij pœna iure ciuili in muliere eſt verberatio, & intruſio monaſterij: authē. ſed hodie.C. de adult.correcta.l. quanuis.2. ff.eod. titu.iuxt.commu.opin.de qua.l.15. tit.17.par.7.& Nellus in cōcordia gloſ.concordat.8.iure regio nouo adultera traditur cum adultero in poteſtatem mariti, vt ſi vellet eos occidat, vel dimittat: vel pro libito de eorum vita diſponat.l.1.titu. 7. lib. 4. fori leg.approbata per.l.
„ 81.Tauri.In noua compil.eſt.l.4.ti
„ tulo.20. de los adulterios. lib. 8. Villalo.
61 Adulteriū iure cōi indiſtinctè cōmittitur, ſi cognoſcatur vxor alterius: vt p totū.ff.&.C.de adult. iure regio cognoſcēs alterius vxorem, credēs eſſe ſuā non cōmittit adulterium.l.1.tit.37.par.7.hæc Villa.
62 Sed miror, nā hoc caſu nec iure ciuili dicitur adulterium cōmiſiſſe, p text. expreſſum in.l.ſi vxor.ſ. ſi quis.verſic.cæterum.ff.de adult. & expreſsior in canon. in lectum. 34.q.2.& ibi glo.Cin.indicta auth. ſed hodie. Iacobus Damoderius in praxi crim. verbo, adulteriū. numero. 37. facit etiā tex.& quæ ibi not.in.l.vxor.C. de repud. non eſt ergo antino.
63 Alia eſt antinomia, adulteriū iure ciuili eſt difficilioris pbationis, vt not. præ cæteris Aymō Crauet. in cōſ.205.nu. preſertim.20.&.21. ſed iure regio ſi prius de adulterio fama præceſſerit, & in ea dē domo ſimul reperiātur, dicitur probatū adulteriū, per.l.61.del eſtilo. Caue tamen ſi ſit in obſeruātia, nam mihi dura nimis videtur, minimeque eos condemnarem pœna ordinaria, niſi per alias probationes appareret: per ea quę not. Nun. Auē. in reſp.24.nu.7.
64 Iure cōmuni adulteri nō amittebant

bãt bona, ſed vxor amittebat dotẽ & arras. d. auth. ſed hodie. de adul. Auend. in reſpon. 24. in prin. idq; ex eo patet quod nõ inuenitur eo iure cautum, & non debet extendi argumento. l. att. qui natura. ʃ. diuus. ff. de religioſ. & ſumpt. fune. gloſ. in. c. fin. de iur. patro. ſed iure
„ regio per. l. 1. ti. 7. li. 4. fori leg. quę
„ eſt. l. 1. tit. 20. lib. 8. recopila. bona vxoris & adulteri marito applicãtur: de cuius intellectu & praxi vide eundem Auend. vbi ſupra.

65 Adulterium cum ſponſa de præſenti quæ non habet nubilẽ ætatẽ, in qua tamen malitia ſupplet ætatem, iure cõmuni punitur iure ſpõſaliorum. l. ſi vxor. ʃ. ſi minor. ff. de adulte. eſtque com. opin. vt refert erudentiſſ. D. P. Couar. in epito. 4. par. 1. cap. 1. nume. 14. Iure regio licet malitia ſuppleat ætatẽ, ſi non ſit nubilis non punitur. l. 3. &. 4. titulo. 20. de los adulterios. lib. 8. nouæ recopil. quinimo eadem. l. 3. cauetur, quòd licet vxor habeat nubilẽ ætatem, ſi maritus ſiue ſponſus non habeat, nec de potentia eius appareat, non puniatur: & ita intelligit eã prædictus. D. Couar. vbi ſupra, nu. 15. cui adde. D. Frãc. Sarmiento. ca. 5. ſelectarum interpretationum.

66 Iure cõmuni nõ licebat marito occidere adulterũ vilem, cũ vxore deprehenſum extra domũ propriã. l. merito quoq;. ff. de adult. iure regio etiam ſi extra domũ propriã inueniat, & nobilẽ licet occidere. l. 13. tit. 17. par. 7. D. P. Couar. vbi ſupra, par. 2. ca. 7. §. 7. nu. 4. vide infra verſi. maritus.

67 Aduocatus qui ſe obligauit defendere cauſam, nõ tenet̃ eã defẽdere in inſtantia appellationis iure cõi, ſed vſque ad ſententiã diffinitiuã: Iaſ. in. l. ita demum. num. 8. C. de procurat. dicit cõmunem. Iure regio ſi inſtantia appellationis ſit proſequẽda in eodẽ loco, tenetur defendere, aliàs nõ. l. 11. in ordi
„ nat. aduocatorum, Eſt. l. 20. tit. 16.
„ lib. 2. recopil. Villalo.

68 Aduocatus q. cõſuluit cliẽtulo, vt produceret falſa inſtrumẽta in cauſa, punitur pœna falſi iure communi. l. falſi. ff. ad. l. Corneliã de falſa. Specul. in tit. de Aduocat. ʃ. fi. de iure regio punitur pœna mortis. l. fin. tit. 6. par. 3. Villalo.

69 Aduocatus iure cõi ex ſententia Villalobos nõ tenetur iurare, foue re iuſtã cauſam, quia iuramentum aboleuit ab vſu. alleg. Iaſ. in. l. rem non nouam. num. 2. C. de iudi. iure regio cauetur cõtrarium. l. 3. tit. 6. par. 3. l. 1. &. 2. in ordinat. aduocato
„ rum. Eſt. l. 2. d. tit. 16. lib. 2. recopil. Villalo.

70 Sed miror deſidiã illius, nã Iaſ. & omnes contrarium dicunt per eundem tex. non eſt ergo antino. ĩ hoc, ſed quod iure ciuili aduocatus tenetur iurare in ſingulis cauſis, Iaſ. in. d. l. rem non nouam. nu. 1. iure regio cum recipitur ad officiũ, & ſemel ſingulis ãnis. l. 2. d. ti. tit. 16. de los abogados li. 2. recop.

Idem

Idē ſeruatur iure regni Nauarræ, per capitulum primum del arā zel de los abogados.

71 Aduocatus iure ciuili non petit ſalarium ante finitam cauſam: Iaſ. in.l.diem functo.num.11. de offic. aſſeſſ. ff. commu. dicit/iure regio „ per.l.11.in ordina.aduocatorū: eſt „ l.20.eodem tit.16. libr. 2. recopil. quarta pars eſt ſoluenda in principio, quarta in publicatiōe,& quarta lata ſententia, & alia finita cauſa. Villa.

Nauarræ pendente lite. 12. regalia poteſt petere & nō amplius: cap. 5. del aranzel de los abogados. reliquum poſt.

72 Iure ciuili, vt quis poſsit creari aduocat⁹, ſufficit quòd ſit apꝓbatus ab aliquo doctore. l. nemine. C. de aduocatis. diuerſo. iud.& vt Bar. vult in. l. 1. ſ. aduocat.de vari. & extraordi.cogni.ff.& Bald. in.l. petitionis. C. de aduocat. diuerſ. iud.quod per quinquēniū ſtuduerit/Iure regio niſi gradu vniuerſitatis fuerit approbatus,& præcedente examine per conſiliū regiū, aut cācellariā, nō admitti.tex.l.1.d.ti. 16.li.2.recopi.l.13.tit.6.par.3/& cū hoc ſit maxime neceſſariū,nō ſeruatur in hoc regio & ſupremo ſenatu,nec qđ iuramēto ꝓxime dictū; in quo grauiora totius mūdi negotia tractantur, neſcio qua ratione, nam vbi maius periculum, ibi cautius agendum erat.

73 Iure ciuili hoīes plebeij aut vilis cōditionis nō admittūtur ad mun⁹ aduocatorū.l.cū aduocat. &.l.nemini.d.tit.de aduoc.diuer.iud/iure regio nō ſeruatur,plurimoſq; vidimus, nō tātū plebeios,verū qui poſtq̃ ab officiis publicis iudicū ob vilitatē, & crimina atrocia repulſi, & priuati fuerunt, ad munus aduocatorū admiſſos, & opulētiores factos, nō ſine maximo reipu. damno,contra.l.11.tit.6.par.3.

74 In Nauarræ regno cōuerſi ex Iudęis, aut Sarracenis intra ſecūdum gradū,non admittuntur ad officia publica,nec aduocationis, ꝑ prouiſionē regiā.11. lib. 1. nec in vlteriori gradu admittūtur hodie, & ꝑ Senatū examinantur: ord.1. del aranzel de los abogados.

75 Aduocatus iure cōi debet ſtare, & nō ſedere corā iudice. l. quiſq;. & ibi.dd.C.de poſtul.l. 7.ti.6.par. 3/Iure regio nouo poteſt ſedere. l. 25.tit. 16. de los abogados. li.2.recop.& ſic corrigitur ea. l. partitæ.

76 Aduocatus iure cōi nō tenetur vltra q̃ facere poteſt: Bar.in. l. miles.in prin.de re iud.vbi Alex.con cord. allegat/iure regio nō ſeruatur eis hoc priuilegium.

77 Aduocati iure cōi non tenentur ad munera,aut ſeruitia ꝑſonalia. l. ſancimus, & ibi ſcribentes. C. de aduocatis diuerſo. iud/iure regio graduati in vniuerſitatib⁹ Salamātina,Valiſoletana, Complutēſi, & collegio Hiſpanorum Bolonięſi, gaudent hac immunitate: reliqui non.l.8.&.9.titul.7. de los ſtudios lib.1.recopil.

78 Aduocatus recipiẽs ſalariũ magnũ & exceſsiuũ iure cõmuni non peccat, nec tenetur illud reſtituere, qa volũtate dãtis illud recipit, nec in foro cõſcientiæ:not.Innoc. in.c.pleriq;.circa mediũ, verb.ſed quid dicis.de immu.eccl. Bald. in authen.ad hęc.verſi. inſuper quęritur.nu.de vſur.℣. Bertach.in reperto.verb.aduocat⁹. iure regio peccat, & tenetur ad reſtitutionem in vtroq; foro, & cogitur iurare quid recepit, vt arbitrio iudicis qui ſalarium taxat, exceſſum reſtituat.l.11. titul.16.de los auogados lib. 2. recopil.ſed non ſeruatur.

79 Iure cõmuni aduocatus eſt perſona egregia, & nõ poteſt torqueri:& depoſito officio dicitur clariſſimus.l.1.& ibi Bart.C. de aduoca. diuerſ.iudi.iure regio torquentur, nec ſunt egregij.l.2.titul.30.par.7. vbi magiſter legum tantum, & nõ aduocati excipitur à torturę regula:& ita obſeruatur.

80 Affinitas iure ciuili non habet gradus.l.nõ facile.ʃ.gradus.de grad.iure regio qđ ſeqtur ius canonicũ eoſdẽ habet gradus. l.1. tit.6. part.4.&.l.5.eo.tit.& not.in.l.1.tit. 18.par.7.&.l.7.tit.fin.lib.8.ordi.&. „l.5.tit.15.eod.lib.Eſt.l.7.titu.21.lib. „8.recopil. Villalo.

81 Tu dices affinitatem iure ciuili non habere gradus propriè: nam gradus ſunt ratione cognationis, quæ nulla eſt inter affines, vt gloſ. not.in eod.ʃ.gradus.tamẽ impropriè, & ratione prohibitionis matrimonij iure ciuili affinitas grad⁹ habet.l.iuris conſultus.ibi, cognationũ gradus & affiniũ noſſe oportet. quoad prohibitionẽ ergo non eſt antinomia, licet quoad ordinẽ & numerationem gradus ſit, inter ius canonicum & ciuile.

82 Affinitas iure ciuili nõ contrahitur ſine matrimonio. d.l.nõ facilè. ʃ. ſecundum. iure regio per.l.5.tit. 6.par.4.contrahitur etiam ſine matrimonio: iuxta cap.deſcriptioni. de eo qui cognouit cõſangui.vxoris ſuæ. Nun. Auend. in alphabet. Hiſpano verſi.inceſto.

83 Amic⁹ poteſt eſſe teſtis in cauſa amici, niſi ſint ſocij oĩm bonorũ, aut ex tali ſocietate orta ſit maxima amicitia. Aufrer.in tract.de reprob.teſt.n.89.vbi dicit com. Grãma.voto.22.iure regio, ſi Villa.credam⁹ nõ admittitur hęc diſtinctio, per.l.21.tit.16.par.3.&.l.5.tit.3.par. 7.ideq; affirmat Auend.in alphab. Hiſpano:verſi.amigo.nam dicunt ipſi per dictas leges, non minuitur fides propter amicitiam, aut ſocietatem. Villal.

84 Licet.l.illa.21.titu.16. par.3.admittat eo caſu dictũ teſtis amici, ☞ non debet extẽdi ad alios, nec ad quẽlibet amicũ:quinimo vt Greg. Lopez rectè aduertit in allega.l.5. tit.3.par.7.illa lex docet qui amici ſint dicendi, & repellẽdi à teſtimonio ob amicitiam: & ſanè ſi ob rei communionem repellitur teſtis in. l. 21. nuper allegata: multò melius debet reſpui ob maximam amici-

amicitiam: cum vinculum amicitiæ fortiſsimũ ſit, & æquiparatur coniũctioni ſanguinis. Bal. in.l.vt vim.5.&.6. quæſt. de iuſti.& iure. Alex.in.l.ſæpe.nu.88.de re iudi. & appellatione ſuorum, amicus ſingularis comprehenditur: Catelia.
85 Cotta in memora. verſi. amor licitus.& verſi. ſuorũ appellatiõe. Gabriel ſaraina in additio ad Matheſil.ſing.41. num.4.&.5. Quare cum caſus euenerit illum arbitrio boni iudicis remitterem, qui conſidera
86 to amicitię vinculo,& genere, aduertat, quanta fides ſit teſti amico adhibẽda: vt in ſimili not. Menoc. in tract.quæſt.arbitr. iudic. libr.2. centur.1.caſu.90. ſicque nulla erit antinomia. Hacque ratione teſtes interrogare ſolemus, en las preguntas generales, ſi ſon amigos de las partes, y qual querrian que ganaſſe el pleyto.
87 Alienari non poſſunt donata à principe. authẽ. hoc ius porrectũ. C.de ſacroſan. eccleſ.de iure communi, iure regio poſſunt. l.9. tit.9. „lib.5.ordi.hæc Villalo.Eſt.l.5.titul. „9.lib. 5. recopil. Villal.
88 Sed non puto verum indiſtinctè, nam. d. authẽ. de rebus immobilibus eccleſiæ donatis loquitur, & in his idem quod iure communi, cauetur iure regio in.l.5.titulo. 2. de las yglesias. libr.1.recopilat. & inſpecta generalitate illius legis, intelligi poſset de mouilibus: ſaltim de his quę ſeruando ſeruari poſſunt: ſicque intellecta, non erit antinomia. Item regula hæc iuris noſtri quòd res donatę à principe poſſunt alienari, fallit in reb⁹ quæ fuerunt donatę per regem Henricum. 2. nam hæ iure maioratus ad filios donatariorum pertinent, & filiis deficientibus, reuertuntur regio patrimonio.l.11.titul.7. de los mayorazgos. li. 5. recop.de cuius intellectu vide. D. Ludo. Moli. li. primo Hiſp.
89 Alienatio poſt delictũ propoſitũ reuocatur iure cõmuni, allegat. Villa.Bart.poſt Odofred.in.l.poſt cõtractum. de donat. & Angel. in l.ſi poſt hac.C.de bono. dam na.Bal. & Din.in.d.l. poſt cõtractum. idq; communiter ſeruari per iudices & aſſeſſores. Iure regio in crimine læſæ maieſtatis diuinę, vt eſt hæreſis, & lęſæ maieſtatis humanę, poſt propoſitum crimen reuocatur alienatio, in aliis non vſque ad ſententiam. l. 2. titulo. 4. part. 5. Villalo.
90 Communem & veriorem eſſe opinionem eorum, qui dicunt iure communi etiam poſt delictum commiſſum, ante ſentẽtiam tantũ poſſe alienari bona titulo oneroſo: modo ne in fraudem alienet: vt probat Iul. Clar. in praxi. criminali.ʃ.fin.q.78. verſic. cæterum poſt commiſſum. quę regula fallit in delictis quibus ipſo iure bona publicantur: vt ſunt crimina hæreſis, & lęſæ maieſtatis quibus „adde crimen Sodomiæ, ex. l. vnica. titu.21. del pecado nephando.

„ lib. 8. recopil. Nam cum his delictis adminiſtratio bonorum ſit interdicta delinquenti ipſo iure, nō poteſt aliquo modo alienare. Iul. clar. vbi ſupra: ex quibus liquet leges regias conformes eſſe iuri cōmuni, nullamque antinomiam in hoc habere.

91 Alienata re per poſſeſſorem iudicij mutandi cauſa, & per dominum ęſtimatione ab alienante recepta: poteſt dominus ipſam rem vendicare à poſſeſſore cui fuit alienata. l. ſtichum. ꝸ. dolo. ff. de ſolut. l. etiam. ꝸ. item ſi quis. ff. de peti. hæred. (quas ſic intelligit Villalo.) iure regio ſi æſtimationē recepit, non poterit vendicare. l. 30. tit. 2. par. 3. Villa.

92 Caue, nam Villal. male intelligit text. iuris ciuilis, ibi enim ideo agit ad vindicationem rei, quòd is qui alienauit, non fuit conuentus à domino de æſtimatione ipſius, ſed de dolo commiſſo in alienatione, & quia poſſeſſor conuentus non habebat regreſſum cōtra alienātem: quòd ſi dominꝰ exigiſſet æſtimationem rei ſuę, poſſetque emptor contra ipſum alienantem regredi, non admitteretur dominus rei cōtra poſſeſſorem: quia efficeretur locuplex cum aliena iactura, rem, & ęſtimationem vindicando, & alienans cogeretur bis ſoluere: & hoc caſu lex regia idem ſtatueret, quod ius commune: vt not. Grego. Lopez ibi verſ. deſpues. quare tu cùm de hac materia agas, recurre ad Bartol. in. l. quo-

93 ties. ff. ſi famil. fur ~~frui~~ fecis. dicatur. vbi diligēter diſtinguit caſus, quibus poterit agere ad rem, vel æſtimationem, & dices antinomiam iuris ciuilis & regij eſſe hanc, quòd citra diſtinctiones Bart. ſi dominꝰ receperit æſtimationem non admittitur contra poſſeſſorem ad rei vēdicationem, iure regio per. d. l.

Annui redditus iuri ciuili poſ-

94 ſunt conſtitui redimibiles, in frumento vino, oleo, & ſimilibus frugibus Ioan. de Anania in. c. in ciuitate. de vſur. de quo diligentiſsimus Præſes. D. Couar. in lib. 1. variarum reſolut. cap. 15. numer. 11. iure regio per. l. 21. in curiis de Madrid anni. 1534. & Toleti an-
„ ni. 1529. ~~libr.~~ leye. 10. In noua reco-
„ pilatione: eſt. l. 4. titul. 15. de los
„ contratos de cenſo libr. 5. prohibentur cōſtitui, & emere hos redditus in fructibus, ſeu frugibus, & reduci iubentur ad pecuniam, & rationem. 14. pro milliario: vide eundem Couar. diligentius in lib. 3. variarum reſolutio. cap. 10. & 11. Villalo.

95 Idem quod iure regio, cauetur iure regni Nauarræ in pragmatic. 136. libro ſecundo pragmaticarū. ſed antinomia eſt hæc, quod iure regio ad rationem. 14. pro milliario id eſt. 7. pro centenario ſolui iubentur cenſus, Nauarræ ad. 6. pro centenario, pragmatic. 135. lib. 2.

96 Alia eſt antinomia ĩter ius regiū

& regni

&regni Nauarrę, q̃ ſi in contractu
annui reddit° redimibilis appona
96 tur clauſula commiſsi, Nauarrę nõ
valet, nec executioni mãdatur, &
loco commiſsi datur executio cõ-
tractus ad quantitatem principa-
lem: proqua redditus conſtitutus
fuit exigẽdam, & redditum decur
ſum non ſolutum per dictam legẽ.
Iure regio valet clauſula commiſ-
97 ſi, & illam ſeruari iubet. l. 68. Tau-
„ ri. quæ eſt. l. 1. titulo. 15. de los con-
„ tratos de cenſo lib. 5. recopila. Sic
intellecta per Pala. Rubios, Did.
de Caſtello, Ant. Gomez, & alios
ibi. Sed praxis, & forenſis vſus in
ſupremis regijs tribunalibus, licet
lex illa in redimibili cenſu expreſ-
ſè loquatur, eam tantum admittit,
& probat in cenſibus perpetuis,
abſque pacto redimendi conſtitu
tis, & quando res ſuper quibus cõ-
ſtituti fuerunt, propriè ipſorum e-
rant qui penſionẽ, ſeu cenſum ſibi
ſoluendum conſtituerunt: teſte Il-
luſtriſsimo. D. Didac. Couarr. Prę
ſide noſtro in ca. 7. lib. 3. vari. reſo-
lut. n. 11. & merito quidẽ: nam aliàs
quamplurimę fraudes, & vſurarũ
ſpecies prætextu talium, & ſimi-
lium clauſularum in fraudem le-
gis excogitarentur. Quod hodie
apud me erit ſine dubio, extante
lege Matritia in curijs anni. 1563.
98 quæ eſt. l. fi. d. tit. 15. de los contra-
tos de cenſo quã expreſſe ſancitũ
fuit annuos redditus redimibiles
nullo modo emi, aut cõſtitui poſſe
minori prętio, quàm ad rationem.
14. pro milliario: per hæc verba.
Ordenamos y mandamos, que de aqui adelante no ſe pueda en eſtos nueſtros reynos, ni en ninguna parte ni lugar de ellos vender, ni imponer, ni conſtituir juros ni cenſos algunos de al quitar, amenos precio de a razon de a quatorze mil marauedis el millar, y que las ventas y contractos y cenſos que en otra manera a menor precio ſe hizieren, ſean en ſi ningunos, y de ningun valor, y effecto: y no ſe pueda por virtud dellos pedir ni cobrar en juyzio: ni fuera del, mas de a la dicha razon y reſpecto.

Ex quo ego infero non tantum
prohibitam pactionem commiſ-
ſi, quæ ſæpe & mirum in modum
99 precium minuere ſolet, cùm ad
cautionem, ſeu hypotecam (& vt
vulgo dicunt ſeguridad y reſguar-
do) talium iurium, & cenſuum
ſolent conſtitui, & obligari bona
tripli & ſetuppli valoris, verum
& quælibet aliæ clauſulæ, & pa-
cta, quæ aliquo modo, nempe,
re, tempore, loco, aut cauſa, pre-
cium illud minuerint: quia per
quemlibet ex illis modis plus pe
tere dicitur, fieretque fraus dictę
legi: argumento. §. plus autem.
cum vulgar. de action. inſtitut.
& ea ratione, qua pactio commiſ-
ſi non admittitur in cenſu redi-
mibili, non debet admitti pœ-
na de qua in dicta lege Tauri, ſi
100 per eam aliquo ex dictis modis
minueretur precium quatuor-
decim pro milliario, & cederet
in vtilitatem ipſius emptoris,

reſolutiuèque (vt ita dicã) dicere poteris, ꝙ omnia pacta ſeu pœnæ talium contractuũ, quæ minuerẽt preciũ in. d.l. fin. taxatum, aliquo ex dictis modis, ſunt prohibitæ, per eam: & nimis periculoſę vtroque foro: atque illas clauſulas ſeu pœnas, quæ per tabelliones extra naturã contractus cõculcari ſolẽt, ad cautelam firmioremque obſeruantiã ipſius contractus referendas, & admittẽdas, alias reiiciendas fore: ſicq; intelligendã & praxi admittendã legẽ Tauri ſupra allegatam: in cuius praxis confirmationem vide Bal. in tit. de pace cõſtantiæ. ꝟ. pactionis. nu. 4. in vſib. feud. Capic. in deciſ. 196. & Petr. Foller. in praxi. cenſuali verſi. huiuſmodi. nu. 89.

101 Quo fit vt valde ſuſpectum eſſe putẽ, quod Ludouicus Mexia tradidit in repetitione. l. 5. tit. 3. de los proprios y rentas de los concejos lib. 7. ordin. regal. fundamento. 2. partis. 2. numer. 18. & ſequentibus: nẽpe dictam pragmaticã de his tantũ cẽſibus diſponere, qui à cẽſuario, ſeu à debitore cẽſum ſoluẽte, conſtituti fuerunt ſuper ſuis ꝓpriis rebus, & poſſeſsionibus: nõ aũt in cẽſibus & tributis redimibilibꝰ ſoluẽdis dñis, de rebus aut poſſeſsionibꝰ ſuis, quas ipſi dñi cẽſuariis ſoluẽtibꝰ cẽſum dederũt: quia (inquit) pragmaticæ illius præfactiões de illis cẽſibus loquũtur: & in his diſpar eſt ratio, cũ ꝓ intereſſe fructuũ, quos cẽſuarij percipiũt, licitè maior quãtitas taxari ac ſolui poteſt, quã ad. 14. ꝓ milliario. nã licet præfactiões illius pragmaticæ de cẽſibus ſup ſuis rebus propriis à debitoribus ſoluentibus cõſtitutis, loquerẽtur (vt ipſe voluit) pragmatica ipſa expreſſè de omnibus cenſibus redimibilibus diſponit, omneſq; indiſtincte cõprehẽdit: ibi, *Ordenamos y mandamos que de aqui adelãte no ſe pueda en eſtos nueſtros reynos ni en ninguna parte dellos, vẽder ni imponer ni cõſtituir juros, ni cẽſos algunos de alquitar a menos precio de a razon de a 14. mil el millar.*

102 Preterea ratio quæ mouit legiſlatorẽ vt preciũ cẽſus ſuper rebus propriis impoſiti limitaret: eadẽ, & maior eum mouere debuit, vt etiam cẽſus ſuper rebus quæ à dominis ipſis cenſuariis traditæ fuerũt, impoſiti limitaret: quãdoquidem maius fraudandi periculum, & anſæ in eis verſatur, vt cuilibet exploratum eſt: & hac ratione prudentiſsimè cautũ fuit in. d. l. 4. tit. 15. lib. 5. recopil. ꝙ cẽſus redimibiles non conſtituantur ſoluendi in fructibus, ac frugibus: & ante eam conſtituti, reducantur ad pecuniã & rationẽ. 14. ꝓ milliario: & eſtante hac lege, miror virũ alioquin doctum talem propoſitionem affirmaſſe.

103 Quinimo meo iudicio optimè facturũ regem noſtrũ catholicum exiſtimo, ſi lege prohiberet huiuſmodi cẽſus redimibiles, eoſq; ex ſola pecunia ſtatim numeranda

emi:

emi:aut cõſtitui iuberet? quia ego vidi quãplures qui nõ neceſsitate coacti:ſed ſpe lucri capti, oẽs ſuas poſſeſsiones diſtraxerũt, nollẽtes eas ꝓ precio ſtatim numerãdo vẽdere, vt cẽſus redimibiles ex earũ precio emptori cõſtituerẽt:& res, quę iuſta æſtimatione, ac precio ſtatim ſoluto quinquaginta nõ valeret:hoc cenſus colore,& ob precij non ſoluti fiduciã centũ venderẽt. Et ſi his cenſus liceret minori precio quã. 14. pro milliario cõſtituere (vt Mexia volebat) duplex, & maxima fraus in precio rei,& cẽſus, ac peſsimus vſurarum modus permitteretur:ꝙ noſtris temporibus indignũ & à mẽte.d.pragmaticæ prorſus alienum eſt.

104 Item ex ſupradictis etiã perpendes,ꝙ licet verũ ſit pactionem cõmiſsi, in his cẽſibus redimibilibꝰ, qui ab ipſis dominis ſuper rebus, aut prædiis ſuis conſtituti fuerũt, licitè apponi poſſe : tamen illud non probatur ex.l.68. Tauri ſupra allegata (vt idem Mexia putat ibidem num.43.) quæ expreſſè de cẽſibus à cenſuariis, & debitoribus ipſis ſuper rebus ſuis cõſtitutis loquitur. *Si alguno puſiere ſobre ſu heredad algun cenſo &c.*) neque enim ſupplet iones ab eo factę in verbis ipſius legis admitti debẽt, cõtra expreſſam,& propriã eorũ ſignificationẽ.l. nõ aliter.cũ vulg.de leg. 3. l.non diſtinguemus. de arbit.ff.& cũ hæc cenſuum ſpecies,nõ ita frequens ſit, non eſt dicẽdum legem generaliter loquẽtem de ea latã. Nam ex iis quæ forte vno aliquo caſu accidere poſſunt,iura nõ conſtituerẽtur, & ad ea potius debet aptari ius,quę & frequenter, & facile quàm quæ raro eueniunt. l.ex his.& ſeq.ff.de legib.

105 Inſuper, eodẽ vitio laborare exiſtimo ꝙ Bartholomęus de Albornoz ſecurè nimis (licet ſubtiliter) tradit in lib.3. de arte cõtractuum tit.2. del cẽſo alquitar doctrina. 3. legẽ illam.68. Tauri iuſtam quidẽ eſſe,& rẽ cenſui obligatam,ſi talis pœna cõtractui apponatur, in cõmiſſum iuſtè cadere:quia cõtractꝰ iſte cẽſus redimibilis ex ſui natura habet,& habere intelligitur pactũ de retrouẽdendo,ꝙ præceſsit pœnæ : & licet,ꝓpter pœna,res in cõmiſſum ceciderit:nihilominꝰ propter retrouẽdendi pactũ,cui interpoſitio pœnę nõ obeſt, poterit cẽſuarius dñs rei, eã recuperari: interim tamẽ dñs cenſus,fructus rei licitè percipere poſſe : ſicq; intelligendã eam legem, & ante ipſum à nullo intellectã affirmat.Sed mihi nũꝗ placuit ille intellectꝰ, ꝗa verbis & nõ rebus impoſitus eſt, quãdoq. dẽ ꝑ illud retrouẽdẽdi pactũ nullo modo,malo quod pragmatica noſtra vitare conſtituit,medeť: nã quid ꝓderit huiuſmodi pactũ,ſi cẽſuarius cuius res dño cẽſus tradita fuit, ob illã cõmiſsi pœnam ita pauper ſit, vt ſua ſubſtãtia priuatꝰ, nõ habeat repetendi facultatẽ?q.d ſi moriatur?aut alia cauſa prępeditus

tus nō faciat?negabit quiſquā ſanę mētis, ab illo creditore rē maioris precij hoc cōmiſsi colore, iniuſtè poſsideri?& dato (vt ita dicā) ꝙ rē recuperauerit: ſi fruct⁹ illius interī percepti maioris precij, ac emolumēti fuerint, quā tributū cēſus (vt ſępe cōtigit) nōne illud quod plus recepit vſurā ſapit?& cōtra noſtræ pragmaticæ expreſſam mētē retinebit, quæ. 14. ꝓ milliario tātū exigi ꝑmittit: omittamus ergo has captioſas legum ſubtilitates. vt. I.C. pręcipit in. l. ſicut. §. pen. ff. quib. mod. pig. vel hipote. ſolu. nā melius eſt legem abrogatam fateri, quàm iniuſtam fouere.

107 Ex quo etiā illicies, periculoſum eſſe iure nr̄o ꝙ Petr. Nun. de Auē. tradit in. c. 12. reſpōſ. nu. 8. nēpe pactū ſeu cōuentio de vēdendo rem ꝓ tāto precio emptori cenſus redimibilis valere, & ex ea cogendum venditorē ad rē illi vēdendā: nam cū ex tali pactione deterior fiat cōditio venditoris, & rei vēdendę: vt diligenter notat Illuſt. Pręſes Co-

108 uar. in. cap. 10. lib. 3. var. reſolu. in princ. cum pars precij cenſeatur, & iuſtam æſtimationem minuat: tollaturque ex eo illa facultas vendendi cui vellet, per legem illi cōceſſa, & augeatur cōditio, ſeu natura cōtractus, & cēſus, nō eſt admittēda per ea quę ſupra diximus: quib⁹ annecte, hos cōtractus cēſus odioſos, & ſtricti iuris, à multiſque

109 improbatos eſſe: vt not. poſt alios D. Pręſ. Couar. in. d. ca. 7. li. 3. variarum reſolut. in. l. 2. quare regulas & leges eorum ſtrictè interpretandas, & ad vnguem ſeruādas, vt indubiis tutior via eligatur vulg. ſunt vera.

110 His quæ de cēſu dixim⁹ ſubiūge ꝙ pactū cōmiſsi, aut aliud ex quo minueretur preciū cēſus redimibilis, aut deterior fieret cōditio emptoris, q. cēſum ſoluēdū in ſe ſuſcipit, & ex quo melior fieret cōditio vēditoris eſt nullū: q. a. d. l. fin. dat formā cōtractui, & actus factus cōtra formā legis eſt ipſo iure null⁹, ca. cū dilecta. de reſcr. ca. cū venera. de offi. deleg. vel ſaltim ſi quid vltra promiſit nō debetur, vel ſi accepit cogitur reſtituere: vt in ſimili not. Petr. Foller. in. d. praxi cenſuali verſicu. nihil vltra percipiatur num. 3.

111 Qui eodē loco diſputat, poſito quod actus eſſet nullus, an contractus in totum rederetur nullus, vel in ea parte tātum qua promiſſum eſt, vltra precium receptū: & poſt multa concludit, pro ea tantū parte nullum eſſe, & nō in totū: alleg. Bal. in. l. certi conditio. §. quoniā igitur. nu. 3. ff. ſi cert. petat.

112 Sed nō inelegāter quęri poſſet, vtrū ſtante. d. l. fin. his Caſtellæ regnis licitè poſsit apponi pactio illa, qua vtūtur in regno Nauarrę, vt ſi cēſus nō ſoluatur intra bienniū, poſsit exigi quātitas, vel precium pro quo cēſus cōſtitutus, & empt⁹ fuit, & ſanè cū ad firmiorē cautelā cōtractus apponatur, & ex ea non minua-

neceſſe eſt illam exceptionē ineptam,& ſuperfluam eſſe,aut caſus omnes præter in ea authen. exceptos cōtineri: & hoc puto verum, quia exceptio ſequens declarat regulam pręcedentem, & è conuerſo.l.nam quod liquidè.§.fina.ff.de penu.leg.cum ſimi.de quo Euerardus in centuria lega.loco ab exceptione ad regulam: quare non inmerito Aretin.in.l.is cui.ff. de teſtamen.dixit communem opinionē periculoſam, ideoque dici poterit,nō tantum conſuetudine,verùm,& iure ipſo authent. introductum fuiſſe,ne bona damnatorum publicarentur, extantibus conſanguineis intra quartum gradum, exceptis ſupra dictis criminibus hæreſis, & læſæ Maieſtatis.

47 Ex his collige aliam antinomiā inter ius regium,& ciuile:nam iure regio in.d.l.25.titulo.22. part.3. conſanguinei aſcendentes, & deſcendentes tantum intra quartum gradum admittuntur iure ciuili in. d.authen.bona damnatorum.collaterales etiam admittuntur: & licet in corpore vnde de ſumpta fuit illa authent.non inuenirentur collaterales admiſsi, tamen communis opinio eſt admittendos eſſe, vt not. Cagnol.in.l.ea ſola deportationis.nu.7.de reg.iur.

48 Barateria iure ciuili non probatur contra iudices, niſi euidentibus probationibus: quia pro eis. lex præſumit.Bald.in.l.obſeruare. §.profiſciſsi. quęſt.11.ff.de offi.pro conſul.not. diligenter Boſsius in tract.de officialibus corruptis.nu. 14. & ſequ. qui alios allegat. iure regio teſtibus ſingularibus, & per ipſos, qui iudicem corruperunt, ſi ſubſint alia adminicula, probatur barateria.l.6.titulo.9.de los alcaldes ordinarios. libro. 3. recopila. quam, licet generaliter loquatur,

49 reſtringerem ad ſolos los alcaldes ordinarios,ſimileſque iudices inferiores,& non extenderē ad ſuperiores conſiliarios, & auditores regios, & ſimiles iudices grauiores: quorum integritas tollit illam præſumptionem, cum Deo propitio per Reges noſtros tales iudices magna deliberatione, & probata eorum fide, et grauitate eligantur: & ſic intellecta adaptabitur titulo ſub quo eſt poſita: argumento ſumpto de text.ad rubr. & (vt vulgo dicimus) de rubro ad nigrum, quod valet: & vt verum dicā, illa lex mihi ſemper dura viſa fuit,& ſæpe vidi quam plurimos iudices iniuſtè à malis quibuſdā hominibus falſò oppreſſos in ſindicatu occaſione illius:quare iudex ſindicator debet diligenter de illorū teſtium fide,moribus,& fama perquirere: vt illis fidem adhibeant.

50 Iure ciuili corrūpens iudicem, ſi denunciet,& non probat, punitur dicta authent.iure regio, licet non probet,niſi conſtiterit ipſum mendacium dixiſſe, non punitur dicta lege.6.ibi, *Saluo ſi fuere hallado que dixo mentira.*

Iure

51 Iure ciuili, ſi quis dederit iudici pecuniam, aut quid aliud vt iuſtè, vel iniquè iudicaret, vel vt celeriter diceret ſententiam, non repetit quod dedit. glo. & com. dd. in. l. 2. ff. de condi. ob tur. cauſam per tex. in. l. 1. C. de pœna iudi. qui malè iudicauit. & in auth. vt litigãtes iurẽt in exordio litis. D. Præſes diligẽter in reg. peccatum. par. 2. §. 3. in principio. qui allegat in cõcordant. l. 52. ti. 14. par. 5. Sed meo iu-
52 dicio, illa lex non loquitur in caſu quo quis dedit vt iuſtè iudicet, ſed cùm quis dedit, vt ſententiam proferat pro ipſo dante: nam licet iuſtam cauſam foueat, non repetit: quia ſimpliciter dedit, & iudicem corrumpit pecunia: verba ſunt legis. *Marauedis, o otra coſa qualquier dãdo algunas ꝺ̃ las partes al juzgador, a pleyto que de la ſentencia por el, &c.* & ſi ita nõ intelligeretur, eſſet directò cõtraria. l. 26. eſt fin. tit. 22. part. 3. quę ſic habet. *Mas ſi dio algo al juez, porque nõ juzgaſſe tuerto, o porque juzgaſſe derecho puede lo demandar, que gelo torne: porque la maldad, e la enemiga fue de parte del juez, que lo recibio, tomãdo precio por lo que era tenido de fazer llanamente por derecho, e por jura: & ſi por ventura a la ſazon que la parte dieſſe algo al juzgador, callaſſe, o le dixeſſe, que ſe lo daua porque le juzgue, no le puede deſpues demandar.* Vides tex. clarũ, qui in prima parte cõſtituit antinomiã inter ius noſtrum & cõmune, ſcilicet, ꝙ dans repetit à iudice, & in ſecunda declarat. d. l. 52. intelligendam, vt diximus, cum dat ſimpliciter, aut vt pro dante ſententiã ferat, & ita intelligit. d. l. Greg. Lopez, ibi. dicit que per eam corrigi cõmun. opin. legiſtarum: & D. Præſes vbi ſuprà, his & ſimilibus caſibus, etiam veriorem exiſtimat contrariam ſententiã, quòd repeti poſsit: ſed non exiſtimabat habere pro ſe tex. de iure regio.

53 Bona illius qui deceſsit abſque conſanguineis, quibus de iure pertineat ſucceſsio, iure ciuili pertinent vxori: allegat Villal. auth. prętera. C. vnde vir & vxor. quòd ſi vxorẽ non habuerit ſuccedit fiſcus. l. vacantia. C. de bonis vacantib. li. 10. iure regio per. l. 32. Tauri con-
» trarium videtur cautum: eſt. l. 6. ti.
» 4. de los teſtamentos. lib. 5. recop. ſed vt euitet correctionem. l. 23. titulo. 11. part. 4. quæ idem quod ius commune diſponit, exiſtimat idẽ Villalob. legem Taurinam intelligendam in caſu tantum de quo loquitur, cùm datur poteſtas teſtandi commiſſario: quia ex eo colligitur noluiſſe decedere inteſtatum: allegat. D. Præſidem Couar. in epito. de ſucceſsio. ab inteſta. concluſio. 11. Villalob.

54 Lex Taurina nec in ſuo caſu aliquo modo diſcordat à iure communi, nec à lege partitæ in eo ad quod allegatur per Villalo. quinimo legem partitæ confirmat, dum dicit: *Que el comiſſario de a la muger lo que ſegun las leyes de nueſtro reyno le puede pertenecer.* Nec inuenio qua ra-

qua ratione ductus conſtituat antinomiam: & caue, quia authen. per ipſum allegata nihil facit ad caſum: ſed.l.prima illius tituli. Et ex. d.authẽ.poteris ellicere aliam antinomiam, quòd iure illius, ſi v-
55 xor pauper ſit, minimeque habeat dotem, maritus vero defunctus diues deceſſerit, ſi tres, aut paucio-res filios (ex ea vel alia vxore, nihil curo) relinquerit: vxori quarta pars bonorum mariti pertinet, ſi plures tribus relinquat, virilis portio: iure regio per. d.l.32. & alias vulgares non fit hæc diſtinctio, & ſuperſtitibus filijs vxori nihil datur ex bonis mariti ab inteſtato decedentis, niſi alia ratione ei competat. licet Greg. Lopez in.l.7.tit. 13.part.6. contra cogitandum relinquit.

56 Bona mobilia quæ poſsident maritus & vxor iure cõmuni, ſi reperiuntur in domo mariti, pręſumuntur eſſe ipſius mariti, niſi vxor probauerit eſſe ſua: tex. iuncta. gl. in.l.ob maritorũ. ne vxor pro marit.l.ſi ego.ff.dotis.de iure doti. Si verò reperiãt in domo vxoris, pręſumũtur eſſe ipſius vxoris, niſi maritus probet eſſe ſua.l.fin. vt in poſſe.legatorum. Pala.rub. qui cõcordantes allegat in rubrica de dona. inter vir.ff.60.n.21. iure regio, tam mobilia, quã immobilia, & ſiue in domo mariti: ſiue vxoris reperiantur, præſumũtur eſſe cõmunia: niſi alter eorum probauerit eſſe ſua.l. 203.ſtili. quę eſt.l.1.ti.9.li.5.recopi.

57 Bonorum ceſsio vide infra litera. D. verſiculo Debitor.

SVMMARIVM.

Capti in bello, an ſerui fiant, capientium.nu.1.

Talea, vulgo reſcate, hodie an iuſtè exigi poßit à captiuis, & pro ea detineri. num.2.

Belli iuſti, & iniuſti deſtinctio reijcitur per Mencha. contra commu. dd. traditionem. nu.3.

Communis opinio defenditur, et Mencha. opinio damnatur.nu.4.

Bellum indubio iniuſtum præſumitur. num.5.

Ex talea an principi portio competat. num.6.

Carcer ad cuſtodiam, non ad pœnam inuentus.nu.7.

Caſus, quibus iure noſtro ad pœnam datur carcer, remißiuè traduntur. num.8.

Pater quo modo cedat debitum filio in ſtudio exiſtenti.nu.9.

Chyrographum à parte recognitum an habeat paratam executionem.nu.10.

Noua declaratio ad communem ſententiã annectitur.nu.11.

Recognitio chyrographi hodie etiam extra iudicium fit, olim non.nu.12.

Citatio perſonalis an ſit neceſſaria in miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto.num.13.

Gregor. Lopez & ſequantium opinio taxatur.nu.14.

Clerici an de bonis intuitu eccleſię acquiſitis diſponant.nu.15.

Opinio

Opinio domini Martini ab Azpilcueta Nauarri carpitur. & D. Franciſci Sarmiento defenditur. nu. 16.

Conſtitutio ſynodalis Epiſcopatus Pampilonenſis proponitur. nu. 17.

Differentia iuris regij, & Nauarræ in ſucceſſione clericorum. nu. 18. & 19.

Bona mobilia Epiſcopi Pampilonenſis Eccleſiæ, aut futuro ſucceſſori pertinent. ibidem.

Fructus Epiſcopatus Pampilonenſis futuro ſucceſſori ſeruantur, ſede vacante. num. 20.

Clerici minorum ordinum an gaudeant immunitate, & priuilegijs ſacerdotum. nu. 21.

Clerici iure communi & regio, coram iudice Eccleſiaſtico conueniuntur, Nauarræ, in actionibus realibus coram ſeculari. nu. 22.

Clericus depoſitarius coram quo iudice cõueniendus. nu. 23.

Antinomia conciliatur. nu. 24.

Caſus quibus clericus conuenitur coram iudice ſeculari in cauſis ciuilibus, & criminalibus, remiſſiuè. nu. 25.

Clericus hæres laici coram quo iudice conueniatur. nu. 26.

Inſtrumentum, quod habet executionem paratam contra laicum, eandem habebit contra clericum ſuum heredem. num. 27.

Intellectus. l. 57. titulo. 6. part. 1. diligenter perpenditur. nume. 28. & ſequen.

Gregor. Lopez & ſequatium opinio reiicitur, & Roderici Xuarez defenditur. ibidem.

Demanda pro actione accipi in legibus partitarum. nu. 29.

Rationes quare clericus hæres laici coram iudice laico ſit conueniendus, vltra alios annimaduertit. nu. 30.

Clericus quibus caſibus poſſit ſe ſubmittere iuriſdictioni ſeculari. nu. 31.

D. Remigius de Goni. Archidia. Pampilonenſis laudatur. nu. 32.

Clerici longioribus armis dimicant, & lites dilatare poſſunt. nu. 33.

Conſuetudines, quæ clericos in cauſis poſſeſſorijs & actionibus realibus coram iudice ſeculari conueniri permittunt, probatæ. nu. 34.

Imo iudicio diuino id introductum, vt cohiberetur iudicium Eccleſiaſticorum Abantia Berenga. Fernandus authoris præceptor affirmat. nu. 35.

Lis incepta cum laico, an ſit denuo incoanda cum clerico ſuo hærede. numero. 36.

Marant. & Auend. opinio impugnantur. ibidem.

Clerici an iure communi ſint exempti à ſolutione gabellæ, quam nos, alcauala dicimus. num. 37.

Montalui & Ægidij Thomati opinio exploſa. ibidem.

Clerici in caſibus quibus contribuere tenentur, an per iudices eccleſiaſticos, vel per laicos ſint compellendi. numero. 38.

L. 11. titulo. 3. libro. 1. recopil. intellectus. num. 39.

Cognati intra quos gradus admittantur in iudicio pro cognatis. nu. 40.

Coitus damnabilis qui dicatur iure cõmuni, & noſtro. nu. 41.

Omnis coitus damnabilis iure communi, eſt etiam damnabilis iure noſtro, con-

tra commun. noſtrorum interpretuum ſententiam. num. 42.
Verus ſenſus. l. 9. Tauri ellicitur. ibidem.
Coitus inter coniugatum, & ſolutam an ſit damnabilis iure communi. nu. 43.
Damnabilem eſſe probat contra Pau. Caſtrenſ. & ſequaces. num. 44.
Coitus ſacerdotis cum ſoluta an ſit punibilis. num. 45.
Puniri verius probat, contra Corſetum, et Villalob. num. 46.
Commodans contra quem agere poßit, ſi res commodata furata fuerit. numero. 47.
Salicet. opinio. defenſat, & antinomiam conciliat. nu. 48.
Commodatarius an teneatur de leuißima culpa, cum gratia vtriuſque ſit commodatum. num. 49.
Leuis culpa quæ ſit num. 50.
Leuis culpæ diffinitoriæ vera antinomia ellicitur. nu. 51.
Si res commodata perdatur culpa commodatariorum quomodo teneantur. numero. 52.
Intellectus. l. 5. tit. 2. part. 5. nouè enucleatur aduerſus Gregor. Lopez. nu. 53.
In depoſito an admittatur compenſatio expenſarum. nu. 54.
Compenſationis liquidandæ tempus arbitrio iudicis relinquitur iure commun. num. 55.
Compenſatio non admittitur ſi condemnatio fiat ſine præfixione temporis. numero. 56.
Conſuetudo an inſcio principe induci poßit. num. 57.
Concubinam alterius carnali copula cognoſcens, an puniatur. num. 58.
Locus Bart. intelligitur, & cum iure regio conciliatur. nu. 59.
Concubina quæ dicatur. nu. 60.
Concluſio cauſæ an ſit neceſſaria iure communi, & noſtro. num. 61.
L. 11. Tauri intelligitur, & antinomia iuris noſtri regij conciliatur. nu. 62.
Damnatus ad mortem naturalem aut ciuilem an ſeruus pœnę efficiatur: et an teſtamentum facere poßit. nu. 63.
Intellectus auth. ſed hodie. de donat. inter vir. ex Illuſtrißimo Præſide Couar. numero. 64.
Prædictum intellectum ſubuerti poſſe. num. 65.
Cum ratio legis generalis eſt, generaliter intelligi debet. ibid.
Damnatus in metallum, aut perpetuum carcerem, an teſtamenti factionem habeat hodie iure communi. nu. 66.
D. Præſidis Couar. opini. ab increpatione Ferdin. Mencha. defenditur. ibidem. & nu. 67.
Condemnatis, quod tempus datur ad ſoluendum, iure ciuili. nu. 68.
L. debitoribus. ff. de re iudi. & l. 1. §. 2. C. de vſuris rei iudic. intelliguntur. num. 69.
Quod tempus indulgeri debeat condemnatis arbitrio iudicis relinqui iure communi, & noſtro, verior opinio. num. 70.
Condemnato qui pignus dedit, quod tempus præſtatur ad illud luendum. numero. 71.
L. 6. tit. 27. part. 3. declaratur, & correcta oſtenditur. nu. 72.
Conditio impoſſibilis negatiuè concepta, an viciat ſtipulationem. nu. 73.

Michaëlis

Michaëlis Malacitæ error excuſatur. numero.74.
Confeßio facta in tormentis, intra quod tempus debet ratificari.num.75.
Confeßio an ſit probatio, variæ opiniones. num.76.
Poſt decem dies oppoſitionis facta contra executionem, an pars ſit compellenda iurare.num.77.
Contentio interpretũ diſoluitur per text. eis incognitum.num.78.
Confeßio extra iudicialis an probet. numero.79.
Quæ continere debeat confeßio extraiudicialis, vt probet.num.80.
In confeßione iudiciali, vt probet, quæ concurrere debeant.nu.81.
Confeßio procuratoris an præiudicet domino.nu.82.& ſequenti.
Confeßio facta in tormentis, ex iuxta cauſa retractari poteſt.nu.84.
Si iudici conſtiterit de innocentia rei confeßi, quid facere debeat. nu.85.
Confinia ammouens, qua pœna puniatur. nu.86.& ſequen.
Conductoribus vectigalium, propter ſterilitatem, & ſimiles cauſas, an fiat remißio mercedis.nu.88.
Legis ſecundæ.C.de reſcindenda venditione remedium an competat publicanis. numero.89.
Conſanguinei ad quem vſque gradum ſuccedant.num. 90.
Differentia agnatorum, & cognatorum iure communi in caſu.l. 6. titulo. 13.part.6.numero.91. & de intellectu dictæ legis. ibi.
L.partitę cum communi conciliatur. numero.92.
Conatus an iure puniatur, licet non ſequatur effectus.nu.93.
Quid conſuetudine ſeruetur.num.94.
Caſus aliquod quibus conatus punitur iure communi, & regio remiſiuè.numero.95.
L.43.del ſtilo, interpretatur.nu.96.
Conſulens aliàs facturo, an teneatur de conſilio.nu.97.
Diligentius id perpenditur. num.98.
Contumax in conteſtando, an habeatur pro confeſſo.nu.99.
Quid Nauarræ.num.100.
Praxis. l. 1.titulo quarto, de las conteſtaciones.libro.4. nouæ recopil.explicatur. num.101.
Verus intellectus.l.1.titulo.11.de los aſſentamientos. & . l. 1. titulo quarto, de las conteſtaciones.lib.4.recopil. traditur. ibidem. & .num.102.
Intra quod tempus tenetur reus litem conteſtare.nu.103.& .104.
Contractus perfectus vna parte inuita, an reuocetur.nu.105.& . 106.
Arra an præſumatur in partem præcij data.nu.107.
Contractus: quando in ſcriptis celebratus dicatur.nu.108.
Contra contumacem an procedatur ad ſententiam ſine conteſtatione.nu. 110.
Quid Nauarræ ſeruetur, & quod ſit diſcrimen inter ius illius regni, & regij.num.111.
Falta de dia, y primer fincando quæ dicitur Nauarræ.112.
Quid ſecundo fincado.ibidem.
Creditor an poßit capere debitorem ſuſpectum de fuga.nu.113.
Creditor occupans rem debitoris hypotecatam, quæ

tam, qua pœna puniatur. nu. 114.
Maior pars creditorum: quando præiudicet minori, in danda dilatione debitori. num. 115.
Quid ſi conueniant de remittenda parte debiti. nu. 116.
Crimen læſæ Maieſtatis an committat offendens regis conſiliarios. num. 117.
Aleuoſus in quo differat à traditore remiſſiuè. num. 118.
Criminalis cauſa quæ dicatur. nu. 119.
Auenda. opinio damnatur. nu. 120.
Arbitrio iudicis decidendum quæ cauſa dicatur criminalis in caſu dubio. n. 122.

1 CAPTI in bello iure communi ſerui fiebant capientium. ꝟ. ſerui autem. inſtitu. de iure perſona. & ff. de capt. poſt limini. reuerſ. per totum, iure regio in noſtra republica Chriſtiana captiui Chriſtiani non fiunt ſerui. l. 1. titul. 21. part. 4. & l. 1. titul. 29. part. 2. Sicque ceſſabunt leges Corneliꝗ, & poſt liminij fictiones, in his quę deteriorem ſuam conditionem facerent: vt not. Bartolus in. l. hoſtes. ff. de capti. & alij, quos diligenter recenſet eruditiſsimus Præſes noſter Couarru. in regul. peccatum. part. 2. ꝟ. 11. num. 6. vbi etiam probat quòd licet Chriſtiani ſint captiui Sarracenorum, in his quibus deteriorem ſuam conditionem facere poſſunt, non vtuntur ſeruorum iure, nec his fictionibus legis Corneliæ, & poſt liminij. contra Ancha. & Ioan. de terra Rubea. ex quo correctam puto. l. 16. titu. 1. part. 6. & l. 6. tit. 29. part. 2. quæ captiuos teſtare prohibebat, & obſides etiam Chriſtianos. Vide infra in Epil. ll. 6. part. correctarum.

2 Sed non immerito dubitari poterunt, cùm hodie captiui Chriſtiani non fiant ſerui capientium, an licitè poſsit ab eis extorqueri talea (vulgo reſcate dicimus) pro redemptione, et ſi non ſoluant retinere. Et licet ſatis videretur id vbique gentium vſu receptum eſſe, tamen ex iuris regulis id licere: quia loco ſeruitutis introducta fuit, probant. dd. in. l. nam & ſeruus. per eum tex. ff. de negot. geſt. Iaſ. in. l. conuentionum. ff. de pact. numero primo, Felin. in cap. excommunicamus. ꝟ. catholici. de hęreti. extr. Egid. Boſſ. in praxi. crimi. titulo de captura. nume. 57. & ſequent. com. & dicit D. Præſes in regu. peccatum. par. 2. §. 11. num. 6. modo bellum iuſtum ſit, & talea moderata.

3 Sed Ferdinan. Menchaca. in capitulo. 9. quæſtio. illuſtri. num. 14. diſtinctionem belli iuſti, & iniuſti audacter reijcit, non tantum in captiuis, verum in omnibus rebus captis in bello, & probare conatur milites, etiam ſi bellum iniuſtum ſit, captiuos, & bona in eo bello capta indiſtinctè ſua facere, præſertim, quia ita vſu receptum videt, & milites coacti ac bona fide milita-

militare dicat. & hanc diſtinctionem apud I.C. non inueniat.

4 Sed michi periculoſa nimis videtur eius opinio: tutiorque eſt com. diſtinctio: quia nec. I. C. diſtinguebant bellum inter Chriſtianos, et fundamenta eorum, pietati ac religioni noſtræ, qua introductum eſt Chriſtianos captiuos, non fieri ſeruos (quod Menchaca non meminerat) non benè adaptantur: non item ſemper verum eſt milites coactos militare, nam hodie niſi neceſsitate id ſuadente, raro, aut nunquam coguntur milites, ſed vltro, & ſpōte ad bellum accedunt: & licet coacti id facerent, non propterea ſi bellum iniuſtum ſit ſecurè caperent bona inimicorum: iuſtè ſe defendentium, etſi princeps id permitteret, aut iuberet: ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, &c. l. nam ad ea. ff. de regulis iuris, & quod dicit de bona fide: quis ſcire poterit, vtrum milites bona an mala fide militent: cùm hoc in eorum mentibus conſiſtat, & in dubio bellum
5 iniuſtum præſumere debeant. vt not. Areti. conſilio. 14. et Boſſ. vbi ſupra. numero. 59. plurimoſque videmus milites potius prędam, quàm cauſam belli captare: & prædandi (vt ita dicam) magis quàm præliandi animo ad bellum ire: nec vſus belli illicitum, licitum facit, quinnimo quanto diutius tanto deterius erit, quare à communi ſententia non recedas.

6 Præterea quæro, an ex talea ſeu precio redemptionis (vulgo reſcate) iure noſtro danda ſit Principi portio quinta, velut ex alijs rebus mobilibus in bello captis: & breuiter dicas, non dari: per text. expreſſum in. l. 5. &. 8. ibi. *Ni otroſi de lo que ſe redimieſſen a reſcate vno a otro, &c.* titulo. 26. part. 2.

Capta bello. vide ſuprà. ~~l. 6.~~ A. bello capta, &c. A. litera - B.

7 Carcer iure ciuili inuentus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. l. prima de cuſto. reorum. l. 4. titulo. 31. part. 7. iure regio nouo, nō ſolum ad cuſtodiam, verùm ad pœnā multoties: vt in. l. 3. &. 5. titu. 12. li. 8. ordina. contra eos qui exi-
8 munt delinquentem de manu iu-
„ dicis, eſt. l. 5. titulo. 22. de los que
„ matan, o hieren a las juſticias. lib.
„ 8. recop. & in pragmatica. 1. de los
„ blaſphemos. quę eſt. l. ~~1. 2. & 3.~~ 5. ti. ~~1~~ 4.
„ de los blaſphemos. lib. 8. recopil.
„ & in. l. 4. titulo. 10. li. 8. ordinamen.
„ contra luſores eſt. l. 1. 2. &. 3. titulo.
„ 7. de los juegos. libro. 8. recopil. &
„ in. l. 2. &. 3. titul. 9. eodem libro, de
„ iniurijs eſt. l. 1. &. 2. titulo decimo.
„ de las injurias, y denueſtos libro
„ octauo, recopil. &. l. 2. titul. 4. libr.
4. ordinamen. vbi ponitur pœna perpetui carceris ei qui tercio punitur, ex eo quod dixit ſe liberum à tributis, cùm non eſſet: ex qua elicit etiam antinom. Villalo. quòd iure communi non punitur aliquo

 caſu

caſu pœna perpetui carceris.l. incredibile.C.de pœnis. iure regio ſic: hãc legẽ non inueni in noua re copilatione,& nũquã vidi eã praticare,ideoque fuit abolita,& non erit antinomia.

Carcer,quãdo & quomodo viſitãdꝰ,vide infra in Epilogo.ll. correctarũ.7.partitę, & quęſit differẽtia.

9 Ceſsio debiti nõ poteſt fieri de iure ciuili,à patre filio exiſtenti in ſtudio: iuxta magis communẽ opi nionem:de qua Ripa.in.l.1. nu.14. ff.ſolut.matr/iure regio per prag. 25.in vol.pragmaticarũ, pater poteſt facere hanc ceſsionem cum iuramento, quod non faciat in fraudem.Eſt.l.18.§. *Pero por quanto*.ti.7. de los eſtudios.lib.1. recopil.vide Dueñas in reg.87.vbi ponit regulam & limitationes.

10 Chyrographũ,etiam ab eo qui illud fecit recognitũ, iure cõmuni non habet executionem paratam: vt poſt multos not. D. Præſes Couar.in.c.11.li.2.variarũ reſol.nu.4. /iure regio, ſi ſit recognitũ, paratã habet executionem, velut inſtrumentum guarentigium:per.l.5. & 6.tit.21.li.4.recopil.eſt titu.de las entregas,y executiones. Idem cauetur in regno Nauarræ per pragmaticam.149.lib.2. pragm.

11 Sed ſiſte parum, quia licet.dd. nec D.Pręſes aduertãt,non ita ſim pliciter intelligẽdũ videtur, quod de iure cõmuni dicũt/nam ſi recognitio iudicialis ſit,vt.dd. volunt, oportet inſpicere quo modo fiat: quia ſi ſolũ recognoſceret chyrographum, vel ſigillum ab ipſo recognoſcẽte factum,ſeu ſcripturã, non haberet paratam executionẽ, /& hoc caſu procedit cõmunis opi. dd/quòd ſi non tantũ recognoſcerẽt chyrographi ſcripturã; verùm cõfiteretur debitum in eo ſcriptũ, & contentum eſſe verũ, vt pluries fieri ſolet/tunc ſi debitum ſit liquidum,etiã iure cõuni haberet executionem paratã, ratione illius cõ feſsionis in iudicio factæ,quæ vim ſentẽtiæ habet,& pro iudicatis habetur in ciuilibus: vt vult imperator in.l.1.C.de cõfeſ.not.Maranta, in ſpecul.aureo par. 6. verſic. confeſsio.5.num.21.&.26.

12 /Ex dicta.l.ſexta.ti.21.li.4.recopi. collige aliam antinomiã inter ius regiũ & cõmune nã iure cõmuni nõ fit recognitio extra iudiciũ, nec iure regio fiebat ante dictã legem/ſed hodie coram tabellione vel alguazilo fit,mandato iudicis, & eandem vim habet.

13 Citatio perſonalis requiritur iure cõmuni ad miſsionẽ in poſſeſſionẽ,ex primo decreto, nec ſufficit quòd fiat ad domũ.Inn.& Abb. in.ca.fi.de eo q̃ mittit. in poſſ.cau. rei ſeru/iure regio per.l.1.tit.9.li.3. ordina.eſt.l.1.ti.de los aſſentamiẽ tos.li.4.recop.ſufficit ſi fiat ad domũ:ſicq; exiſtimat Gre.Lopez in. l.1.ti.8.par.3. & Didacus Perez in. d.l.1.eoſque ſequitur Villalobos.

14 / Sed pace omnium dixerim,in ea lege ſaltim ſecundum tranſlationem

nem nouæ recopilationis, expreſſè requiritur, quòd perſonaliter citetur ibi. *Que ſi el demandado fuere emplaçado en perſona, &c.* Et ſic non erit antinomia, & ceſſabit controuerſia noſtrorum interpretũ de intellectu illius, de qua Villalobos hîc.

15 Clerici, iure cõmuni canonico, nõ diſponunt de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, nec iure partitarum, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato eis cognati ſuccedunt, ſed Eccleſia. not. in. c. relatum. 2. extra de teſtament. l. 5. &. fi. tit. 21. part. 1. Panormit. in. c. cũ eſſes. nu. 22. eo. diligenter D. Præſes Couar. in. ca. cùm in officijs. num. præſertim. 5. eodem titulo, iure regio nouo per l. 13. titul. 8. de las herencias. libr. 5. recopil. diſponere poſſunt, & ſeruari precipitur conſuetudo Hiſpaniæ, qua in omnibus bonis, etiam intuitu Eccleſiæ acquiſitis ſuccedunt hęredes, ex teſtamento, & ab inteſtato, & de eis liberè clerici diſponere conſueuerũt. Quam cõſuetudinem more ſuo egregiè defenſat noſter collendiſsimus Præſes in allegato. ca. nu. 9. & nouiſsimè. D. Franciſcus Sarmiento Epiſcopus Aſtoricenſis in defenſione libelli de redditib⁹ Eccleſiaſticis, cõtra doctiſsimũ Martinum de Azpilcueta Nauarrũ in principio, & monito. 50. &. 51. qui in eundẽ Martinũ Nauarrũ inuehit, ꝙ nulibi gẽtium talẽ conſuetudinẽ eſſe dicat.

16 Et ego quidẽ miror de obliuione Nauarri, cùm in ſuo Nauarrę regno eadem conſuetudo vigeat, & inueterata ſit: liberèq; ibidẽ diſponũt clerici de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, & ab inteſtato eis legitimi hæredes ſuccedunt ſub forma ſequentis conſtitutionis ſynodalis illius Regni, & Epiſcopatus Pampilonẽſis, quæ eſt in titulo de ſucceſsionib⁹ ab inteſtato. verba: conſtitutionis ſunt hæc. *Statuimus, & ordinamus, ꝙ bona mobilia, & immo-*
17 *bilia cuiuſcũque presbyteri, ſeu clerici beneficiati noſtræ diœceſis, in teſtato decedentis, ſiue ſint ratione perſonæ, ſiue beneficij vel beneficiorum ſuorum acquiſita, ſolutis debitis, & deductis funeralibus, & alijs oneribus, in tres partes diuidantur: quarum vna ſit pro anima defuncti diſtribuenda in Eccleſia vbi fuerit ſepultus defunct⁹, altera pro Eccleſia vel Eccleſijs, in qua, vel quibus fuit beneficiatus pro rata: reliqua verò tertia pars venientibus ab inteſtato conſanguineis: alia vero omnia bona, tam patrimonialia vel aliunde obuenientia diuidantur in duas partes, deductis funeralibus, & alijs oneribus, vt dictum eſt, quarum vna ſit pro anima defuncti diſtribuenda, vbi fuerit ſepultus, alia ſit venientium ab inteſtato.*

Ex qua conſtitutione facilè col-
18 colliges antinomiam inter ius ſeu conſuetudinem horum regnorum Caſtellæ, & regni Nauarræ: nam hîc, ab inteſtato decedente clerico beneficiato, nulla portio datur Eccleſię, ibi tertia.

Pręterea, ex his quæ D. Præſes & D. Epiſcopus Sarmiẽto tradũt elicies aliam antinomiã inter cõſue-

tudines prædictas:nã vt ipſi dicũt, & vſu receptum videmus, illa conſuetudo nõ extẽditur ad bona ſeu
19 expolia epiſcoporũ in regno Caſtellę,q nõ diſponũt ſine Papę licẽtia,& mortuis epiſcopis, cameræ Apoſtolicę pertinent ſpolia,& fructus epiſcopatus ſede vacante. Ex conſuetudine regni Nauarræ bona Epiſcopi mobilia,& intuitu eccleſiæ acquiſita, eccleſiæ ſeu capitulo Pampilon. pertinẽt: vt in vſus ſeu vtilitatem Eccleſiæ conuertãt, vel futuro ſucceſſori ea ſeruent: & fructus epiſcopatus ſede vacãte futuro epiſcopo ſeruantur: & came-
20 ræ Apoſtolicę nihil ex eis relinquitur,atque adminiſtratio epiſcopatus & fructuum capitulo Pampilo. pertinet,iuxta iuris communis ſanctiones, ca. quia ſæpe. de electio. li.6.& clementi. ſtatutum. eodem titulo.glo.&.dd.in cap.relatum.2. vbi D.Pręſes.n.3.de teſtam. extra. & hodie vertitur lis inter collectorem Papæ ſiue camerę Apoſtolicę & capitulum eccleſię Pamp. ſuper adminiſtratione & poſſeſsione fructuum epiſcopatus ſede vacante, per obitum bonę memoriæ. D.D. Ramirez Sedeño vltimi Epiſcopi Pãp. in cõſi. regio illiꝰ regni: & capitulũ obtinuit contra collectorẽ.
21 / Clerici minorum ordinum non coniugati exempti ſunt ab oneribus & tributis, & potiuntur immunitate,& priuilegiis clericorum in ſacris conſtitutorum iure cõmuni. vt not. Guido. Pap. quæſtione. 383. Delphinat. Bertach. in tract. de gabel. 7. part. nu. 12.& alij quam plures allegati per eundem Couar. in. cap. 31. praticarum quæſtionum numero. 9. /Iure regio per. l. 2. titul. 4. lib. 1. recopil. non ſunt exempti & contribuere iubentur, ſicut merè laici, licet in quibuſdam ordin. per eum allegatis contrarium olim ſancitum fuit
22 / Adde antinomiam inter ius regium,& Nauarrę: nam iure regio clerici in omnibus cauſis & actionibus conueniuntur coram iudicibus ſuis eccleſiaſticis. l. 5. tit. 3. lib. 1. recopil/ſed ex recepta, & inueterata conſuetudine dicti regni Nauarræ, clerici in actionibus realibus coram iudicibus ſecularibus conueniuntur /quam conſuetudinem non audet impugnare doctiſſimus Couar. in ſupra allegat. c. 31. practi. qq. num. 5.
23 / Clericus depoſitarius de iure communi non poteſt conueniri coram iudice ſeculari. Alciat. in. c. cùm ab homine. de iudic. commu. dicit. numer. 2/iure regio clericus depoſitarius poteſt conueniri coram iudice ſeculari per. l. 3. titulo tertio, part. 5./approbata opinione Immolę. in capitulo primo. de poſit. Villalob.
24 / Lex hæc regia non declarat coram quo iudice ſit conueniendus clericus depoſitarius: ſed quòd depoſitum poteſt fieri in clerico vel monacho,& licet illud diceret, nõ eſſet antinomia: quia iure ciuili idem

idem eſſet:not. glo. Gre. in ea. l. & Stepha. Aufr. in tract. de poteſtate iudicis ſecula. in perſonas eccleſiaſticas. reg. 2. nu. 140/in qua reg. inuenies triginta & tres caſus, quib9 clerici poſſunt in cauſis ciuilibus conuenirę coram iudicibus ſecularibus:& in reg. 1. viginte & vnum caſus, quibus poſſunt cōueniri coram iudi. ſecul. in cauſis criminalibus./& vide diligentiſſ. D. Couar. in. cap. 31. 32. &. 33. pract. qq. quibus more ſuo tractat, de poteſtate iudicis ſecularis in clericos, & res eccleſiaſticas, ex legibus & conſuetudine horum regnorum.

26 /Clericus hæres laici, iure cōmuni, non cōuenitur coram iudice ſeculari. not. Bart. in. l. hæres abſens. in princip. ff. de re iudi. glo. in reg. is q in ius ſuccedit alteri9. de reg. iur. in. 6. diligēter D. Pręſes. in ca. 8. pract. quæſt. per totum, numero præſertin. 4./Iure regio ex ſententia Ioan. Lupi in rub. de dona. inter virum. §. 39. nu. 8. & Roder. Xuarez in repet. l. poſt rem. de re iudi. in. l. regni. extenſione prima. n. 4. corā iudice laico cōuenitur. per. l. 57. tit. 6. part. 1. ſequentes literam

27 communem: ex quo Xuarez vbi ſupra infert, quòd inſtrumentū habens executionem paratam contra laicum, eandem habebit contra clericum ſuum hæredem.

28 /Sed Gregor. Lopez in. d. l. 57. aliter legendum exiſtimat: nempe vbi dicit lex, *otro alguno demanda*. legatur, *otro alguno (ha) demanda*./& ſic intelligatur de iudicio cœpto cū defuncto, & non de incoando, aut cepto cum hærede clerico/Quam literam, & ſenſum vt veriorem approbat D. Præſes, & ſe non inueni re rationem fatetur, quæ mouere potuerit legum regiarum compilatores, vt id ſtatuerent, contra receptiſsimam omnium ferè interpretuū, tam iuris canonici quàm ciuilis ſententiam: eum ſequuntur Auend. in tract. de exequend. mandat. regiis. cap. 1. num. 29. & Didacus Perez in. l. 3. titul. 13. lib. 3. ordi. /Sed ſi poſt tantorum patrum decreta liceret meum emittere ſomnium, dicerem, quòd ex vtraque lectura cōmune, ſcilicet & Gregoriana, idem ſenſus elliciatur, & legem noſtram intelligendam de iudicio cœpto cū hęrede clerico, & non cum defuncto laico, illudque verbum. *demanda, o ha demanda*. (nihil intereſt) intelligendum de actione competente contra defunctum, non de libello, & petitione cœpta, ac facta in iudicio contra eum: quia in legibus partitarum, *demanda*, pro actione aliàs accipitur, vt eſt text. expreſſus in. l.

29 5. titulo nono, part. 5. in fin. ibi. *Non ha el ſeñor de la naue demanda contra los mercaderes por eſta razon.*/Et licet dominus Pręſes non inuenerit rationem, quæ ſeptem partitarum compilatores mouere potuerit, vt id ſtatuerent contra receptam vtriuſque iuris ſententiam, & praxim: fortaſis

D 5 eos

eos mouere potuerunt hæc: quia
clericus hęres laici repreſentat lai
30 ci,& non clerici perſonã, in rebus
& negotiis hęreditariis:& ex perſo
na, ac iure competenti contra lai-
cũ, cuius hęres eſt, conuenitur, nõ
ex ſua, nec ex ſuo facto: ſicque non
videtur ſaltim directè contra cleri
ci priuilegium, aut forum fieri: &
hoc caſu inſpicientes iuris fictio-
nem, & interpretationem, iuxta le
gem, hęredem eiuſdem poteſtatis
& iuris eſſe, cuius fuit defunctus cõ
ſtat. &.§.1.in authen.de iure iuran.
a morient. pręſti.ibi. *Quodam modo*
rei veritatem omiſſerunt: vt not. Deci.
in.d.l. hęredem / Item quia clericus
acceptando hęreditatem laici, vi-
detur ſe ſubmittere iudici ſecula-
ri in rebus hæreditatis illius: quæ
quidem res cùm temporales ſint,
ſubſunt iuriſdictioni iudicis ſecu-
laris, & tranſeunt cum illo onere
in clericum, & quodammodo vi-
dentur conuenire res hęreditarias
defuncti, & non ipſum clericum:
vt in ſimili not. Guil. de Cuneo. in.
l. de his. C. de Epiſ. & cler. qui alle-
gat. l. viros. de pala. ſacr. largi. lib.
11. de clerico cenſuario, & tributa-
rio loquens: qui ratione cenſus po
teſt conueniri coram iudice ſecu-
31 lari. & commun. eſt opinio, quòd
licet clericus regulariter non poſ-
ſit ſe ſubmittere iudici ſeculari / in
quibuſdam tamen caſibus, vt ſi ac-
cipiat poſſeſsiones, & bona tribu-
taria, & ſimilibus: poteſt quidem
ſe ſubmittere, & conueniri coram
iudice ſeculari. d.l.57. titulo ſexto,
part.1. in principio, & not. Stepha.
Aufrer. in tract. de poteſt. iudic. ſe-
cular. ſuper eccleſiaſt. perſonas.
regul.2. numer.27. vbi plures ca-
ſus refert. Et Dominus Remigius
de Goni. Archid. Pampilonenſis,
32 mihi collendiſsimus conſangui-
neus, & compatriota, eruditione,
religione, ac nobilitate inſignis,
in tract. de caritatiuo ſubſidio. fol.
mihi. 252. & Petr. Foller. in praxi
cenſuali, verſiculo ſubmiſsionis
cuicũque foro. in principio / Item
& tertio forſitan conſiderauerunt
cordati illi patres, quòd ſi clerici
hæredes laici, in rebus hæredita-
rijs mutaſſent forum defuncti, ex
eo plura damna, & inconuenien-
tia orirentur / vnum quòd minue-
retur iuriſdictio ſecularis in dam-
num principis / alterum quòd fie-
ret deterior conditio creditorum,
nam clerici (vt vulgo dici ſolet)
longioribus armis dimicant, & li-
33 tes immortales facere poſſunt: ma
ximè ſi extra regnum ad Roma-
nam curiam appellare vellint / Et
hac ratione Aufrer. vbi ſupra af-
firmat æquiorem eſſe opinionem
illorum, qui dicunt coram iudice
ſeculari eſſe conueniendos / Eadẽ-
que ratione cõſuetudine multarũ
prouinciarũ (inter quas eſt noſtra
34 Nauarræ) introductũ eſt, ꝙ iudi-
ces ſeculares inter clericos, & de
beneficialibꝰ cauſis poſſeſſorijs co
gnoſcũt, & iudicant: & in omnibus
realibus actionibus: quã conſuetu
dinem

dinem defendunt quàm plurimi-
authores relati per D. Præſidem
Couar.in.c.35.pract. quæſt.num.1.
& nouiſsimè eruditiſsimus Beren
35 garius Fernandus præceptor, & pa
tronus meus obſeruantiſsimus,in.
§. nihil commune. l. naturaliter.
de acquir. poſſeſſ. præfatio. 5. nu.
4.dicit,iudicio diuino id introdu-
ctum fuiſſe, vt cohiberetur iudi-
cium eccleſiaſticorum Abaſtia:
de quo infra, verſiculo iudex. co-
gita tamen: quiá non affirmo.

36 Item ex ſupra dictis euacuatur a-
lia com.opinio de qua Marant.in
ſpecul.aureo par.5.in principi.nu.
13. quæ habet, quod ſi lis fuerit in
choata cum laico, cui clericus ſuc-
ceſsit, eſt iterum,& denuo inchoã
da cum ipſo clerico, hancque eſſe
magis commun. dicit Auenda. in
alleg.ca.1.de exequend. mandatis
regijs.num. 29. nam iure noſtro ſi
non mutat forum, non eſt inchoã-
da,& ſaltim non negat quiſquam,
quòd vbi cepta ſit lis cum defun-
cto, non mutat forum clericus,&
eſt conueniendus coram iudice
laico.per.d.l.57.titulo ſexto, part.
1.& hanc eſſe æquiorem affirmat
Aufrer. vbi ſupra, numero ſepti-
mo,& veriorem ac magis commu
nem Franciſ.Viuius in.lib.2. com-
mun.opin.verſiculo clericus. opi-
nio. 48. vbi plures allegat, ſicque
falluntur Maranta. & Auend. qui
contrariam magis communem di
cunt, vt nouiſsimè not. Emanuel
Xuarez in theſauro receptarum
ſententia.verſic.clericus.nu.104.

37 clerici iure communi ex ſenten-
tia Mõtal.in.l.50. ti.6.par.1.& AE-
gidi Thomat.in tract.de mune. pa
trimo.§.ſubiiciũt hoc loco. fol. mi
hi. 185 licet exẽpti ſint à collectis,
& vectigalibus,ac alijs cõtributio
nibus,tamẽ nõ à gabella, quã vul-
go alcabalã dicim⁹: & hãc dicit cõ
munẽ opini. D.Remigi⁹ de Goni.
in tract.de caritatiuo ſubſidio. in
quæſti.an clerici vel Eccleſia ſint
exẽpti ab oneribus, &c. fol. mihi.
353 iure regio exẽpti ſunt:& nõ te-
nentur ſoluere.l.11.tit.3.li.1. recop.
&.l.6.tit.19.lib.9.& hanc eſſe com
munem,& veriorem opinionem,
etiam de iure communi affirmat
Gregorius Lopez in allegat. l.50.
titu.6.par.1. qui authores allegat,
& hoc expreſsè dicit verum de iu-
re communi.tex.d.l.11.ibi. *Segun*
derecho, & in.d.l.6. ibi. *Que por dere-*
cho les competen & ſanè nõ poteſt ali-
ter intelligi tex.clemẽti.finalis.de
cenſibus.& cap.nõ minus.de imu.
Eccleſia.ibi. *Pedagia, vel guidagia.*
quare non erit antinomia.

38 Clerici iure communi tenentur
contribuere:& ſoluere tributa, ſeu
onera,quæ ad cõmunem,& patriã
vtilitatem ſpectant: vt in repara-
tione murorũ,pontiũ, viarũ publi
carũ, & ſimilium tamen non ſunt
exigendi, aut cõueniendi corã iu-
dicibus ſecularib⁹, ſed eccleſiaſti-
cis.communẽ dicit Benedictus de
Capra in reg.96.n.79.inter cõmu-
nes opiniones,verſ.clerici.nu.2.&
hanc

hanc ſequuti fuerunt legum ſeptẽ partitarum compilatores, in.l.54. titul.6.part.1. ſed iure nouo ex ſententia Gregor. Lopez contrarium
„ ſtatuitur per.l.11.tit.3.lib.1.recopi.
39 quòd coram iudicibus laicis conueniantur, tamen illa lex mihi id non probat: nam licet dicat, quòd contribuere teneantur, non declarat per quos iudices ſint compellendi, & conueniendi, nihilominus vſu receptam video opinionẽ Greg. neſcio quo iure aut ratione, niſi ad eas, quæ de clerico hærede laici, coram iudice ſeculari conuẽto, ſupra diximus recurras.

40 Cognati admittuntur in iudicio pro cognato, cum cautione de rato, vſque ad decimum gradum, liberi, & parentes in infinitum iure ciuili. gloſſ. & communiter. dd. in.l. ſed hæc. de procurato. iure regio vſque ad quartum gradum, & non vltra admittuntur.l.10. titulo. 5.part.3. Villalob.

41 Coitus damnabilis iure communi dicitur, qui aliqua lege damnatur. ſ.fin. in authen. quibus modis natura. efficiantur legiti. colat. 5. Iuli. Clarus not. in praxi. crimin. libro.5. receptarum ſenten. verſiculo, fornicatio. verſiculo, frequẽter. Iure regio ille dicitur coitus damnabilis, cum ex eo mulier incidit in pœnam mortis, & ſi ſit cum moniali, clerico, vel religioſo.l.9. Tau
„ ri: quæ eſt.l.7. titulo.8. libro quin-
„ to recopil. de quo Illuſtriſsimus Præſes Couar. in epitom. 4. part. 2.cap.8.ſ.5. num.18. Villalob.

42 Quòd omnis coitus qui lege ciuili eſt damnabilis, & punibilis, dicitur etiam damnabilis, & punibilis iure regio: quinimo ſeuerius punitur, vt videbis ſuis in locis, nec lex Tauri nec D. Præſes hoc negant: ſed dicunt, quoad effectum illius legis Taurinæ, ſcilicet vt filius matri ſuccedere poſsit, nõ dici coitum damnabilem, ſi mater ex eo pœnam mortis non mereatur. Et hic eſt verus ſenſus dictæ legis, idque clarius apparebit ex infra dicendis.

43 Coitus inter coniugatum, & ſolutam iure ciuili non eſt damnabilis. not. Paul. Caſtren. in conſili. 34. numero.4. volumin.2. Deci. in conſil.311. iure regio damnabilis
„ eſt.l.24. titulo.3. lib.1. ordina. eſt.l.
„ 5. titu.17. de los amancebados li.8.
„ recopil. Villalob.

Iure com. in caſu de quo loquitur
44 lex regia etiam puniri coitũ coniugati cũ ſoluta, ſcilitet cũ coit: vt cũ cõcubina, vt diligenter not. Caſia. Lup. in.l. ſi qua illuſtris. ad Orficia. Cart.3. col. 2. & AEgidius Boſſ. in tract. de coitu damnato & punibili, à nu.22. vſque ad.30. quinimo: vt ſuprà probauimus verſiculo, adamaſia omnis coitus preter meretricium eſt iure cõmuni damnabilis.

45 Coitũ ſacerdotis cum ſoluta nõ puniri iure cõmuni affirmat Villa. & allegat. Mattheſſila. in conſt. Napolita. ti.28. iure regio per dictam legem.9. damnatur. Villalob.

Sed

46 Sed fallitur ingenuè, nam iure communi etiam punitur:vt not. Caſia.Lupus in.d.l.ſi qua illuſtris. poſt numerũ.31.Boſſ.in allegato. tract.numer.15.Mencha.libro tertio de ſuccesſion. progreſſ.§.22. numero.50.Iullius Clarus in libro quinto, recept.ſentent.§.fornicatio. verſiculo,cum presbytero. & male allegat Mattheſil.nam ille nihil de hoc: author eſt Corſe. inſing.verſiculo, fornicatio. & verſiculo. hæres.4.

47 Commodans ſi res per eum commodata furata ſit, poteſt agere vel contra commodatarium, vel contra furem, ad rem recuperendam. l.finali.C.de furti.& ſi putans commodatarium eſſe ſoluendo eum conuenerit, poteſt redire ad furem iure communi, ſecundum opinionem Cini, & Iacob.de Rauen.in.l.manifeſtiſsimæ.ff.primo eodem titulo Ioan. Faber. in. ff. item ſi fullo.inſtit.de obligat.quæ ex delicto/iure regio per.l.11.titulo.14.part.7.non poteſt redere ad furem approbata opinione Saliceti in.d.§.1. Villalob.

48 /Saliceti opin. ſequitur Iacob. Butrigar.& alij, & eſt verior iure communi: nam tex.d.§.fin.ibi.*Pœnitus liberatur*. & ibi. *nullo modo competere poſſe*, omnino tollit elligendi facultatem, alioquin nec pœnit⁹, nec omnio liberaretur: et ſic intellectus non erit antinomia, /& ex opinione vnius vel alterius doctoris non debuit conſtituere antinomias iurium: vt hîc et ſæpius facit. Villalob.

49 /Commodatarius iure ciuili tenetur de leuiſsima culpa, etiam ſi gratia vtriuſque ſit commodatum l.ſi vt certo.§.nunc videndum.&.l.in rebus.in princi.ff.commoda. /de iure regio per.l.2.titulo ſecundo, parti.5.ſufficit, ſi faciat in rem commodatam, quæ facit in cuſtodiendis ſuis rebus: modo non ſit ita negligens, vt incidat in latam culpam. Grego.Lopez in eadem lege.hæc Villalob.

50 /Sed ei dici poſſet, inciuile eſſe, niſi tota lege proſpecta reſpondere:nam in.§.hæc ita.legis in rebus per eum allegatę. I. C. expreſsè dicit: quando commodatum fit gratia vtriuſque, de leui tãtùm culpa teneri: idem dicit text. in.l.ſi cum venderet.§.finali.depign.action.ff.Deci.in.l.contractus. de regulis iuris/leuis culpa, teſte Alciat. in.l.tale culpa.de verb.ſigni.tunc dicitur, cùm quis rebus alienis eam curam non adhibet, quam cæteri patres familias ſolent: tametſi in ſuis rebus minime diligentior ſit, cui ſtipulari videtur.l.3.tit.3.part.5.

51 /Ex qua diffinitione colliges veram antinomiam: quòd iure ciuili commodatarius gratia vtriuſque tenetur adhibere eam diligentiam, quam cæteri patres familias adhibere ſolent/Iure regio quam ſuis rebus adhibet, etiam ſi non ſit tam diligens, vt cæteri pa

teri patres familias eſſe ſolent.

Commodatarij duo ſi ambo ſint in culpa, & dolo, & res commodata perdatur: quilibet in ſolidum tenetur iure ciuili.l. ſi vt certo.§.ſi duobus. ff. accomodat/iu-
52 re regio per. l. 5. titulo ſecundo: part. 5. tenentur ſolùm pro rata. Villalob.

Licet Gregorius Lopez in ſupra allegata lege quinta exiſtimet per eam corrigi ius commune, quo commodatarij ex culpa in ſolidum tenentur mihi tamen aliter videtur, nam, in ſecunda illius legis parte. ibi. *Otro ſi dezimos, que ſi aquel que tomo la coſa preſtada la perdio en ſu vida, o la perdieron ſus herederos, deſpues que el murio por ſu culpa, que ſon tenidos cada vno dellos de la pechar pagando cada vno ſu parte.* Loquitur expreſsè de re commodata in ſpecie, perdita culpa commodatarij vel hæredum eiuſdem.

Primo caſu cùm ipſius commodatarij culpa perdita fuit, hæredes eius pro parte tenentur iure ciuili.l.3.§. hæres. ff. commodat. &. l. in diſpoſiti.in principio depoſit.

Secundo cùm ipſorum hęredum culpa, licet ad rei reſtitutionem in ſolidum tenerentur: quia pro parte reſtitui non poterat, cùm ſit ſpecies indiuiſa, vel quia ex dolo, aut culpa inſolidum teneantur obligatione ſecundaria: tamen cũ res ipſa non poſsit reſtitui, æſtimatio eius pro parte ſoluenda eſt per hæredes: iuxta deciſionem tex.in.l.ſi duo hęredes.ff.depoſiti. ſic intellectus per Paul. Caſtren. ibi, quod lex noſtra expreſsè ſentit: & ſic in hac parte conformis eſt iuris communis diſpoſitioni.in tertia verò parte ibi. *E aun dezimos que ſi vna coſa fuere empreſtada a dos homes, o mas, e quando gela empreſtaron no ſe obligaſſen cada vno dellos en todo para tornar la: ſi aquella coſa ſe perdieſſe, tenudos ſon cada vno dellos de pechar ſu parte e no mas.* Expreſsè loquitur de obligatione primæua (quam. dd. primitiuam vocant) quæ quidem ex contractus origine, & pactione. ibi. *E quando gela preſtaron, &c.* naſcitur, & non de obligatione ſecundaria, quę ex culpa, aut dolo oritur: de qua in verbo præcedẽti dixerat: & ſic intellectus hic verſiculus, conformat etiam cum iure communi: nam ſi ab initio aliter, non ſit actum, pro parte tantum tenebuntur cõmẽdatarij, per tex.in. d.§.ſi duob⁹. in principio, &. l. ſi diuiſa. C. locat. & cùm legum partitarum compillatores, vt plurimum iuris communis regulas ſequi conati ſunt (vt ſæpe dixi) indubio talis intellectus amplectendus eſt. & ſic non erit antinomia.

54 Compenſatio admittitur iure ciuili in depoſito de expenſis factis in eo. gloſſ. commun. aprobata in.l. ſi plures.ff.de poſt.eſt in verbo iudicatum. cui adde Emanuel, Xuarez in theſauro receptarum ſententiarum, verbo, compenſatio. iure regio nõ admittitur.l.10. titul.3.

tit.3.part.5. Villalo.

Glo.in.l.ſiquis verſi.exceptionẽ. C. depoſiti.tenet cũ Ioan.in depoſito,non eſſe admittendam cõpenſationẽ expenſarum,& iura hîc allegata intelligit in cõmodato. ſed Fulgoſ. in.d.l. ſi plures. communẽ eſſe affirmat: quod etiã in depoſito de expenſis admittatur,& inter cõmunes opiniones refert Emanuel Xuarez,verbo,compenſatio.

55 Cõpẽſatio iure ciuili in quolibet contractu præter depoſiti admittitur,ſi ſit liquida,aut facilè poſsit liquidari, quod arbitrio iudicis relinquitur.Iaſ.in.§.in bonæ fidei.n.71.inſtit. de actio. cõmu.affirmat. Adde diligenter Menoch.in tract. q.arbitr.iudi.li.2.centu.1.caſu.14. iure noſtro ſublatũ eſt arbitrium, & ad liquidationem tempus decem dierum eſt taxatum.per.l.20. titulo.14.part.5. Villalob.

56 Compenſatio non admittitur iure ciuili, quando quis condemnatus fuit ſine præfinitione temporis.Bart.in. l. aufertur. §. qui compenſationem, de iure fiſci. quam communem dicit Greg. Lopez in l.20.tit.14.part.5.iure regio admittitur compenſatio liquidanda intra decem dies. Villalob.

57 Iure communi induci poteſt conſuetudo inſcio principe, vel eo qui ius condere poteſt. gl.fi. in.ca. in iſtis.§.leges.4.diſtinctio.Gem. in.c.fruſtra.8.diſt.in.cõmunẽ dicit, & Prępoſit.ibid.n.9.Corn.cõſ.155. n.7.li.4.Abb.cõſ.7.li.2.iure regio nõ poteſt induci inſcio principe. l.3.&.5.ti.2.par.1.& licet Greg. Lopez in dictis legibus hanc eſſe verã de iure cõmuni dicat, verior eſt prima opinio:teſte Ferdin. Mēch. lib.1.controuer.vſufrequent.c.3.n. 3.quia iura, & authores per Greg. allegati loquũtur de cõſuetudine legitimè pręſcripta,nec dubiũ eſt, quin præſcriptio noceat dño rei, & ignoranti, ſicut ſi eſſet ſciens.l. fi.C.de pręſcr.longi tẽp. hoc tamẽ intellige cùm conſuetudo eſt contra legẽ ſuperioris: nam ſi nõ ſit cõtra,valet etiam inſcio principe, vt not. Grego. ibidem,& in.l.12.tit.1. part.1.Mencha. vbi ſuprà.

58 Concubinã alterius cognoſcens carnali copula, iure ciuili nõ punitur.alleg.Villal.Bar.in.l.ſi vxor.C. de adulterijs.iure regio punitur in „ caſu.l.1.tit.15.lib.8.ordina. eſt.l.6. „ tit.20.de los adulterios.li.8.&.l.4. „ tit.20.de los lacayos.li.6. recopil.

59 Bart.nõ loquitur generaliter: ſed in concubina quæ eſt inhoneſta: in concubina verò, quæ retinet nomem honeſtæ mulieris, vt eſt concubina patroni, punibile eſſe affirmat per eum tex.& leges noſtrę regiæ in his caſibus loquuntur. nõ erit ergo antinomia.

Cõcubina iure ciuili illa dicitur quę eſt vnica in domo retẽta ſoluti,& ipſa ſoluta, cũ proteſtatione ꝙ eam retinet in concubinã.Bart. in.l.in concubinatu. per eũ tex.ff. de concubinis:& in.l.eã quã.C.de fideicõm.& in auth.licet principi. de natur.

de natur.liber.C.eaſque conditio nes recēſit.l.2.ti.4.par.4.iure autē regio nouo ex ſentētia Villal. ſolū requiritur, quòd inter eos poſsit cōtrahi matrimoniū.per.l.11.Tauri approbata: glo.in. ca. innotuit. verbo coniugata. de electio.li.6. & qualis.30. q.5. Villalob.

61 Concluſio in cauſa de iure ciuili non eſt neceſſaria.Cardi.in clem. ſæpe.§. & quia.quæ eſt.29.nu. 20. de verb.ſign.Feli.in cap.cum.I.et A.de re iudi.iure.regio ſic.per.l.1. ti.4.lib.3.ordin.&prag.42.tit.20. „ eſt.l.10.tit.6.de los teſtigos lib.4. „ recopil. eamque intelligūt Dida. „ Peres,& Villal. ſi cōcluſio à parti- „ bus petatur,ſed ibi concluſio fieri „ iubetur licet non petatur.

62 Lex Tauri eſt.9.tit.8. li.5.recop. ſed illa non tolit requiſita ad concubinatū,& hoc tantū dicit, quod vt filius dicatur naturalis, ſufficit ſi inter parentes potuerit contrahi matrimoniū,tempore quo cohrerūt,licet non habuerit matrē,vt cōcubinā.Sicque vitabis antinomiā iurium,& legis partitæ correctionē.Caue tamen nam iure nr̄o omnino ꝓhibitur cōcubinatus,vt dixi ſupra, verſiculo adamaſia. nu.56.

63 Condemnatis ad mortem iure ciuili efficitur ſeruus pœnæ. l. qui vltimo.ff. de pœn.iure regio non. „ l.4.Tauri:eſt.l.3.tit.4.de los teſta- „ mentos, lib.5.recopil.

Item iure ciuili condēnatus ad mortē nō poteſt teſtari.l.eius qui. ſ.1.l.qui à latronibus.ſ. ſi quis capitali.ff.de teſta.l.15. ti.1.par.6. iure regio nouo p. d.l. Tauri teſtari poteſt niſi de bonis fiſco applicatis ex delicto, ex quo etiā corrigitur.l.18.d.titu.1. part.6. &.l.4.tit.3. ea.part.quæ dānatis ad mortē ciuilē teſtamēti factione prohibebāt.

64 Multi ſunt qui affirmant, etiam iure communi nouo, damnatum ad mortem teſtamentū facere poſſe,ſi ſit benè natus:per authen. ſed hodie.de dona. inter vir. & in corpore vnde ſumitur. Sed diſcretiſsimus D.Præſes noſter Couarru. in rubr.de teſtam.part.3.nu.27. non poſſe veriorem & cōmunem eſſe affirmat:reſponditq; ei auth.ſcilicet,non alloqui in condēnatis ad mortem naturalem.

Verùm diſputationis gratia
65 poſsit ei replicari, id verum quidem eſſe:ſed rationem expreſſam in.ſ.quod autem de nupti.in auth. col.4.(ex quo deſumpta eſt illa authen. *Sed hodie*) generalem eſſe: ait imperator, (*neque enim mutamus nos fortunam liberam in ſeruilem ſtatū, &c.* Ergo generaliter in omni caſu eſt intelligēda p iura vulg.l. regula.ſ. finali.& ibi.dd.de iur.& fact.ignoran.& quę fuiſſe not.Nico.Euerar. in centuria locorum legali, à ratione legis larga ſeu ampla,ad extenſionem ipſius.33.in ordine, & Tiraquel.in tract.ceſſante cauſa. num. 14.& ſequentibus maximè cū hæc opinio ſit ęquior, & indubijs amplectenda.

66 Cōmunem nouiſsimè ſequitur Men-

Mencha.in ca.96.quæſ. illuſtr. qui audacter nimis, ne dicã inuerecũdè, carpit doctiſsimũ Couar. noſtrum, in eo quod exiſtimat hodie iure cõmuni nouo damnatũ in metallũ, & perpetuũ carcerem, teſtamenti factionem habere.

67 Nam licet verum eſſet, contrariam opinionem communem, nõ ex eo ſequitur eſſe veriorem de iure, nec ipſe reſpondit fundamẽtis per. D.Couar. allegat. quod prius facere debuiſſet: & (ni fallor) non bene ſatisfaciet. §. quod autem. vbi expreſsè text. diffiniuit non fieri ſeruos: & iure antiquo hac ratione inteſtabiles erant damnati ad mortem naturalem, vel ciuilem. (vt ſunt damnati in metallum, vel perpetuum carcerem) quia ſerui pœnæ efficiebãtur. l. quidam ſunt ſerui pœnæ. ff. de pœn. notat. latè Tellus Fern. in. l. 4. Tauri. n. 31. ſed hodie ceſſat hęc ſeruitus: ergo ceſſabit eius effectus: & ſi liberi ſunt, teſtamentum facient.

68 Condẽnatis iure cõmuni dantur duo menſes ad ſoluendũ. l. debitoribus. ff. de re iudicata. iure. C. quatuor. l. 1. &. 2. C. de vſu. rei iudicatę. iure regio decem dies tantum. l. 5. tit. 27. par. 3. Villal.

69 Lex debitorib⁹. ſi benè inſpiciatur, non tribũit cõdemnatis duos menſes ad ſoluendum: nam hoc arbitrio iudicis relinquit: ait tex. *debitoribus non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt, ſed & prorogandi ſi res exigat.* Si vero intra diem datum à iudice, vel ex cauſa prorogatum, non ſoluerit, pignora capi iubet, & ſi intra duos menſes poſt captis pignoribus, non ſoluerit venduntur: leges vero. 1. &. 2. C. de vſuris rei iudic. non tribuunt quatuor menſes condemnatis ad ſoluendum. Idque ſolum intendunt, quòd ſi debitor intra quatuor menſes poſtquam ſoluere iuſſus fuit, non ſoluat: vltra debitum principale teneatur ad vſuras centeſimas temporis, quod poſt quatuor menſes effluxerint. Quare iure ciuili verior eſt opinio Fabri.

70 Alciati, Ripæ, & aliorum, quos refert, & ſequitur Menoch. libr. 2. arbitr. iudi. centuria prima, caſu. 27. hancque ſequuntur iudices ſuperiores.

In regno Nauarræ quòd attẽta quantitate debiti, & debitoris, ac creditoris qualitate, datur aut negatur tempus ſoluendi. lex vero. 5. tit. 27. part. 3. debet intelligi iuxta deciſionem. l. 7. titul. 3. par. 3. quæ arbitrio iudicis illud relinquit, ibi. *O otro plazo mayor, ſegun entendiere que es guiſado*, &c. ſicque vitatis antino.

71 Cõdemnato ad aliquã quantitatẽ prẽſtandã, pro qua creditor habet pignus, duo menſes dantur ad luẽdum illud pignus: & ſi intra id tempus non ſoluatur, res venditur ꝑ debito. l. debitorib⁹. ff. de re iudi. iure regio viginti dies tantũ dãtur. l. 6. tit. 27. par. 3. Villal.

72 In. l. 6. hîc allegata non dantur

viginti dies ad luendum, ſed ad vendendum pignus per licitationem, aut publicã ſubhaſtationẽ, ibi. *Puede la meter en almoneda aquella coſa de que le entregaren con otorgamiento del juzgador almonedearla faſta veynte dias: &c. deue ſe vender al que mas diere della, de los veynte dias adelante.* Sed
„ hodie correcta eſt. d. l. partitę per.
„ l. 19. tit. de las entregas y execucio
„ nes. 21. li. 4. recop. vbi proponitur
„ noua executionis faciẽdæ forma,
„ quę ſeruatur.

73 Conditio impoſsibilis affirmatiuè concepta vitiat ſtipulationẽ. l. impoſsibilis. de verb. oblig. & §. ſi impoſsibilis. inſtitu. de inutilib. ſtipula. iure regio, vt exiſtimat Michaël Malacita, different. 58. contractum non vitiat per. l. 17. titulo. 11. partit. 5. ſed Villalo. negat: quia inquit lex illa loquitur de cõditione negatiuè concepta, in qua valet ſtipulatio etiam iure communi. l. in illo. 2. reſponſ. de verbor. ſignifi. & concordare cum. l. partitæ affirmat Gregorius Lopez ibi.

74 Ego reſpondeo pro Michaële: nam tempore illius, in tex. l. partitæ affirmatiuè concepta erat cõditio. ita como ſi dixeſſe: ſi tãgieſe con el dedo el cielo, prometes de dar o de fazer. & ita inueni in litera communi Montalui: poſtea emendatus fuit per Grego. Lopez, & fuit negatiuè appoſita: quã correctionem non vidit ille bonus vir: quare non meretur repræhenſionem.

75 Confeſsio facta in tormentis debet ratificari ad arbitrium iudicis iure comm. not. Bar. in. l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quęſt. iure regio ſublatum eſt arbitrium, vt non ratificet illo die, ſed ſequenti. l. 4. ti.
„ 30. part. 7. Quod hoc etiam tenue-
„ runt multi de iure communi, vt no
„ tat Iulius Clarus in praxi. q. 64. ver
„ ſic. iudex. §. fina.

76 Cõfeſsio iure communi nõ eſt probatio. Feli. in rub. de probat. n. 6. cõmunem dicit. iure regio probatio eſt. l. 8. tit. 14. par. 3.

Contraria opinio quòd ſit probatio de iure communi, & omniũ cõcludentiſsimè eſt cõmunior, & verior: vt not. Menoch. de recuperan. poſſes. num. 217. &c. Emanuel Xuarez in theſauro cõmuniũ opi. verſi. confeſsio. nu. 222. non eſt ergo antinomia.

77 Ex. l. 8. ſupra allegata infert Nun. Auend. in reſp. 18. nume. 8. contra Roderi. Xuarez in. l. poſt rem iudicatam. verſi. ſed pulchrum. quod poſt decẽ dies, qui dantur ad probandas exceptiones oppoſitionis factæ executioni: pars non ſit compellenda iurare, cùm ſit probatio. ſed Villalo. dicit obſeruari in praxi opinionem Roderici.

78 Melius dixiſſet eſſe hodie text. expreſſum pro opiniõe Roderici, in. l. 72. titu. 4. de los adelantados. lib. 3. recopila. & miror viros, alioquin verſatiſsimos in iure noſtro, hanc legem non vidiſſe, quæ multo

multò ante horum ſcripta condita fuit.

79 Confeſsio extra iudicialis non probat iure ciuili, Felin. in. c. at ſi clerici. de iudi. cõmunẽ dicit. Iure regio parte preſente vel eius procuratore cauſa expreſſa probat. l. 7. tit. 13. par. 3. Villalo.

80 Quinimo iure ciuili confeſſio extra iudicialis preſente parte facta, probat, vt notat Dueñas in reg. 119. incipiente. Cõfeſsio extra iudicialis. & allegat legẽ partitę ꝑ concordanti, & difficultas iure eo non conſiſtit in hoc, ſed an fuerit cõfeſsio à parte acceptata, nã multi dicũt ꝙ ſi non fuerit acceptata, non probat: verior tamen eſt opinio, vt ipſe Dueñas affirmat, etiã non acceptatam probare, ſufficereque, ſi non contradixerit: cùm tacendo conſentire videatur, in his quæ ſuum commodum reſpiciũt, vulg. reg. Qui tacet. &c. Item cõfeſsio facta ſine cauſa, iure ciuili nequaquam probat. Idem Dueñas reg. 118. ex quo apparet nõ eſſe hanc antinomiam.

81 Confeſsio iudicialis iure ciuili preiudicat, iudice pro tribunali ſedente. Marant. in ſpeculo aureo par. 6. verſi. confeſsio. nu. 30. cõem dicit. Iure regio ſex requiruntur, vt præiudicare poſsit: ętas maior in confitente, ſpõtanea voluntas, parte, vel procuratore preſente, ſuper re certa, & non contra naturã, aut leges. l. 4. titulo. 13. part. 3. Villalo.

Omnia quæ iure regio requirũtur, vt cõfeſsio iudicialis ꝑiudicet, neceſſaria ſunt & iure ciuili: vt diligenter probat Decius in allegat. capit. at ſi clerici. de iudic. vbi à num. 17. vſque ad numerũ. 44. tradit decem limitationes ad hanc regulam, inter quas continentur prædictæ ſex qualitates. nõ eſt ergo antinomia.

82 Confeſsio procuratoris iure ciuili nõ præiudicat dño. l. pro inde. ʃ. ſi procurator. ff. ſi quis in ius vocat. l. ſi procuratorem. delegat. 3. Bartol. in. l. 1. quando appella. ſit. de iure regio ſic. l. 1. titu. 3. lib. 3. ordina. Eſt. l. 1. tit. 4. libr. 4. recopilat. Villalo.

83 Falsò allegat, nã. l. pro inde. eſt ſub tit. ad. l. Acquiliam. ff. ʃ. 1. & in titulis per Villal. allegatis nõ ſunt tales leges nec Bart. eo loco de cõfeſsione tractat. Tu allega. tex. in. l. ſi certis. ʃ. ſed an. ff. de confeſſ. & diſtingue. vt ibi Bart. aut procurator non habet mandatum, & non valet confeſsio: aut habet ſpeciale ad confitendum, & tunc nocet domino confeſsio: aut habet generale mandatum, & tunc etiam diſtingue: an confiteatur per modum ſpontaneæ iuriſdictionis in inſtrumento, & non valet: aut per iuriſdictionem cõtentioſam, & valet, nocetque domino, per iura quæ allegat: & hæc videntur ſentire leges regiæ. 11. &. 19. & 24. titulo. 5. part. 3. & lex ordin. hîc allegata loquitur in procura-

tore qui habet mandatum, vt negare vel confiteri poſsit litem cõteſtando. non erit ergo antinomia.

84 Cõfeſsio facta in tormentis poteſt retractari ex iuſta cauſa, etiam ſi fuerit perſeuerata: notat Salic. in.l.2.C.de cuſto.reorum. iure regio per.l.4.titul.30.part.7. non poteſt. Hæc Michaël, differentia. 55. in delictis. Sed Villal. non placet, & meritò: nam in ea lege contrarium probatur per argumentum à maioritate rationis: nam ſi poſt latam ſententiã poteſt iudex reum confeſſum in tormentis abſoluere, ſi de illius innocẽtia cõſtiterit: multò magis eũ debet audire ante ſententiã, ſi dixerit erraſſe in confeſsione: pro qua ratione vide Gãdi. in practi.crim. de queſtionibus & Iul.clar.in praxi.ſua.§.fin.queſt. 55.verſic.ſed pone.&.q.64. verſic. ſin autem. nu.44.

85 Item ex eadẽ. l. 4. ellicitur alia differentia: nã iure communi ſi iudici conſtat de innocentia rei, qui in tormentis, & perſeueranter cõfeſſus fuit, debet reſcribere Principi, vt reum liberet. Bar.in.§.ſi quis vltro.l.1.ff.de quæſt. iure regio iudex ipſe poteſt eum liberare, per. d.legem: quod intelligit Greg. Lopez, quando ex facti notorietate cõſtat de innocẽtia rei, ſecus quãdo ex probationibus, ne detur iudicib⁹ occaſio liberãdi reos: iuxta doctrinã Panormi. in. c. ſuborta. in fin. de re iudi. Villalo.

86 Confinia amouẽs (vulgo moiones dicimus) iure ciuili pœnã extraordinariam, & aliquando mortis incurrebat.l.agraria.ff. de term. moto.l.1.eod.titu.&.l.1.C.de accuſa. iure regio per.l.fin.ti. 14.par.7. quinquaginta marauetinorũ aureorũ pœnam (quæ iuxta communẽ cõputationẽ quinquaginta caſtellanos ſũma) incidit, & amittit ius quod habet in tali fundo: & ſi nullum ius habet, redit cum dupl. Greg. vbi ſupra, verſicu. cinquenta marauedis.

87 Illud quod de iure cõmuni refert Villal. cautũ erat iure antiquo: vt not.glo.in.d.l.agragaria. &.l.1. C. de accuſa. nã pòſt per Diuũ Adrianũ ſtatuta fuit pœna ordinaria quĩquaginta aureorũ: ex qua lege deſupta fuit noſtra, & in hoc ſunt cõformes, & alias pœnas lex partitæ tradit, etiã de iure cõmuni Iacob. Damoderi. in praxi crimi. ca. 127. de tranſlatione limituum: ſed nihil allegat.

88 Conductores vectigalium ſeu publicani iure cõmuni ob nimiã ſterilitatem, guerram, peſtem, vel caſum fortuitum, & qui accidit facto ſuperioris poſſunt petere remiſsionem mercedis, & debet eis præſtari: vt notat. Bartol. & dd. in. l. Cottem ferro. ʃʃ. qui maximos. de publica. ff. quæſtio. publicanus. Franciſc. Viui. lib. 2. commu. opinio. verſículo conductor. opi. 63. diligenter AEgidius Boſsius in titulo de remiſsione

mercedis

mercedis publicanorum. per totum ſed præſertim numero. 1. &. 2. 24,&. 25. &c. Iure regio ob nullum caſum vel cauſam, etiam ſi facto ipſius regis locantis acciderit, fit remiſsio. l. 2. titulo. 9. de las condiciones generales, libr. 9. recopila.

89 Item iure communi, prædictis locatoribus vectigalium cōpetit remedium læſionis. l. 2. C. de reſcinden. venditio. nota. gloſ. in. l. ſi olei. C. locati, &. l. ſi ea pactione. C. de vſur. commu. dd. in. d. l. 2. quos refert erudictus Luſitanus Arias Pinel. in rep. d. l. part. 1. c. 3. nu. 17. & ſequē. iure regio non competit nec præſtatur. l. 15. d. tit. 9. lib. 9. recopil.

90 Conſanguinei iure cōmuni ſuccedūt vſq; ad decimum gradū, nō habita differētia agnatorū vel cognatorū: not. diligētiſsim⁹. D. Couar. in epit. de ſucceſsio. ab inteſt. concluſio. 11. & dicit cōmunē iure regio per. l. 6. tit. 13. par. 6. vſque ad duodecimum gradum. Villal.

91 Itē ex illa lege ſexta aſsignatur differētia inter agnatos & cognatos: quoad fratres, & eorum filios: ſicq; reſtrīgitur iuris ciuilis diſpoſitio, debetq; fieri hæc cōputatio iuxta iuris ciuilis regulas, nō canonici, vt vult Villalo,

92 Sed caue, nam in caſu legis partitæ etiam iure ciuili ponitur talis differentia, cùm eo iure frater vterinus prefertur in bonis maternis fratri conſanguineo. & frater conſanguineus præfertur in bonis paternis vterino, nec eo caſu fuit correcta. l. de emancipatis. C. de ſuis. & legit. hæred. vt not. gloſ. in authent. itaque mortuo, & ibi Cinus. C. commu. de ſucceſſ. in bonis autem per ipſum defunctum quęſitis æqualiter ſuccedunt, authent. ceſſante. de ſuis & legit. hæred. eſtque commu. opin. nihil ergo noui ſtatuitur in lege partitæ, nec eſt antinomia in ea.

93 Conatus punitur iure ciuili licet non ſequatur effectus. l. 1. ſ. diuus. de ſicariis. l. is qui cum telo. C. eod. concordat. l. 2. titul. 31. par. 7. iure ordinamenti requiritur q̄d ſequatur effectus, vel ſaltim vulneratio ad hoc, vt incidat in pœnam. l. 2. titu. 23. lib. 8. recopilat. ex ſent. Greg. Lopez in. d. l. 2. & Dueñas in regula. 35. & addit Villalo. quòd non ſufficit vulneratio, ſed de ea debet remanere liuor, vt incidat in pœnam. d. l. 2. ordina. & allegat. l. 43. ſtili. & quòd iudex poterit illam pœnam moderare, allegat Gregorium Lopez & Salice. in. l. is qui cum telo. Adde tu „ quòd eſt comm. opin. teſte Viuio „ lib. 2. commu. opin. opinio. 53. numero. 2. Villalo.

94 Licet iure ciuili ſcripto puniatur conatus, tñ vſu nō fuit receptū, & ex generali totius mundi conſuetudine non punitur: vt probat Iulius Clarus in praxi crimin. ſ. fin. quæſt. 92. niſi in atrociſsimis delictis,

delictis, in quibus ex ipſa generali conſuetudine punitur. not. etiam Viuius. d. lib. 2. com. opi. verſi. conatus. opi. 53. per totũ, vbi aliquot caſus colligit. Iure noſtro in quo non punitur conatus regulariter, per iura ſupra allegata, non punietur, niſi in caſib⁹ in eo expreſsis,
95 quos ſuis in locis inuenies. Interim tamen vide vnum in. l. 1. titul. 18. de las trayciones lib. 8. recopil. de crimine læſæ maieſtatis. aliud in. l. 2. ti. 23. de los homicidios (quę eſt. l. ordinamenti ſupra allegata) de eo qui per inſidias percuſsit. tertium, in. l. vnica. titulo. 21. del pecado nephãdo, eo. lib. 8. quartũ in. l. 1. tit. 9. de las treguas. eod. lib. de eo qui ruperit pacem publicã, vel priuatam, & tentauerit inimicum offendere.

96 Præterea aduerte, ꝙ in. l. 43. del eſtilo non requiritur ꝙ remaneat liuor, vt pœna legis ordi. imponatur, ſufficitq; ſi percuſſerit, ibi, *hiriere a alguno*. Nec video cur minus delinquat, qui animo occidendi ꝑ inſidias, aliquem ligauerit, aut ſaculo inſuerit, vel cordis ſuffocare tentauit, quàm qui enſe vel pugione liuorem fecerit: & crederem his, & ſimilibus caſibus pœnam illius legis locum habere.

97 Conſulens, aliàs non facturo, iure ciuili tenetur. l. ſi remunerandi. ℱ. ſi tibi. ff. mandat. vbi glo. & com. dd. Bartol. in. l. non ſolùm. ℱ. ſi mandato. ff. de iureiur. Iure regio ſiue aliàs facturo, ſiue non: ſi conſilium non fuit fraudulentum non tenetur. l. 23. titulo. 12. part. 5. hæc Villalob.

98 Sed errat: nam iure ciuili conſulens aliàs facturo tenetur etiam pœna extraordinaria: vt notat. diligenter Clarus in praxi crim. ℱ. fi. quæſt. 88. item lex partitæ ait, conſulentem gratia eius cui conſuluit tantum, non teneri. & eſt conformis & deſumpta, ex. l. 2. ℱ. tua tantum gratia. ff. mandat. & ℱ. tua tantum gratia. inſtitu. eod. in eo verò quòd dicit *niſi conſilium ſit fraudulentum*. etiam eſt conformis iuri communi vt notat. Din. in regul. nemo. de regul. iur. in. 6. Decius in. l. conſilij. eodem titulo. ff. quibus & aliis in locis inuenies idem, quod iure regio, ſeruari iure communi, in conſulente maleficium: idque notat. Petrus à Plaça in epitom. delictorum cap. 27. & Auend. in tractat. de iniur. numero. 9. verſiculo. ex iſta illatione infero. qui allegat. l. 2. titulo. 2. part. 7. & l. 9. titulo. 7. eadem part. Eſt. l. 12. & 18. titulo. 14. l. 3. titulo. 2. & l. 3. titulo. 37. eiuſdem part. 7.

99 Conteſtatio ſi non fiat intra tempus aſsignatum, iure ciuili non habetur pro confeſſo. authent. offeratur. de litis conteſta. iure regio ſic, per. l. 1. titulo. 3. lib. 3. ordinam. Eſt. l. 1. titulo. 4. de la conteſtacion lib. 4. recopila. Villalo.

100 Idem cauetur iure regni Na-

uarræ

uarræ in ordi, 3. de la viſita del O-
biſpo de tui: & de intellectu legis
regiæ: vide Auend. in tract. 1. & 2.
decret. & eruditiſsimũ Couar. in
c. 1. libr. 1. vari. reſol. nu. 8. vbi affir-
mat iſtius l. rigorem non fuiſſe re-
ceptum in ſupremis tribunalibus
horum regnorum.

101 Sed contrarium ego in praxi v-
ſitatum vidi, & à practicis aduoca
tis ac à iudicibus ſuperioribus ac-
cepi. & notat Gregorius Lopez in.
l. 3. titulo. 10. part. 3. nam quando
reus eſt abſens, & citatus non com
paruit in iudicium aliquo modo,
per ſe vel per procuratorem, vel ſi
comparuit, & ante conteſtationẽ
receſsit non relicto procuratore,
non dicitur confeſſus, ſed procedi
tur contra eum per remedium le-
gis primæ de los aſſentamientos
,, que eſt ſub tit. 11. lib. 4. recop. Si ve
rò reus cõparuit in iudicio per ſe,
vel procuratorẽ ſuum, & intra no-
uẽ dies non conteſtatur litem, ha-
betur pro cõfeſſo, etiã in ſupremis
tribunalibus: per. l. 1. de la cõteſta-
102 cion. ſupra allegatam, & hic eſt ve
rus & breuis intellectus, & praxis
dictarũ legum, & in hoc maximè
differunt. quòd nec Auend. nec a-
lius quem viderim aduertunt. lex
de los aſſentamientos facta fuit cõ
tra contumaces in comparendo,
lex de la conteſtacion cõtra com-
parẽtes, cõtumaces tamen in reſ-
pondendo.

103 Item iure ciuili nõ eſt taxatum
tempus, intra quod reus debet li-
tem conteſtare, ſed relinquitur iu
dicis arbitrio. allegat Villalo. l. ſi
eum qui iniuriarum. ff. ſi quis cau-
tio. Iure regio per. d. l. 1. taxatum
eſt ad dies nouem, correcta. l. 6.
titulo 3. part. 3. quæ tres dies con-
ſtituebat.

104 Iure regni Nauarræ decem dies
dantur. d. ordina. Et aduerte non
eſſe talem tex. in titulo ſi quis cau-
tio. ff. fortaſsis voluit allegare. l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. eod. tit. ſed
nihil faceret, nec gloſ. ibi agit de
hoc, nec potuit verè hoc dicere:
cum in aut. offeratur. de lit. cõteſt.
C. ſit text. expreſſus, quo cauetur,
vt intra viginti dies conteſtare te-
neantur, & ipſe auctor Villalo. (li-
cet nõ meminit) probat hoc infrà,
verſi. litis conteſtatio. Antinomia
ergo erit, quòd iure ciuili viginti
dies, iure regio nouem aſsignãtur
ad conteſtationem.

105 Cõtractus perfectus iure ciuili,
vna parte inuita non reſcinditur.
allegat Villalo. Ioan. Fabru. in. §. 1.
inſtit. de emptio. & vendition. &
Angel. & Bald. in. l. contractus. de
fide inſtrumentorum. C. Bart. in. l.
ſi in emptione. §. 1. ff. de contra.
emptio. & com. dicit Gregor. Lo-
pez in. l. 1. tit. 5. part. 5. verſiculo *deſ-
pues*. iure regio in caſu in quo inter
fuit arra, non reſcinditur, ſi arra ſit
data pro parte pretij, aliàs ſic.
Villalo.

106 Tu dices non eſſe antinomiam,
nam idem ſeruatur iure communi
in caſu, & contractibus, quibus

arra interuenit.§.1.ver.ita tñ.&ibi gloſ.verſic.cõpelliť.de emptione & venditione, antinomia igitur in hoc verſatur, quòd iure com. emptor ſi pœniteat, perdit quod dedit, etſi venditor pœniteat, duplũ, agitque emptor ad intereſſe contra eum, iure regio non agit ad intereſſe.l.7.tit.5.par.5, vide. infra §. verbo, venditio.

107 Item ex ea.l.7.elliditur opinio Bartol.& ſequatium, qui dicebant præſumendum, datam fuiſſe arrã in pecunia, in partem pretij, in.l.ſi fundus.ff.de.lege com, iure regio requiritur quòd expreſsè dicatur per eam legem. Villal.

108 Cõtractus in ſcriptis dicitur iure ciuili ex ſententia. B. de Villal. quando per contrahentes eſt conuẽtum, vt in ſcriptis celebretur, & quod aliàs non valeat.allegat.l.cõtractus.§.inſcriptis. de fide inſtru. Deci. in conſil. 340. & dicit com. Gregorius Lopez in.l. 6.titulo. 5. par.5, iure regio ſufficit quod inter partes ſit actum, vt de illo fiat ſcriptura, licet non ſit additum quòd aliàs non valeat: per dictã legẽ, approbata opinione, de qua Soci. in conſil.120. nu.17.& Boer.in deciſ. 82.num.18.

109 Hæc opinio eſt gloſ.in. §. 1. de emptio.& venditio.inſtitu.verſic. ſcriptura, eſtque communiter approbata.vt not.Ant.Gomez de cõtract.cap.2.nume.27, non eſt ergo antinomia.

110 Contra contumacem iure ciuili non proceditur ad ſententiã diffinitiuam, niſi facta prius conteſtatione.l.properandum.§.ſin autem reus.C.de iudi, exceptis certis caſibus, de quibus plures enumerat gloſ.in ſumma.3.q.9. & Auend. in tract.1.&.2.decreti.num.3, iure regio per.l.1.tit.de los aſſentamientos.11.lib.4.recopila.proceditur. Idem iure regni Nauarræ ordi. 53.del Rey don Carlos lib.1.pragmaticarum.

111 Inter ius regium & regni Nauarræ eſt differentia, nam contra contumacem procedũt iure regio per primum & ſecundum decretum: iuxta iuris comm. diſpoſitionem, & poſt tempora ei pręfixa miſſus in poſſeſsionem poſsidet, & facit fructus ſuos, ſi non prius elligerit viam probationis.

112 Nauarræ nõ fit miſsio realis, & ſi reus non compareat ad diem citationis, datur ſecũda citatio (quę vulgo diciť falta de dia, o primer fincado) cum termino quindecim dierum, & miniſter executor iuſtitiæ apprehendit bona rei, ibi dicitur (ampara de bienes) & finito tẽpore mittit relationem apprehenſionis factę iudicibus, et ſi interim compareat reus, auditur ſolutis prius expenſis: ſi non compareat, datur tertia citatio cum inſertiõe aliarum, & libelli actoris, & terminus aliorum quindecim dierum, quæ vocatur (ſegundo fincado) & ſi interim compareat reus auditur ſolutis expenſis, ſi non compareat decla-

declaratur contumax, & proceditur contra eum in cauſa, etſi actor probat intentionem, condẽnatur reus, nec poteſt appellare vel ſupplicare. Prędictæ verò citationes vocãtur fincados: porq̃ el executor, quando haze la ampara de los bienes del reo, finca vn pedaço de cuero o ſuela de çapato cõ vn clauo en la puerta de la caſa, dõde biue el reo en ſeñal de ampara.

113 Creditor iure communi poteſt capere debitorem ſuſpectum de fuga, propria auctoritate text. & ibi dd. in l. 4. §. ſi debitorem. ff. de his qui in fraud. creditorum, & in. l. 2. ff. de iuriſdict. omni. iudi. Dueñas in regu. 144. & ampliat, vt etiã pecuniam debitoris poſsit capere. l. 50. titul. 15. par. 5. iure regio nouo contrarium videtur: quòd nec pecuniam, nec debitorem poſsit capere: niſi hoc pacto inter eos inito conceptum ſit. l. 1. & 10. ibi, *ni por ninguna otra cauſa, &c.* titul. 17. lib. 5. recopilatio. & puniuntur acriter in. l. 5. titulo. 13. libr. 4. eod. ſed non affirmo licet verba generalia ſint.

114 Creditor occupans rem debitoris etiam hipothecatam propria auctoritate, iure ciuili ſolũ perdit ius, qđ in ea habet. gloſ. in. l. extat. ff. de eo quod met. cauſa com. ap̄pbata, iure regio non ſolum perdit ius, ſed totum debitum. l. 11. titu. 13. par. 5. & l. 1. & 2. titul. 14. ordinam. » Eſt. l. 4. tit. 17. de las prẽdas li. 5. re» copi. Sed has & ſimiles leges vſus non recipit, teſte Illuſtriſsi. D. Couar. in. c. 16. lib. 3. variarum reſolutionum, nu. 7. verſ. his præterea. vbi authores allegat.

leges recepta vsu non recepta.

115 Creditores ſi conueniant ad dãdam dilationem debitori, qui nõ eſt ſoluendo, maior pars præualet minori, modo dilatio quinquennium non excedat iure communi. l. fin. C. qui bon. cedere poſſ. iure regio ex generalitate. l. 5. tit. 15. p. 3. etiã ſi quinquenniũ excedat dilatio, minor creditorũ pars tenetur conſentire maiori.

116 Item ſi creditores conueniãt in remiſsione facienda de quota debiti, maior pars præiudicat minori, ſi remiſsio fiat hæredi debitoris, non ſi ipſi debitori: iure cõmuni & ſuum hæredẽ. §. fin. aliàs eſt. §. Marcellus. l. iuris gentium. ff. de pact. eſtque com. opin. iure regio pręualet etiam ſi remiſsio fiat ipſi debitori. l. 6. ti. 5. par. 5. approbata Fulgoſij opinione.

117 Crimen læſæ maieſtatis iure cõmuni non ſolùm committitur contra principem, verum contra eius conſiliarios. l. quiſquis. in princip. C. ad. l. Iulia. maieſt. quod intelligi debet, quando fuit delictum cõmiſſum facta prius conſpiratione cum hoſtibus regis, vt voluit Iſernia in. c. vnico, quæ ſint regal. vel propter bonum conſilium datum regi, aut propter iuſtitiam adminiſtrandam. vt not. Greg. in. l. 11. titu. 16. par. 2. verſic. *mas el Rey* iure regio exiſtimat Villalo. non com-

 mitti

mitti crimē læſæ maieſtatis (quod Hiſpani vocant traycion) in conſiliariis, ſed crimen aleuoſiæ, & fundatur ex eo quòd in.l.2.tit.12.libr. „ 8.ordin.in fi. Eſt.l.1.titul.18. de las „ trayciones.lib.8.recopila. dicitur crimen de trayciō contra ſolū Regem, vel regnum cōmitti, & quòd mitior pœna ponitur cōtra offendentes conſiliarios, in. l.4.titul.4. lib.4.ordina. &.l. 1. &. 2.titulo. 2. „ eodem libro, Eſt.l.1. titulo. 22. de „ los que hieren o matan, o van con „ tra las juſticias lib. 8. recopilatio. Villalo.

118 Lex illa ſecunda. titul. 12.lib.8. „ ordina: quæ eſt.1.titul.18.lib. 8.re„ copila. non dicit crimen de tray- cion cōtra ſolum regem, & regnū committi: quinimo expreſsè dicit committi etiam contra alios, ſed quòd maius omnium & deterius ſit crimē proditionis commiſſum contra regem: ideoque maiori & grauiori pœna punitur, vt ſit cōdigna delicto. vera tamen eſt antinomia. In quo differat el aleuoſo del traydor, docet Grego. Lopez in.l.1.tit.2.par.7.

119 Criminalis cauſa iure ciuili illa dicitur, in qua venit imponenda pœna pecuniaria applicanda fiſco, Iaſ. in rubr. de iudic. commu. dicit: & Alexan. in addi. ad Bart. in.l. prætor ait. de ſepulcro violat. iure regio ex ſententia Auēd. & Villalob. non dicitur criminalis, nec de mero imperio: allegat Auend. in alphabeto Hiſpan. verſicul. criminal.l.18.titu.4.par.3.&.l.24. eo. tit. &.l.9.titul.16. eiuſdem partitæ. Villalo.

120 Ego vidi leges regias hîc allegatas, ſed mihi nō ꝓbāt id, ad quod allegantur: nec video qua ratione moti illud dicant: nam ſi cauſa ex ſui natura criminalis fuerit, licet ex delicto pœna tantū pecuniaria imponatur fiſco applicanda, criminalis nihilominus permanet, nec pœna impoſita immutabit originem, & naturam cauſæ, maximè quia ſępiſsimè videmus in cauſis capitalibus, & delictis atrociſsimis, ex iuſtis cauſis, aut ex defectu probationis, iudices pœnas moderare, & corporales conuertere in pecuniarias. Et hoc non faciunt iudices, qui non habent merū imperium. Et vnius generis delictū in certis perſonis habet pœnam mortis, in aliis tantum pecunię. vt nota. diligenter Menochi: in lib.1 quæſt. arbitra. iudic. quæſtio. 96. Quare ego dicerē, in caſu dubio, arbitrio iudicis relinquendum, v-

121 trum cauſa dicatur ciuilis, aut criminalis: cùm non poſsit dari certa regula, illudque ellicies ex. l. 20.titul. 5.lib.2.recopila. quæ diſponit, quòd ſi inter auditores cōſilij regij, & prætores curiæ (quos alcaldes vulgo dicimus) ſit quæſtio, vtrum aliqua cauſa dicatur ciuilis, aut criminalis, illud terminetur iudicio trium auditorum, & vnius prætoris ſeu alcaldi. Idem ſentit Bald. de cauſa capitali: in. l.

cos.

eos. §. ſuper his. verſic. extra quæro. C. de appellatio. & Menoch. in lib. 2. quæſt. arbit. iud. centu. 3. caſu. 265. num. 2.

/Criminalis cauſa ſeu inſtantia quanto tempore duret ,/& quæ ſit differẽtia inter ius noſtrum & cõmune, vide infra in epilogo legũ correctarum. 7. partitæ.

SVMMARIVM.

Confeßio debiti ſine cauſa facta an iure regio valeat, variæ opiniones. num. 1.

Natura & leges naturam imitantes, nihil ſine cauſa faciunt. nu. 2.

Confeßio ſine cauſa in inſtrumento guarẽtigio facta, an valeat iure communi. num. 3.

Quarẽtigia clauſula non auget obligationem, ſed exequendi modum præparat. num. 4.

Confeßio facta in inſtrumento guarentigio, reuocatur prætextu erroris. nu. 5.

Guarentigia infringitur prætextu ſimulationis. nu. 6.

In debitum promiſſum ſolutum repetitur. num. 7.

Confeßio ſine cauſa in inſtrumento facta, an iure noſtro valeat, anceps controuerſia. num. 8.

Dida. Perez, & ſequent. opinio defenditur, contra Didacum de Segura, & Roder. Xuarez. nume. 9.

Confeßio ſine cauſa in iudicio facta, an valeat. num. 10.

Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatã, & inſtrumenti guarentigij differentia notantur. nu. 11. & ſeq.

Notarij noſtri temporis nullam habẽt nec cartulariam iuriſdictionem. ibidem.

Sententia an cauſam requirat. numer. 12.

L. 2. titulo. 21. de las entregas y executiones. lib. 4. recopil. intellectus elucidatur. ibid. & num. 13.

Abſurdum eſt dicere in ſententia non requiri cauſam, aduerſus Seguram. nu. 14

Quare introductum ne cauſæ in ſententia exprimantur. num. 15.

Si debitor receperit dilationem ad ſoluendum, an admittatur poſt ad cedendum. num. 16.

Debitor ante quàm mittatur in carcerem admittitur ad ceßionem iure communi, regio non. num. 17.

Debitor an compellatur ſeruire creditori, donec ei ſoluat. num. 18.

An per ceßionẽ bonorum liberetur omnino debitoris perſona. nu. 19.

Non liberari obligatione ciuili, nec naturali. num. 20.

Debitor qui ex dilatione creditoris iurauit, non debere, an omnino liberetur. numero. 21.

Duplex obligatio naturalis conſideratur ex primeua & ſecundaria. nu. 22.

Quod dicitur debitorem per iuramentum liberari ab obligatione naturali ad ſecũdariam reſtringit. nu. 23.

Iuris ſubtilitates & apices in foro conſcientiæ periculoſæ. nu. 24.

Delegatus inferioris à principe an ſubdeleget. nu. 25.

Cauſæ meri & mixti imperij quando delegentur. num. 26.

Antinomia conciliatur. ibidem.

Delegatus aut locum alterius tenens, an poterit

poterit ſententiam proferre.nu.27.
Ex generali conſuetudine hodie delegatos inferioris à principe, ſubdelegare cauſas meri & mixti imperij.nu.28.
Depoſitarius an rem depoſitatam pro expenſis retineat.nu.29.
Si res pereat caſu, cùm depoſitum ſit gratia vtriuſque, an teneatur depoſitarius. num.30.
Antinomia conciliatur.ibidem.
Cum depoſitum ſit gratia depoſitarij tantum ſi res pereat, quæ aliàs erat penes dominum peritura, an teneatur depoſitarius.num.31.
Depoſitarius qui precium pro cuſtodia recepit, an de leui culpa tantum teneatur. num.32.
In foro conſcientiæ nemo de leuiſſima culpa tenetur.nu.33.
Montaluus defenditur à reprehenſione Greg.Lopez.ibidem.
Deponens ſeruum latronem, qui depoſitario aliquid furatus fuit, quomodo teneatur.num.34.
Deſcendentes ex Iudæis non admittuntur ad officia publica Nauarræ.nu.35.
Dies termini an computetur in termino. num.36.
Argumentum à contrario ſenſu non valet ad correctionem legis.nu.37.
Antinomia conciliatur.ibidem.
Dieta à quo loco computanda.nu.38.
Antinomia concordat.ibidem.
Doctores an ſint conſtituti in dignitate. num.39.
Antinomia concordat.ibidem.
Domini temporales, & vniuerſitates territorium habentes, an fundatam habeat intentionem ſuper iuriſdictione.nu.40.
Domini an præſumatur per vim extorſiſſe ſeruitia à vaſſallis, & intra quod tẽpus præſcribantur.num.41.
L.12.tit.23.part.1.intelligi.nu.42.
Modus in fauorem abſentis poſitus, an poſſit reuocari.num.43.
Acceptatio an ſit ſublata per.l.3.titulo.8. lib.3.ordin.quæ hodie eſt.l.2.titu.16.de los contractos. lib.5.recopi.variæ opin. num.44.& ſeq.
Opinio Greg.Lopez contra Gomez. defenditur.num.46.
Conſenſus donantis ante acceptationẽ donatarij, non eſt perfectus, ſed conditionalis.nu.47.
Donatio omniũ bonorũ an valeat.nu.48.
Donatio inofficioſa contemplatione matrimonij facta, an eo cõſtante reuocari poſſit, controuerſum.nu.49.
Dida.de Segura diſtinctio non contemnẽda, quia opiniones concordat.nu.50.
Donationem inofficioſam matrimonio cõſtante reuocari poſſe, contra com. interpretuum ſententiam, verius eſſe defenditur.num.51.
Intellect⁹.l.vnicæ de inoffi.dotibus.C.ibi.
Legitima onus, modum, & dilationem reiicit.num.52.
L.fin.§.à ſocero.ff.quæ in fraud.credi.nouo ſenſu illuſtratur.nu.53.
Actio reuocatoria non datur contra ignorantem fraudem, querela inoffi. donationis ſic.num.54.
Lex dotis.C.de collatio.perpẽditur. nu.55.
Dotem dare titulo oneroſo, quomodo intelligatur.nu.56.
Donatio ſimplex facta filio, quando conferatur.nu.57.
Donatio facta filio in poteſtate patris conſtituto,

ſtituto, an poſsit reuocari. nu. 58.
Donatio facta à matre filio, an poſsit reuocari. nu. 59.
Donatio facta filio pro militia, aut ſtudio an conferatur. nu. 60.
Donatio re tantum inofficioſa, an in totũ reuocetur. nu. 61.
Filio poſt donationem emãcipato, an donatio reuocari poſsit. nu. 62.
Traditio inſtrumenti quando irreuocabilem faciat donationem. nu. 63.
Donatio facta filio naturali, quando valeat. nu. 64.
Vera differentia perpenditur. nu. 65.
Donatio quando reuocetur ob ſuperueniẽtiam liberorum. nu. 66.
Si donator de liberis cogitaſſet, an ſuperuenientibus liberis donatio valeat in eo quod vltra quintam partem donauit. num. 67.
Et quid ſi nõ cogitauit, an in quinto ſaltim valeat. ibidem.
Donatio quæ fit filio in legitimatione filij ſpurij, an reuocetur per ſuperuenientiã liberorum. nu. 68.
Donatio facta ſpõſæ, ante quàm ad domũ ſponſi traducatur, an valeat. nume. 69.
Donatio facta vxori, & è cõuerſo ab vxore marito, quando iure noſtro valeat. num. 70.
Donatio propter nuptias, mortuo marito, cui competat. num. 71.
Donatio facta ſpõſæ de futuro, ſoluto matrimonio, cui competat. nu. 72.
Donatio inter virum & vxorem cõditionem tacitam habet, ſi donatarius ſuper vixerit. nu. 73.
Antinomia & correctio legis partitæ vitatur. num. 74.
Filio inceſtuoſo quid donari poteſt. nu. 75.
Dos quando repeti poſſit à marito conſtante matrimonio, ſi fiat pauperior. nu. 76.
Dos an repeti poſſit in caſu præcedẽti, ſi ſit cautio præſtita. nu. 77.
Auus an teneatur neptem dotare, ſi ipſa dotem habeat. nu. 78.
Dos inofficioſa an repetatur à viro, conſtãte matrimonio. nu. 79.
Dos aut donatio in matrimonio, contra prohibitionem legis facta, altero eorum ignorante, cui applicabitur. nu. 80.
Dos à patre promiſſa de cuius bonis promiſſa cenſeatur. nu. 81.
Dotis actio ſoluto matrimonio cui competat, filiæ, an patri. nu. 82.
Si creditores vendant bona mariti, vxor præfertur, & recuperat dotem, etiã conſtante matrimonio. nu. 83.
Cum mulier repetit dotem conſtante matrimonio ob inopiã mariti, an habeatur ratio, ne egeat. nu. 84.
Error Auend. perpenditur. nu. 85.
Duces perpetuò inueſtiti, quid poſsint in ſuos ſubditos. nu. 86.
Antinomia confutatur. nu. 87.

1 DEbiti confeſsio ſine cauſa iure communi non valet. l. cum de indebito. ſ. fi. ff. de probatio. cap. ſi cautio. de fide inſtrumentorum, ideõq; dicitur de promiſsione ſine cauſa. l. 2. ſ. circa. de dol. exceptiõe cum ſimil. Dueñas in reg. 118. Did. Perez in. l. 3. titulo. 8. lib. 3. ordi. gloſ. 1. verſic. vtrum autem. Iure regio ex ſententia eiuſdem Dueñas in ſupra

pra allegata regula non requiritur cauſa in confeſsione, aut promiſsione: idem tenet Villalo. hîc in ſtipulatione litera A. nu. 25. qui allegat. D. Præſidem Couar. in ca. quamuis pactũ. parte. 2. ſ. 4. nu. 14. Sed ille ibi contrarium ſentit, & contrariũ eſſe verius probat. Ant. Gomez tomo. 2. de contractibus. cap. 11. num. 5. & Dida. Perez in loco ſupra allegato, & hanc veriſsimam puto, per ea quę allegãt ipſi, quæ nõ refero. Quibus adde quòd iniquum eſſet, & contra naturalẽ pietatem rem alienã domino excipiente, & cõtradicente ſine cauſa ab eo petere, & auferre, licet ex captione verborum videretur o-
2 bligatus. Nam cum natura nihil ſine cauſa fecerit, teſte Ariſtotel. 2. phyſi. & leges imitentur naturam. ſ. minorem. inſtitu. de adoptio. cũ ſimilibus, maximè noſtrę Chriſtianæ, non eſt dicendum ex cõfeſsione, aut promiſsione facta ſine cauſa actionem dari iure noſtro.

3 Sed licet hoc verum quidem ſit in confeſsione, aut promiſsione ſimplici & nuda, à cauſa tamen in confeſsione, ſeu promiſsione in ſcriptura aut inſtrumento publico & guarẽtigio redacta (vt plurimũ fieri ſolent) maximè dubium, & controuerſum eſt, nam iure communi ſi confeſsio, aut promiſsio fieret in inſtrumẽto guarentigio, valere etiam ſine cauſa affirmat Bald. in l. ſicut, not. 2. num. C. de repud. hæred. & in l. 2. titulo. 11. col. vlt. C. de executione rei iudi. eũq; ſequũtur, licet quadam diſtinctione facta, Ioan. de Imo. in l. fi. col. 8. verſicu. poſſumus reducere ipſum ad concordiam. ff. à quibus appellari non licet, & Iaſ. in. d. l. ſicut. de repu. hæredi. num. 7. verſi. quarto not. Sed cõtrarium tenet ipſe Bal. in. l. ſi non ſortem. ſ. 1. verſic. ſed an poterit opponi. ff. de condit. indebit. & hanc puto veriorem, quia vt inquit idem Bal. in. l. error. numer. 10. C. de iur. & facti ignorant. ex il-
4 lo præcepto guarentigio (in quo ipſe & alij qui contrariũ dicebant nituntur) non augetur, nec inducitur obligatio, ſed datur quidam modus exequendi: ſicque obligatio, ſeu cõfeſsio & promiſsio ſine cauſa remanet inefficax, ideoque merito impeditur eius executio: & hac ratione idem Bal. in eo loco affirmat confeſsionem factam
5 in inſtrumento guarentigio prætextu erroris reuocari, & in efficacem fieri, idem affirmat Bart. in. l. non fatetur. nume. 15. ff. de confeſſ. Præterea ſi guarentigia infringitur prætextu ſimulationis, etiam ſi
6 ſtatutum dicat, tantùm ſolutionis exceptionem admittendã: vt not. ipſe Bal. in. l. ſi non rerũ. C. de don. inter vir. & vxor. Mart. de Fano in extraordi. verſic. pone quæſtionẽ. vbi alios. item ſi indebitum promiſſum etiam ſolutum repetitur condictione indebiti. l. is qui plus
7 de condit. indebit. l. qui ſine. ff. de cõdi. ſine cauſa. l. pen. ſ. mulier. ff. ſolut.

ſolu.matri.l.1.l.q̧ indebitum.l.eleganter. de condit. indebit. notat. latè Decius conſil.600.num.4.nõ video cur cõfeſsio, aut promiſsio ſine cauſa etiam in inſtrumento facta, multo melius non poſsit reuocari,& infringi: quare amplius nõ inſiſto.

8 Supereſt videamus quid de iure noſtro regio ſentiendum ſit, nã Didac.de Segura in repeti.legis ſi ex legati cauſa.de verb.obliga.effectu.3.guarentigię,verſic.ad tertium effectum,& Roderi. Xuarez in lectura. l. poſt rem iudicatam. notabile.3.nume.8.affirmant iure noſtro in inſtrumento guarẽtigio non requiri cauſam, & ſine cauſa exequendum, tamen Dida. Perez in alleg.l.3.tit.8.lib.3. ordi. gloſ. 1. verſic.vtrum autem.in fine contrarium expreſsè affirmat, idemque ſentire videtur Petr.Nun.de Auẽ. in tract. de exequen. mand. regiis cap.30.num.5.verſic.& in iſta materia,& Anto. Gomez in tomo.2. de contracti.cap.72.num. 5. ſupra allegato: quòd inſtrumentum guarentigium ſine cauſa non eſt efficax,nec meretur executionem iure noſtro. Et licet periculoſum ſit, atque difficile tantorum virorum pugnam dirimere. Tamen
9 prima illa opinio, quam ſequuti ſumus, contra Bald. & ſequaces, quòd iure communi nõ valet inſtrumentum guarentigium ſine cauſa niſi palinodiam canere incontinẽti vellim, me cogit, vt hãc poſteriorem ſentẽtiam veriorem exiſtimem per ea quæ dixi, & notant Gomez & Dida. Perez vbi ſupra. ſed quia ipſi non reſpondent fundamentis Didac. de Segura & Roderici Xuarez, quę prima facie maximè videntur vrgere, ego reſpondeo. Non obſtat ergo primũ, quòd confeſsio ſine cauſa in iudi-
10 cio facta valet.gloſ.& com. dd. in. l.1.ff.de interro.actio, & quamplurimi diligenter congeſti per Illuſtriſ. D. Anto.de padilla regij cõſilij ordinum militarium Prẽſid.in repe.l.ſiue apud acta.num.7.C.de tranſactio. & ex eo inferunt idem eſſe in inſtrumento guarentigio, quia fit coram notario, qui dicitur iudex cartularius,& habet iuriſdictionem, nam vt ſupra diximus ex Bald. illud præceptum guarenti-
11 gię non auget, nec inducit obligationem: & cõfeſsio coram iudice cartulario facta, qui caret iuriſdictione contentioſa non habet eãdem vim,quam haberet confeſsio facta in iudicio coram iudice, qui habet iuriſdictionem neceſſariã, & cõtentioſam: quia illa fit acceſſoriè, & in conſequentiam contractus, hæc principaliter,& per ſe. vt not. idem Bald.in.d.l.error.nu. de iur.& facti.ignor. quare illud iudicis præceptum tranſiit in rem iudicatam ſine alia ſententia.l.ait prętor. §. permittitur. ff. de munerib. hoc autem notarij non niſi à iudice prius pronuncietur per ſententiam exequendum eſſe: vt vſu receptum

ceptum videmus. Præterea nota-
rij noſtri tẽporis ſaltim in his Hiſ-
paniarum regnis nullam habent
nec voluntariam, aut cartulariam
iuriſdictionem: vt perquã explo-
ratum eſt. Sicque ceſſat illationis
ratio, & potiſsimum eorum funda
mentum. Preterea minime obſtat
ſecundum fundamentũ, quod Se-
gura deſumpſit ex.l.Toletana quę
eſt quinta titulo.8.libr.3.ord. & in
noua recopila.l.2.titu.delas entre
12 gas, y execuciones.21.lib.4. nem-
pe in ea lege ęquiparari inſtrumẽ-
tum guarentigium ſententiæ, quę
trãſiuit in rẽ iudicatam. & ſicut in
ſentẽtia non requiritur cauſa: not.
dd.in.l.in ſumma.ff.de re iud.& in
cap.ſicut.& in cap.cùm Bertoldus
eod.tit. ita in inſtrumento ei æqui
parato, nõ requiritur. nam fallitur
meo iudicio, quia ibi nulla fit ęqui
paratio inſtrumenti ad ſententiã,
idque ſolũ intendit lex, quòd quẽ-
13 admodum inſtrumenta publica,
& certa, de quibus ante loquuta
fuit, executioni mandari iuſsit, ita
& ſententiæ quæ tranſierunt in rẽ
iudicatam exequantur, ſed in in-
ſtrumentis, ſeu obligationibus de
quibus lex meminit, non compre-
hendit inſtrumẽtum ſine cauſa fa-
cta: vt ibi patet. Inſuper. dd. in lo-
cis per Seguram relatis non dicũt
in ſententia non requiri cauſam:
hoc enim eſſet abſurdum: cùm ſi-
14 ne cauſa iudex iniquè cõdenaret:
ſed quòd iudex non tenetur expri
mere in ſententia cauſas, aut cau-
ſam ex qua motus fuit ad ſenten-
tiam ferendam, quod longè diuer
ſum eſt, & optima ratione inſtitu-
tum, vt not.dd.in.d.cap.ſicut.cum
pro ſententia pręſumatur, & cauſę
ex proceſſu intelligi poſsint. & ne
15 cauſæ ſecreta pandantur, quæ o-
mnia ceſſant inſtrumẽto, & ex eo
fundamentum Seguræ. An hodie
iure noſtro inſtrumenta debeant
eſſe guarentigia, vide infra verſic.
inſtrumentum.

16 Debitor qui recipit dilationẽ
ad ſoluendum iure ciuili non po-
teſt cedere bonis. gloſ.in. l. fin. C.
qui bon.cede. poſſ. eſt commu. vt
ſentit Grego.Lopez in.l.5. titulo.
15. par.5. iure regio ex generalita-
te.l.5.tit.13.lib.5.ordin. & pragma
tica. 78. contrarium diſponitur.
Villalo.

Leges hîc allegatæ non diſpo-
nunt contra ius cõmu. aliquo mo-
do, etſi iure regio debitor elige-
ret quinquennij tempus, vt ſolue-
ret: loco ceſsionis non admittere
„ tur ad cedendum. leges iſtæ ſunt.
„ 4.5.&.6.tit.16.lib.5.recopila.

17 Ex quibus ego colligo aliã an-
tinomiam, quòd iure cõmuni de-
bitor admittitur ad cedendũ, an-
tequam mittatur in carcerem: vt
eſt text. in.l.fina.ff.de ceſſ. bonor.
vbi per nuntium, & per epiſto-
lam, & extra iudicium admitti-
tur ceſsio bonorum: ſed iure re-
gio non admittitur antequam ca-
piatur in vniculis, & fiat excecu-
tio bonorum, appareatque ſit ſol-
uendo,

uendo, necne: vt colligitur ex iuribus allegatis: & ita eſt ſtilus: nam aliter non poſſet tradi creditoribus nec ſubiici catenæ, vt volunt dictæ leges.

18 Debitor iure ciuili, nō cōpellitur ſeruire creditori ꝓ debito pecuniario. l. oues. & authē. ibi poſita. C. de actio. iure regio, ꝑ. l. 5. ti. 13. lib. 5. ordina. & l. 2. tit. 8. lib. 3. fori, & l. 4. tit. 15. par. 5. cōpellitur, & debet portare in collo ſuper veſtimēta circulum ferreū. pragm. 78. iſtæ leges ſunt ſub tit. 16. delos contratos lib. 5. recopila. l. 5. 6. & 9. & habet locum in delictis, quādo reus non ſoluit pœnā pecuniariam applicatā parti: per. l. 105. ſtili: licet B. Villal. exiſtimet correctam eſſe per. d. pragmat. 78. niſi in delicto furti. Villalo.

Sed per dictam pragmaticā quæ eſt. l. 9. d. tit. 16. lib. 5. recopila. non eſt correcta lex ſtili, quinimo con firmata in illis verbis: *aunque deſcienda de delito*, &c. nec aſsignabitur congruēs ratio diuerſitatis, de furto ad alia delicta.

19 Debitoris perſona iure ciuili nō remanet obligata creditori, nec ſuper eā habet ius creditor, licet debitum non ſoluat illi: quinimo ex ſententia Villa. cedendo bonis liberatur: allega. l. 1. de libe. homi. exhib. Bar. & cōm. dd. in. l. immo. magis. eod. Innocē. in. c. dilectus. de appella. Iaſ. in. ſ. fin. inſtituta de actio. iure regio per. d. pragm. ceſſione facta traditur creditori, vt illi ſeruiat, de quo Auendan. latè reſp. 8. Villalo.

20 Tu dic, doctores per Villal. allegatos nihil de eius propoſito dicere. & l. immo magis. eſſe in tit. de libe. exib. ſed ibi nihil ad rubrū, quinimo Iaſ. in alleg. ſ. fin. num. 3. probat debitorem iure ciuili per ceſsionem minime liberari ab obligatione ciuili, nec naturali, ſed exceptione tueri: cōmuneq; eſſe affirmat: & ideo ſi poſt ceſsionem perueniat debitor in pinguiorem fortunam, tenetur ſoluere, & non iubatur ea exceptione ceſsionis: ex quo non poſſum ſatis mirari deſidiam huius hominis, qui non his allegatis, doctrinas iuris cōmunis vulgatas peruertit, vt antinomias (quas fugere tenebatur) conſtitueret/vide. D. Præſid. Couar. in. c. 1. lib. 2. varia. nume. præſertim. 6.

21 Debitor qui ex dilatione creditoris iurauit nihil debere, iure cōi liberatur à naturali obligatiōe ipſo iure, & à ciuili ope exceptionis: l. ſtichū. §. naturalis. ff. de ſolut. ſ. æquè. inſt. de exceptio. Alexan. & Iaſ. in. l. 2. de iure iuran. iure regio per. l. 9. titu. 14. par. 5. debitor liberatur omnino: ibi, *E aunque no le deue lo que le demanda que es quito del deudo, tābien como ſi huuieſſe pagado, e fueſſe ende quito por ſentencia del juzgador.* Villalob.

☞ Gloſ. in. § naturalis. interpretatꝛ, naturalē obligationē ibi intelligi

22 iuris gētium, & ſic de obligatione

naturali ſecundaria, quæ ex debito morali, & honeſtate iuſtitię oritur,& non de obligatione naturali primęua, quæ ex iuris naturalis vinculo & regula (quod tibi fieri non vis,alteri non feceris) oritur: cuius diſtinctionis meminit, eam diligenter explicãs.D. Epiſcopus Segouiẽ.Couar. Præſes noſter digniſsimus,in. c.quãuis pactũ. par. 2.§.4. nu. 5. quare dicerem ꝙ licet debitor verus iurãs per creditoris dilationẽ non debere,liberetur in iudicio exteriori ab hac obligatione naturali ſecundaria, iure hominũ introducta, tamen cùm verè
23 debitor ſit, in foro interiori animæ,& conſcientiæ non erit tutus, neque liberatur ab illa obligatiõe primęua,quæ ex debito legis naturalis oritur. Quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ: neque enim conſenſus creditoris ad iurandum,eum liberat: cùm ſit præſumendũ hoc feciſſe,quia non poterat aliter debitum probare, vel quia credebat debitorem non iuraturum cõtra veritatem: & hoc caſu illa voluntas dicitur coacta, & cùm deficiat verus conſenſus creditoris, non eſt liberatus eo fo-
24 ro,in quo non curamus iuris ſubtilitates, & apices: vt not.idem. D. Couar. (licet alio ꝓpoſito de matrimonio agens)in epito.4.decreta.par.prima cap.4.§.1. numer. 9. &. 12. & ſi aliter intelligeretur, eſſet lex iniqua, & nutritiua peccati, & conſequeretur debitor præmium ex periurio, propter quod acriter puniendus eſſet: quam opinionem ſentit Gregori⁹ Lopez in. d. l. 9. licet aliis fundamentis: hocque expreſsè ſentit tex.in.l.16. titul.11.par.3.

25 Delegatus inferioris à Principe iure communi,nec ante, nec poſt litẽ conteſtatã poteſt ſubdelegare:gloſ.in.c.cũ cauſam.de appellatio. & in.c. primo de procua. in.6. verſícu. procurator. quã coẽm dicit.D.P.Couar.li.3.vari.reſol.cap. 20.nu.10.iure regio per.l. 19.tit.4. part.3. poſt litem conteſtatam delegatus ſubdelegat: not. Auenda. de exequen.mand.regiis.c.1.num. 2. approbata opinione Azonis & gloſ.in.l. & quia.de iur. omniũ iudicum.ff. Villa.

26 Item,cauſæ meri & mixti imperij iure cõmuni nõ poſſunt delegari, niſi quãdo ordinarius ſe abſentat.l.1.de offi.eius,cui mãda. eſt iuriſdict.iure regio per.l.5.tit.15.li.2. ordin. iuncta.l.129.ſtili.iudices ordinarij poſſunt ponere locũ tenẽtẽ, qui de omnibus cauſis cognoſ-
„ cat.Eſt.l.4.tit.9.lib.3.recopi.exci-
„ pit.l.18.titul.4.part.3.ꝙ non poſsit quenquã ad mortẽ,vel mẽbri mutilationem cõdemnare:correctores verò ex commiſsione regia ponunt locũ tenentes ad oẽs caſus:vt not.Auend.in. c.3. de exequendis mand.regiis. Villalo.

Lex illa de officio eius cui mãda. eſt iuriſdictio. ex cõi & vera opin. etiam habet locum quando iudex eſt im-

eſt impeditus alia iuſta cauſa: nẽpe infirmitatis, vt notat. Iaſo ibi nume.77.& leges partitæ, ac ordi. hîc alleg. per Villa. non differunt à lege, & doctrina iuris cõmunis: nã non permittunt iudicibus ordinariis, niſi ex iuſtis cauſis abſentiæ, infirmitatis, & ſimiliũ, locum tenẽtem ponere, malè ergo conſtituit antinomiam.

27 Verius poſſet aliam antinomiã proponere, quòd iure cõmuni & regiò partitarũ, locũ tenentes nõ poterãt ſententiã proferre, ſed tãtũ proceſſus facere, & concludere not. Iaſ. & com. dicit in. d. l. 1. n. 70. & eſt tex. expreſſus in allegat. l. 18. titu. 4. par. 3. ſed iure nouo per. l. 4. tit. 9. lib. 3. recopila. poſſunt etiam ſententias pronunciare, & ita in praxi receptum eſt.

28 Præterea ex generali conſuẽtudine, hodie cauſas meri Imperij delegari etiam per delegatos, & hoc eſſe ex iuris communis mente not. Feli. in cap. ſuper quæſtionũ. ∫. ſi verò. nume. 16. nam regula illa quæ præcipit non delegari, fallit, quando aliter conſuetudine eſſet receptum.

29 Depoſitarius iure ciuili poteſt retinere rem penes eum depoſitã pro expenſis in ea factis, donec ei ſit ſatisfactum. l. ſi quis. C. depoſiti. de iure regiò nõ poteſt. l. fin. tit. 3. par. 5. Villal.

Lege ſi quis. nihil de expenſis agit, quinimo generaliter in omni caſu prohibet retentionem, & in expenſis intelligit eam Ioan. contra. P. vt ibi gloſ. verſic. exceptionem. Sed ſupra in verbo compenſatio. diximus, commu. opin. eſſe quòd in depoſito admittatur compenſatio, eademque eſt ratio in retentione.

30 Depoſitarius iure cõmuni nõ tenetur ſi res pereat caſu, quãdo depoſitum eſt factum gratia vtriuſq;. Bar. in. l. quod Verba. nu. 30. depoſiti. Azo. in. l. quiſquis. ſi cert. peta. iure regio ex ſentẽtia Villal. periit periculo depoſitarij: per. l. 4. tit. 3. par. 5. approbata glo. in. l. 1. ∫. ſæpe. ff. depoſiti Villalo.

Aduerte nam lex illa partitæ nõ loquitur in caſu, quo gratia vtriuſque fit depoſitum, ſed quo gratia depoſitarij principaliter, verba ſũt legis. *Quãdo la coſa es dada en guarda, principalmente por pro de aquel que la recibe*, nec curare debemus quòd in conſequentiam, & acceſſoriè interſit aliquid deponenti, quia de minimis non curat prætor, & illud ſemper inſpicit, quod principaliter fit: vt iura vulga. teſtantur: non erit ergo antinomia.

31 Ex illa. l. 4. ti. 13. par. 5. colligit Gre. Lopez aliã & veriorẽ antinomiã: nã iure cõi, ſi res depoſita perierit caſu, erat tamẽ penes dñm deponẽtẽ peritura, periit periculo dñi, & nõ depoſitarij, etiã ſi gratia ipſi⁹ depoſitarij factũ fuerit depoſitũ. l. in rebus. ff. cõmodat. & l. 1. C. eod. tit. cap. vni. cõmodat. extr. & cap. fin. depoſi. iure regio per. d. l. 4. ibi

 la quarta

la quarta es, &c. tenetur etiã, ſi penes deponentem erat peritura.

32 Depoſitarius qui recipit pecuniã ꝓ cuſtodia, iure ciuili tenetur de leui culpa, non de leuiſsima: & hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Greg. Lopez. in. l. 3. tit. 3. part. 5. verſi. precio. iure regio per. l. 3. tit. 15. lib. 3. fori legũ, tenetur etiã de leuiſsima. Sed hęc lex nõ facit fidẽ, niſi probetur vſus ei⁹, per. l. 2. Tauri quæ eſt. l. 2. tit. 5. lib. 2. recopil. & l. partitę hîc allegata, eſt cõformis iuri communi, nec corrigitur per. l. fori. Villalo.

33 Hęc iuris regij partitarum ſententia iuſtior quidem eſt, & licet illa iuris fori ſeruanda eſſet in foro exteriori, & iudiciali: non tamẽ in foro conſcientiæ, in quo iuxta doctrinam ſingularem Innocen. in. c. ſicut. nume. 5. de homicidio. extra, nullus tenetur ex culpa leuiſsima.

Mõtal. autẽ in. d. l. fori dicit, non ſeruari: receptãq; eſſe in praxi l. partitæ: quare iniuſtè eum repræhendit Greg. Lopez in. d. l. 3.

34 Deponẽs ſeruũ latronẽ, ſi depoſitario aliquid ſubtraxerit, tenetur de dãno dato à ſeruo, etiã ſi ignorauerit ſerui cõſuetudinẽ. allegat Villa. glo. in. l. ſi. ſeruus. pignori. ff. de pignora. actio. melius allegaſſet tex. expreſſum in. l. ſi ſeruus cõmunis. ſ. quod vero. ff. de furtis. ſed iure regio ſi ignorabat conditionem ſerui, liberatur, eum tradendo. l. 10. tit. 3. par. 5. Villal.

35 Deſcendentes ex conuerſis, Iudæis, iure cõi & regio admittũtur ad officia publica, & honores. l. 6. titul. 24. part. 7. ſed iure regni Nauarræ per pragmaticam. x. de las pragmaticas reales, intra ſecundũ gradum non admittuntur ad officia, nec beneficia: & hodie vſu receptum eſt, ne in vlteriori gradu admittantur.

36 Dies termini, iure communi, computatur in termino. Corneus conſ. 279. nu. 4. lib. 4. magis cõmu. dicit gl. in. l. Gallus. delib. & poſt. iure regio, per. l. 71. Tauri eſt. l. 9. titul. 11. de las compras lib. 5. recopila. à contrario ſenſu intellecta, cõtrarium dicitur, vide Dueñas in regula. 196. &. 7. Didacus Perez in. l. 1. titulo. 2. lib. 3. ordin. Tiraq. de retra. linagier. §. 1. gloſ. 11. num. 17.

37 Lex hæc regia loquitur in caſu ſpeciali retractus: ſicq; non rectè conſtituit antinomiã de caſu ſpeciali: nec in aliis valebit argumentum à cõtrario ſenſu ad correctionem iuris. vt notant. dd. in. l. 1. de offi. eius. l. cum pater. de cõditioni. inſert. Socin. in regul. 46. fallentia prima.

38 Dieta de iure computatur à loco domicilij, allegat Villalo. deciſionem Rotæ in antiquis. 643. vbi dicit, communem eſſe opinionem. de iure regio cõputatur à fine dioceſis. l. 8. tit. 3. li. 2. fori leg. & prag. 25. Villalo.

Deciſio rotę eſt. 34. tit. de reſcriptis in

ptis in antiquis: & contrariũ dicit: quòd dieta computatur à fine dio ceſis domicilij, & eſt ſimilis d. pragmaticę, quæ in noua legum reco
" pilatiõe eſt. l. 18. ti. delos eſtudios.
" 7. lib. primo perperam ergo facit
" antinomiam.

39 Doctores iure cõi nõ eſſe cõſtitutos in dignitate exiſtimat Villa. & alleg. ſ. & ideo. in procemio. C. iure regio doctores ex vniuerſitatibus Salamãtina, Pinciana, & Cõplutenſi, ac Bononiẽſi, ſunt in dignitate conſtituti: & gaudẽt nobilitate: vt in conuẽtu Matritio año.
" 1534. cap. 25. & 26. Eſt. l. 8. tit. 7. lib.
" 1. recopil. Villalo.

Quòd iure cõm. ſint doctores cõſtituti ĩ dignitate not. Guid. Papę in Deciſ. 188. & eſt tex. in cap. 5. de magiſtris. extra.

Præterea lex noſtra nõ dicit eſſe conſtitutos in dignitate, ſed exemptos à ſolutiõe tributorũ: quod lõgè diuerſum eſt: quare non ſic leuiter affirmarẽ: iure noſtro doctores harũ vniuerſitatuum dignitatẽ habere, etſi habeant, non eſt antino. Vide tex. in. l. 8. titu. fin. part. 2. qui corrigitur per. d. l. nouam in ſolutione tributorum.

40 Dñi temporales, aut cõmunitas quæ habet territoriũ, iure cõi fundatam habẽt intentionẽ, in rebus intra illud territoriũ ſitis, quoad iuriſdictionẽ: vt not. Hoſtienſis in. c. diligenti. de præſcriptio. Caſane. in conſuetudi. Burgun. ru. 9. ſ. 4. nu. 5. Auend. in tract. de exequen. mand. regiis, cap. 4. nume. 5. iure regio non habent fundatam, niſi ex priuilegio, aut poſſeſsione in memoriali (non centenaria, vt Auenda. exiſtimat) appareat. l. 2. titulo. 1. de las iuriſdictiones reales. lib. 4. recopila. iunta. l. 1. titulo. 15. lib. 4.

41 Dominus de iure ciuili præſumitur per vim extorſiſſe à Vaſſallis ſeruitia, in quolibet anno præſtãda: & domino incumbit probatio voluntariæ prẽſtationis. Alex. conſ. 1. nu. 12. vol. 4. diligentiſſ. Couar. in. c. poſſeſſor. §. 4. par. 2. num. 1. vbi dicit communem. Iure regio prẽſumitur titul⁹ per tẽpus immemoriale: & quoad poſſeſsionẽ tẽpus quadraginta annorũ. l. 20. in
" curiis de Madrid anni. 1528. Eſt. l.
" 8. tit. 15. lib. 4. recopi. Villalo.

42 Si Villalobos vidiſſet diligẽter dd. per eum allegatos, inueniſſet, quòd etiam iure communi ſufficit tempus immemoriale, abſque aliis adminiculis, & allegationib⁹ ad præſcribendam proprietatem ſeruitiorum, per dominos contra vaſſallos, & hanc eſſe communem opinionem vt not. D. Præſes in loco per eum allegato. nu. 5. & Ferd. Mencha. in libr. 2. quæſtio. illuſtri, cap. 83. numer. 27. Quinimo ſi ipſi Menchacæ credamus, verior eſt opinio quòd per longum, aut longiſsimum tempus acquiratur: pro quo vltra iura per eum allegata videtur tex. in. l. *12.* titulo. *23.* par. 1. ibi. *E aun ſolamente que pruebe que hã*

quarenta años paſſados que les tomaron, el elos que fueron ante del. Sed vt fugiamus iuris noſtri correctionem, intellige eam, cùm de poſſeſsione quadraginta annorũ agit in poſſeſſorio iudicio, non in proprietate.

43 Donationi ſi in fauorem tertij abſentis apponatur modus, poteſt reuocari iure communi. Bart. in.l. qui Romę.ꝟ.Flauius. de verbo obligat. Iaſ. in.l.2.nu.13. C. de iure emphi. Marti. ab Azpilcueta, Doctor Nauar. præſtãtiſsimus in. c. ſi quãdo. de reſcrip. n.6. & Dida. Perez in.l.3. titul.8. lib.3. ordina. iure „ regio per.d.l.3. quæ eſt.l.2. titul. de „ los contractos.16. libr. 5. recopila. non poteſt reuocari, ſed per eam legem non tolli acceptationem, quæ eſt neceſſaria in donatione abſenti facta. not. glo. Grego. Lopez in.l.4. tit.4. par.5. in verſi. *no lo puede hazer.* Villalo.

☞ Cõtra opinionẽ quòd non poſsit reuocari, etiã eſſe cõmunẽ contra 44 Bart. not. Rode. Xuarez in.l. qm̃ in prioribus. q. 8. & diligentiſsimus. D. Couar. in li.1. vari. reſolutionũ, cap.14. nu.7. & ſic non rectè annumeratur inter antinomias.

45 Item quod Villalo. addidit, non eſſe ſublatam acceptionem, putat ſuſpectũ Anto. Gomez. in tomo. 2. de cõtractibus cap.4. nu.3. &. 4. quia generalitas dictæ legis ibi, *o q̃ fue hecho el cõtrato entre auſentes,* &c. eã tollere videtur: nã ea ratione iure ciuili poterat reuocari modꝰ in fauorẽ tertij appoſitus, quia nõdũ erat acceptatus: ſicque contractus nondũ erat perfectus, nec poterat dici vltro citroq; & in idẽ placitũ, & cõſenſum: ſublata ergo hæc differẽtia etiã ſublatus erit effectus, qui ex ea oriebatur: & cùm à lege ſuppletur, non poterit reuocari: idemque exiſtimat in donatione ipſa, vt abſenti facta non poſsit reuocari: per dictam legem regiã & alia quæ allegat.

46 Sed verior eſt opinio Gre. Lopez quã ſequũtur. D. Præſes Couar. in alleg. ca.14. li.1. vari. reſolu. nu.13. & Dida. Perez in ea lege: ex quibꝰ adde optimam ni fallor rationẽ: quia cum inuito beneficium non conferatur, poſsitque donatarius donationem, aut modum reſpicere: donator donec ſciuerit donationẽ à donatario acceptatã, habet, & habere prẹſumitur, animũ retinẽdi penes ſe res donatas: ſicque non videtur habuiſſe animum ſe obligandi donatario, ante acceptationem: & conſenſus 47 donationi adhibitus non fuit integer, nec ſimplex, ſed conditionalis, & ſuſpẽſus, donec donatio ipſa acceptata fuerit: ergo reuocare poterit ante acceptationem: ceſſatque ratio dictæ legis regiæ, ibi, *en qualquier manera que parezca que vno ſe quiſo obligar a otro*, quia hîc non conſtat habuiſſe animum ſe obligãdi quã rationem ellicio ex text. notabili in. l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſſ. cuius verba ſunt hæc.

Qui

Qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moreretur, non eam mentem habet, vt ſtatim vellet ſerui poſſeßionem amittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit. Poſt hæc vid. D. Ludo. moli. lib. 4. de primogenitis. ca. 1. n. 60. idē diligēter defenſantem, ipſum videas.

48 Donatio omniū bonorū præſentiū iure ciuili poterat fieri etiam ſtantibus aſcendentibus, vel deſcendentibus. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. & ibi Bart. nume. 5. Dueñas in regul. 219. ampliatiōe prima. iure regio indiſtinctè non poteſt fieri. l. 68.
„ Tauri. Eſt. l. 8. titulo. 10. lib. 5. reco-
„ pila. ſtantibus deſcendentibus ſolùm quinta pars. l. 7. titul. 9. de las mandas. lib. 3. fori leg. deſcendentibus ipſis filiis, aut nepotibus tertia & quinta donari poteſt. l. 6. &.
„ 27. Tauri. Eſt. l. 11. tit. 6. lib. 5. reco-
„ pila. Villalo.

49 Donatio inofficioſa facta filiæ contēplatione matrimonij, iure communi, cōſtante matrimonio, non reuocatur: allegat Villalo. l. dotis. C. de collat. & not. in. l. vni. C. de inoffi. dotib⁹. iure regio, per.
„ l. 29. Tauri. quæ eſt. l. 3. titul. 8. lib. 5.
„ recopil. reuocatur etiam conſtante matrimonio, approbata opin. Paul. Caſtrenſ. contra commu. vt Ciſonta. aduertit in ea lege nu. 1. Villalo.

50 Opinionem Pauli Caſtrenſis ſequitur Bald. in. l. ſi emancipatis. in fine. C. de collatio. & Palacios Rubios in Rep. cap. per veſtras. ſ. 22. numero. 10. & ante legem regiam Tauri contra communem iudicatum fuiſſe in regia cācellaria Pinciana affirmat, in eamq; ſe inclinat. D. Præſes Couar. in epito. 4. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 12. & æquiorem eſſe hanc Pauli opinionē exiſtimat Mathę. de afflict. in deciſ. 86. nu. 3. licet cōmunem ſequutus fuerit ibi Senatus Neapolitanus. Didac⁹ tamē de Segura, vir eruditus, & apud nos non modicæ autoritatis, in repetitione. ſ. cum filiæ. l. cohæredi. ff. de vulgari: ſecundo ꝑmiſſo. verſi. ſecūdo præmitte ꝙ ꝑ donationem, &c. fol. mihi. 24. cōcordare nititur has opiniones hac diſtinctione: nempe aut maritus qui dotem accepit fuit particeps fraudis, quia nō ignorabat dotem ſibi datam, quantitatem legitimæ vxori ſuę debitæ excedere, & reliqua bona ſoceri nō ſufficere ad legitimā aliorum filiorū: & tunc exiſtimat verā eſſe opinionem Paul. Caſtren. & ſequent. argumento. ſ. ſi à ſocero. d. l. fin. quæ in fraud. creditorum. ff. ibi. *Quòd ſi ignorauerit, filia autem ſciuerit, tenebitur filia: ſi verò vterque ſciuerit, vterque tenebitur.* ne ex dolo ſuo commodum conſequatur. l. verum. §. hoc quoq;. pro ſocio. ff. & per alia fundamēta quæ allegat: aut maritus, ignorabat quæ diximus, ſcilicet fraudem aliorum filiorum: & tunc exiſtimat veram eſſe aliam, & cōmun. opinionem quòd matrimo-

 nio

nio conſtante nõ poſsit reuocari, nec de inofficioſa dote agi, per eũdem. ꝟ. ſi à ſocero, ibi, *in maritum qui ignorauit non dandam actionem, non magis quàm in creditorem, qui à fraudatore quod ei debebatur accepit, cùm is indotatam vxorem ducturus non fuerit, &c.* & per alia fundamenta quibus mouentur. dd. & licet prędicta cõcordia veritati proxima ſit, nõ immerito tẽtari poterit citra diſtinctionem aliquam, etiam iure commu-
51 ni veriorem eſſe Paul. Caſtrenſ. opinionẽ, quàm vltra allegata per Paul. & alios: ſequentibus confirmo. primò. per. l. vni. de inoffi. dotib. C. vbi ſecũdum commu. & veriorem intellectum: teſte Afflict. in allegata deciſ. 86. mater dederat in dotẽ ſecundo viro bona ſua, in preiudicium filiorum primi matrimonij, & ſic titulo oneroſo, & nihilominus conſtante matrimonio: ac viuente matre, filij admittũtur ad querelam in officioſę dotis, nulla facta diſtinctiõe ſciuerit, an ignorauerit maritus.

52 Secundo per tex. in. l. omnimodo. ibi. *id quod minus portione legitima ſibi relictum eſt adimplendam eam ſine vllo grauamine vel mora exigeret.* C. de inoffi. teſt. & in. l. ſcimus. ꝟ. cum autem. ibi, *quia noſtra cõſtitutio, quæ antę compoſita eſt omnem dilationem, omnemque moram cenſuit eſſe ſubtrahendam, vt quarta pars pura mox filio reſtituatur.* eo. titu. vide text. quia legitima filiorum citra diſtinctionem aliquam ſcientiæ, vel ignorantiæ omnino dilationem, & morã reijciunt: ergo non poterit pater, eis dilatare petitionem, donec matrimonium deſoluitur per conſtitutionẽ dotis, nec alio modo in fraudem dictarum legum: & ſane ſi illa diſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ eſſet admittenda, in parentum manu eſſet filios legitima ſua fraudare, atque eludere: quod iuſtiſsimè cõſiderauit cancelaria Pinciana, cum ante legem regiã contra cõmunẽ iudicauit: vt refert Palacios Rubios vbi ſupra.

53 Neque obſtat. ꝟ. ille à ſocero. l. fin. quæ in fraud. credit. ex quo Segura cõcordiam ſuam deſumpſit, quique induxit Senatum Neapolitanum, vt communem ſententiam ſequeretur: quia non loquitur, in legitima, ſed in donatione dotis, vltra legitimam filiæ facta, quod patet apertè ibi: quia intelligitur quaſi ex donatiõe ad eam aliquid perueniſſet: & ſic ex cauſa lucratiua, legitima autem, nõ ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, & iure naturę inducta, debetur, vt iura ſunt vulgata: patet etiam ex eo, quòd in filiam datur actio reuocatoria creditoribus, quæ non daretur in legitima ei debita: illudque ſentire videtur. I. C. dum dicit, *aliquid perueniſſe*, quaſi diceret, quòd actio reuocatoria contra filiam dabitur in id ſolum, quod donationis titu. ad eam perueniit.

54 Nec ratio illius tex. cõgruè adaptari poterit noſtro caſui: quia il

la actio

la actio reuocatoria non datur cõ-
tra ignorantẽ fraudem: vt ait præ-
tor in.l.1.illius tituli, ibi. *Quæ frau-
dationis cauſa geſta erũt cum eo, qui frau
dem non ignorauit, &c.* quare meritò
non datur actio contra generum
ignorantem fraudem, cùm titulo
oneroſo poſsideat dotem: in quę-
rela autem inofficioſi teſtamenti,
aut inofficioſæ dotis aliud eſt: nã
licet pater in teſtamento, aut do-
natione ab eo facta, animum frau-
dandi alios filios non habuerit: li-
cet etiam ipſi filij fraudem ignora
uerint, quoquo modo legitima
portio minuatur dabitur remediũ
quęrelæ: vt patet in. d. l. 1. de inoff.
dot. & in titulis de inofficioſ. teſta.
ff. &. C. nõ obſtat item. l. dotis. C.
de colla. quia ibi vxor petebat do-
tem à viro, ꝙ alia ratione iure pro
55 hibitum eſt, nempe quia marito
dos pertinet conſtante matrimo-
nio, ad onera illius ſuſtinenda: vt
iura ſunt clara. l. pro oneribus. de
iur. dot. & ſimi.
Præterea quia collatio ibi pote-
56 rãt fieri minus accipiendo de bo-
nis patris. Nõ obſtat inſuper quod
de titulo oneroſo obiicitur: nã li-
cet dos detur marito pro oneribꝰ
matrimonij miniſtrãdis, non pro-
pterea ſequitur confeſtim maritũ
conſequi dotem omnino tit. one-
roſo contractus, quia ratione con
iugij tenetur vir vxorem indotatã
alere: vt not. diligenter. D. Præſes
vbi ſupra, & oneroſior eſt titulꝰ le-
gitimę, quæ iure naturæ, & ſcripto
debetur. Quare meritò meo qui-
dem iudicio affirmare poſsis, non
eſſe vllam antinomiam hoc caſu
inter ius noſtrum & commune.
57 Donatio ſimplex facta filio e-
mancipato, iure ciuili non imputa
batur in legitima. not. Bart. in. l. in
quartam num. 10. ff. ad. l. fal. tamen
conferebat: vt not. idem Bart. in. l.
1. ſ. nec caſtrenſe. num. 11. ff. de coll.
bonor. ſi verò donatio fiebat filio
exiſtenti in poteſtate, è conuerſo
computabatur in legitima, tamen
non conferebat: quia cùm ab ini-
tio nõ valeret, & morte confirma-
batur, habebat vim relicti in teſta.
quòd non confertur: vide Bart. in
locis ſupra allegatis. Iure regio,
non facta diſtinctione ſit in pote-
ſtate, aut non, filius confert dona-
tionem. l. 3. titu. 4. par. 5. quæ in ter-
tio & quinto bonorum hodie non
haberet locum, per. l. 26. Tauri. eſt.
» l. 10. tit. 6. de las mejoras. lib. 5. reco
» pil. Villalo.
Vide Ciſuent. in. d. l. 26. Tauri
ex quo deſumpſit hãc antinomiã:
& Bern. Diaz in reg. 212. Dueñas
in reg. 222.
58 Donatio facta filio exiſtenti in
patris poteſtate non valet: & po-
teſt reuocari iure communi, etiã
ſi ſequatur traditio rei. l. donatio-
nes, quas parentes. C. de donatio.
inter vir. nec transfertur dominiũ
in filium. Iaſ. in. l. frater à fratre. nu.
5. ff. de condi. indebi. l. 3. tit. 4. part.
5. iure regio nouo valet: & ſi ſequa
tur traditio rei non poteſt reuoca-
ri. l. 17.

„ ri.l.17. Tauri. eſt.l.1.tit.6.lib.5.re-
„ copila. intelligas in eo, quod non excedit quintum & tertium bonorum: per iura ſupra allegata.

59 Donatio facta per matrē filio, iure communi valet, nec poteſt per eam reuocari. l. ſi cōſtante. C. de dona. inter vir. & vxor. Iaſ. in authen. ex teſtamento. de collat. iure regio poteſt reuocari, per. d. l. 17. Tauri. Villalo.

60 Donatio facta filio pro militia, vel ſtudio, iure communi eſt conferenda. l. 1. §. nec caſtrenſ. de collat. & ibi. dd. Ripa in. l. 1. num. 104. ſolut. matri. communem dicit. de iure regio non confertur. l. 5. titul. 15. par. 6. & l. 3. titu. 4. par. 5. approbata opinione, de qua per Segurā in. l. vnū ex familia. ſ. ſed ſi fundū. de lega. 2. & Iaſo in. d. l. 1. nume. 52. Villalo.

61 Donatio patris re, & conſilio inofficioſa reuocatur per filiū in totum: re tantum inofficioſa vſque ad legitimam tātum iure communi. l. 1. C. de inoff. donatio. Socin. conſ. 126. volu. 3. iure regio ſiue re, ſiue conſilio, inofficioſa ſit, indiſtinctè vſque ad legitimam reuocatur. l. 8. tit. 4. par. 5. Villal.

62 Donatio facta à patre filio in poteſtate conſtituto, ſi poſt donationem emancipabatur, non poterat reuocari. l. donationes in concubinam. ſ. pater. ff. de donatio. l. ſiue emancipatis. & l. cùm de bonis. C. eod. iure regio ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipetur, reuoca-
„ tur per. l. 17. Tauri, quæ eſt prima
„ tit. 6. lib. 5. recopi. & ibi Tellus Fernandez notat.

63 Item iure communi traditio inſtrumenti nō inducebat irreuocabilitatem, ſicut nec traditio rei. l. 1. C. de donatio. iure regio ſic, per dictam legem Tauri: quod intellige ſi coram tabellione traditio facta fuerit. l. 8. titul. 36. par. 3. Tellus Fernandez vbi ſupra.

64 Donatio facta à patre filio naturali, valet iure ciuili, cùm is filius non ſit ſub patris poteſtate. Bart. in. l. omnes. ſ. luti°. ff. quæ in fraud. credi. iure regio, ſi habeat filios legitimos, non valet, niſi in quinta
„ parte. l. 9. & 16. Tauri. Eſt. l. 7. tit. 8.
„ lib. 5. recopil. Villa.

65 Iure ciuili donatio facta filio naturali, in fraudem legitimorum filiorum nō valet: vt notāt. dd. in. ſ. Lutius. & Dueñas in regul. 223. limitatiōe. 5. ſupra allegata. Antinomia igitur non eſt in eo: ſed quòd iure communi, pater qui habet filios legitimos, non poteſt donare naturalibus pluſquàm vnciam vnā ex duodecim. l. 2. C. de naturali. li. iure regio quintam partem per. d. l. 7.

66 Donatio quæ fit extraneis, ſi filij ſuperuenerint iure ciuili reuocatur. allegat Villal. l. 1. C. de reuocand. dona. ſed debuit allegare. l. ſi vnquàm. Et hoc verum eſt, etiā ſi donatio fiat de re particulari, vel parte. Nicol. in additionibus ad Alciat. de præſumptio. reg. 1. præſump.

ſumpt.3.commu.dicit.iure regio, per.l.8.titul.4.part.5.non reuocatur donatio, niſi ſit de omnib⁹, vel magna parte bonorum: ibi: *ſi dieſſe todo lo ſuyo, o gran parte dello*, quod arbitrio iudicis relinquendum exiſtimat Gregor. Lopez. ſed illa pars magna non poteſt excedere quintum, de quo inter extraneos poteſt diſponere, ex opinione. Villal.

67 Tamen fallitur, nam donatio facta extraneo ideo per ſuperuenientiam liberorum reuocatur, quòd lex præſumit, patrem de liberis non cogitaſſe: vt notat. glo. & commu. dd. in. d. l. ſi vnquam. quòd ſi de liberis cogitationem habuerit, etiam vltra quintum & tertium valeret donatio. dd. vbi ſupra, Bernard. Diaz. in reg. 213. ſi vero non cogitauit etiam intra quintum, & in minima re reuocatur donatio: ergo nullo modo poteſt reſtringi illa pars ad quintũ: nec video quomodo hæc doctrina ad praxim reduci poſſet.

68 Donationem quæ fit filio in legitimatione filij ſpurij, non reuocari per ſuperuenientiam filiorũ. ex.l.ſi vnquam. ſupra allegata exiſtimat Villalo.& allegat Ludouic. de Gozadin. conſilio. 6. numero. 65. vbi dicit communem. iure regio per.l.12. Tauri, quę eſt.l.10.tit. 8.lib.5.recopila. in eo quod præiudicat filio, non tamen in aliis: &. ℣. quoniam. in authen.quib. mod. natur. efficiãtur legitimi. remane re incorrectum. Villal.

Iure communi etiam reuocari donationẽ, ſi fiat in præiudiciũ filiorũ ſupernaſcentium in exceſſu: eſtq; cõmu.opin. vt refert Bernar. Diaz in.d.regu.213.limi.4.non eſt ergo antinomia.

69 Donatio facta ſponſæ, poſt matrimoniũ de pręſenti antequã traducatur ad domũ: nõ valet. l. pen. ff.de donat.inter vir.& vxor. & eſt commu. opinio. vt notat Grego. Lopez in.l.3.titulo.11.part.4.verſi. *palabras de preſente*. Iure regio nouo per. l. 52. Tauri valet, licet non ſit traducta ad domum: approbata Azonis ſententia. Eſt.l.4.titu.2.de las dotes libr. 5. recopilatio. & ſi diſſoluatur matrimonium, & ſpõſus dederit oſculum ſponſæ, habebit dimidiam partem donationis: ſi verò eam carnaliter cognouit, totam lucrabitur, ſi non promiſit ei arras, quòd ſi promiſit, erit in electione ſponſæ, recipere arras, vel donationem. Villal.

70 Donatio facta à marito vxori, & è conuerſo, etiam ſi liberos non habeant iure ciuili non valet: vt per totum de donat. inter vir. & vxor. iure regio, ſi liberos non habeant, & fiat donatio poſt annum contracti matrimonij, valet, et ſi liberi ſupernaſcantur, non reuocatur in totum: nam in quinto ſuſtinetur text. in. l. 3. titulo. 12. de las donaciones lib. 3. fori leg. & Mõtalb. ibi, Pala.rub.in repe.rubr.de don.

inter virum.ſſ. 54. incipient. limit. 6.numero.2.& Bernar.Diaz in ſupra allegata regul.limitat.5.aduerte tamen, quòd illa lex non fuit inſerta in noua legum recopila. &.l. 4.titulo.2.de las dotes y arras. lib. 5.recopila.à contrario ſenſu videtur innuere, quòd donatio facta à marito vxori, & contrà, poſt conſummatum matrimonium ſit nulla.ibi, *Antes de conſumido el matrimonio* &c.& ſic videtur confirmata.l.4.titulo.11.par.4.quę donationem inter virum & vxorem indiſtinctè prohibet: quare vſus legis fori eſſet probandus.Licet etiam Greg. Lopez in.d.l.4. gloſ. *ſon defendidas*, hanc antinomiam, &.l. partitæ limitationē cum Pala. Rubros approbare videtur.

71 Donatio propter nuptias iure cōmuni ad hæredes mariti reuertitur ſoluto matrimonio, neque erat taxata. glo. in authē. ſiue à me. ad Senat.conſul.Veleia. C. authē. æqualitas.C.de pact.cōuent. glo. in authen. dos data. C. de donat. ante nupt.verſi.moreretur.& communē dicit Rolan.à valle cōſil.62. nu.1.&.2.tomo.1.Ludou. Gozadi. conſ.47.nu.16. Laurētius Kirchouius inter cōmu.opi.cētur.1.cōcluſio.94. & idem cautū erat iure antiquo partitarū in.l.23.tit.12.par.4. ſed iure nouo per.d.l.2.&.4.tit.2. de las dotes y arras. lib.5. recopil. Arra quę in noſtris regnis loco donationis ꝓpter nuptias ſubrogata fuit.l.1.d.tit.11.par.4.&.l.87.titul. 18.par.3.taxata fuit ad.10.partē bonorū mariti & ad hęredes ipſius vxoris pertinet, & ſi liberos non habuerit: ex teſtato, & ab inteſtato hęredes vxoris ſuccedunt in arris.

72 Donatio facta ſponſæ de futuro ſi ſit iocalium & veſtium acaliarum rerum precioſarū cenſetur facta in vſum matrimonij, & ſoluto eo, ſunt mariti, vel hęredū eius, & non vxoris, iure cōmuni, notat Pala. Rubi. in repet.c. per veſtras de donatio. inter vir.§.6. cōmuniter id teneri:& hoc ſentit.d.l.23.ti. 11.par.4.Iure regio p.d.l.52.Tauri ſunt ipſius vxoris cū diſtinctione ibi poſita,& per Ant.Gomez ti.4. Vill. tamē limitat, modo donatio nō excedat decimā partem bonorum mariti, quæ iuxta.l.50.Tauri. » Eſt.l.2.tit.2.lib.5.recopi.poteſt dari à marito vxori arrarum nomine. Villalo.

Sed errat: nam in.l.1.illius tituli limitatur hæc donatio, ne excedat octauam partem dotis, mulieris à marito receptæ, & hæc ſeruatur, & in quibus differat hęc donatio ab arris, not. Greg.Lopez in.l. 1.titu.5.par.4.

73 Donatio inter virum & vxorē habet conditionem tacitam, ſi donatarius ſuperuixerit, Alciat.in.c. cum contingat. de iur. iur. numero.206. dicit communem. cōcordat.l.4.titu.11.par. 4. ſed ſi Villalo. credimus per.d.l.52. Tauri ſtatim ſunt vxoris, iuxta diſtinctionem illius. Villalo.

Tamē

74 Tamen lex illa ſi benè perpendatur non loquitur de donatione inter virum & vxorem, prout Alciat. &. lex partitæ: ſed de donatione facta à ſponſo de præſenti, aut de futuro, ante conſummatum matrimoniũ: & ſic intellecta, nec erit antinomia, nec corrigitur lex partitæ.

75 Donari non poteſt iure ciuili filio inceſtuoſo nec alimentorum cauſa. authẽ. ex cõplexu. C. de inceſt. nup. iure regio poteſt vſq; ad quintam partẽ bonorum. l. 6. & 16. Tau
„ ri. Eſt. l. 7. tit. 8. de las herẽcias lib.
„ 5. recopil. Villal.

76 Dos poteſt repeti à viro durãte matrimonio, ſi efficiat pauperior iure cõi: Alex. in. l. ſi cũ dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matri. Panormitanus in. c. per veſtras. vbi eſt tex. de donatio. inter virum. Iure regio non poteſt repeti, niſi culpa mariti fiat pauperior. l. 29. titul. 11. par. 4. Villal.

77 Dos poteſt repeti à marito, etiã ſi præſtiterit cautionẽ de ea reſtituenda. gloſ. in. l. vbi adhuc, C. de iure deſti. Bar. in. l. ſi cõſtãte. ſolu. matri. quæſt. 10. iure regio non poteſt repeti præſtita cautione. d. l. 29. Villal.

78 Dotare tenetur auus paternus neptem, etiãſi ipſa habeat bona, ex quibus poſsit dotari: iure cõi. l. dotem. ff. de colla. bonorum. Bart. & Ang. in. l. 1. ff. ſolut. matrimo. de iure regio per. l. 8, titu. 11. part. 4. ſi neptis habet vnde ſe dotet, auus non tenetur. Villal.

79 Dos inofficioſa iure communi non repetitur à viro, durante matrimonio. Allegat Villa. Pala. Rube. in repe. c. per veſtras. ꝟ. 24. nu. 3. vbi dicit communem. iure regio
„ repetitur. per. l. 29. Tauri. Eſt. l. 3.
„ titu. 8. lib. 5. recopila. D. Couar. in
„ epito. 4. c. 8. part. 2. §. 6. numer. 12.
„ Villalo. Vide quæ not. ſup. verſic,
„ donatio.

80 Dos vel donatio facta cõtrahẽti matrimonium contra prohibitionem legis, altero coniugium ignorante applicatur fiſco. notat Bald. nouel. in tract. de dote part. 11. vbi dicit communem: iure regio per. l. 50. tit. 14. par. 5. cum ſequenti: applicatur marito ignoranti: iuxta opin. gloſ. in. l. qui cõtra. de inceſt. nupt. not. Xuarez in. l. 1. titulo. 3. de las ganancias. lib. 3. numer. 19. fori leg. Gregorius Lopez in. d. l. 50. Villalo.

81 Dos promiſſa à patre filiæ, aut filio, ſimpliciter intelligitur de bonis ſuis, & non de bonis communibus vxoris. l. fi. C. de dot. promiſſis. iure regio prẹſumitur de bonis communibus promiſiſſe per. l. 8, titu. 9. lib. 5. recopila. quod. D. Couar. declarat in. c. 19. li. 3. vari. reſol. num. 3. verſi. ex quo infertur ſi ſoluto matrimonio ante diuiſionẽ bonorũ acquiſitorum promittat dotem. & ita in praxi receptum affirmat.

82 Dotis actio iure cõi, licet cõpetat filiæ ſoluto matrimonio, tamẽ pater

pater habebit adminiſtrationem: iuxta communem opinionem: de qua Cur.iun.conſil.152.numero.1. &.2. iure regio nouo cum filia ſit libera à patris poteſtate per ma-
„ trimonium.l.47.Tauri.Eſt.l.18.ti-
„ tulo.1. de los matrimonios lib.5.
„ recopila. non habebit pater adminiſtrationem dotis. Xuarez in.l.9. tit.11.lib.1.fori leg. in fine. Villa.

Dotis actio competit vxori, cõſtante matrimonio, contra virum vergentem ad inopiam: vide ſup. verſi.dos poteſt repeti.

83 Quòd etiam iure regio mulier exigit dotem, & conſeruat: licet maritus non vergat ad inopiã ſua culpa, quando creditores vendũt bona mariti, propter debita: nam tanquam creditrix mariti præfertur creditoribus: iuxta.l. aſsiduis. qui potio. in pignore habeantur. C.& ita praticatur lex regni vt notat Bernar.Diaz Epiſcopus Calagui.in addi.ad Pala. Rub.in repeti.c.per veſtras.§.24.

84 Item, cùm mulier conſtante matrimonio repetit dotem ob inopiam mariti, non habetur ratio egeat maritus, nec ne: vt not. Auend.Reſponſ.cap.8. numero.8. vbi dicit commun. ex gloſ. in. l. vbi adhuc. verſiculo, ad ſuſtentationem. C. de iure doti. & iure regni per.l.1. titulo.15. part.5.maritus gaudet hoc priuilegio. Villalo.

85 Hæc antinomia non eſt vera, nec poteſt in praxi verificari: nam etiam iure communi habetur illa ratio, ne egeat, quia fructus, aut redditus dotis dantur marito, ad alimẽta & onera matrimonij ſubleuanda.text.expreſſus in capitulo, per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. & notãt. omnes in locis ſupra allegatis & quòd hoc caſu idẽ eſſet iure noſtro ſentit lex regia.

86 Duces perpetuo inueſtiti, de iure ciuili cenſetur principes in ſuo diſtrictu, & omnia poſſunt in ſuos ſubditos, quæ imperator in orbe. Curt. iun.in conſilio.61. numero.9. & Bellon. conſil.59. numero.10. Deci. conſil.403. communem dicunt. Iure regio nõ poſſunt condere legem, nec legitimare, nec forum nouum, ſine conſenſu populi, facere.l.12.titul.1.par.2. Villalo.

87 Quod dicit de iure communi ridiculum eſt: quia id in ducibus non recognoſcentibus ſuperiorẽ, locum habet. vt eſt Dux Mediolani, de quo loquitur Decius: & alij per ipſum Villalo.allegati: nã duces de quibus loquitur titulus, quis dicatur Dux, vel Marchio, in vſibus feudorum, & alij Duces inferiores ſuperiorem recognoſcẽtes, licet perpetuo inueſtiti ſint, niſi per inueſtituram eis expreſsè concedantur, minime habebunt ea quæ Principi reſeruata ſunt.

SVM-

SVMMARIVM.

Eccleſiæ violatores qua pena puniantur.nu.1.

Eccleſia enormiſſimè læſa intra quod tempus reſtituatur.num.2.

Tempus intra quod eccleſia enormiſſimè læſa reſtituatur, iure communi arbitrio iudicis relinqui: iure noſtro ad triginta annos redactum eſt.nu.3.

Ædificare caſtra an liceat, ſine principis licentia.nu.4.

Emens rem locatã, quando teneatur ſtare locationi per venditorem factæ.nu.5.

Per locationẽ decennij acquiritur vtile dominium iure communi, noſtro nõ. nu.6.

Emptor intra quod tẽpus tenetur denunciare litem ſibi motam venditori.nu.7.

Emphiteota priuati intra quod tẽpus purget moram, ſi per triennium ceſſauerit à ſolutione penſionis.nu.8.

Quod dicatur modicũ tẽpus, intra quod mora purgatur, ſeptẽ opiniones, verior eſt arbitrio iudicis relinquẽdum.nu.9.

Vera differentia proponitur.nu.10.

Si domus emphiteoticaria cõbuſta fuerit, an emphiteota liberatur à ſolutione penſionis.nu.11.& 12.

Exceptiones dilatoriæ intra quod tempus proponendæ.nu.13.

Quid Nauarræ obſeruetur.nu.14.

Exceptiones peremptoriæ intra quod tempus proponendæ.nu.15.

Et Nauarræ quid.ibidem.

Exceptiones præiudiciales an ſint tractandæ antequam cauſa principalis.nu.16.

Quid Nauarræ obſeruetur.ibidem.

Agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis, an noceat exceptio dominij, ſi in continenti probare ſe offerat, nu.17.

Quid ſi à tertio opponatur.nu.18.

Obiectiones cõtra teſtes, quas nos tachas vocamus, an ſint iurandæ.nu.19.

Exceptio rei iudicatæ an obſtet agenti, ex cauſa noua, quæ lite pendente ſuperuenit.num.20.

Nullitatis exceptio an ĩpediat executionẽ ſentẽtiæ, in rẽ iudicatam trãſactæ.n.22.

Exceptio nullitatis an impediat duarũ ſententiarum cõformium executionẽ.n.23.

Quid Nauarræ obſeruatur in duobus proximis caſibus.ibidem.

Exceptio reſtitutionis in integrũ an impediat executionem ſententiæ.nu.24.

Excuſsio bonorum an ſit prius facienda, quàm ad capturam perſonæ procedatur in executione.nu.25.

Salarium an ſit dandum pro executione ſententiæ.nu.26.

Quid Nauarræ fiat in duobus proximis caſibus.nu.27.

Excommunicatus qua pœna puniatur, ſi diu permãſerit in excõmunicatiõe.n.28

1 ECCLESIAE violatores iure cõi pœna capitis puniũtur: quia committunt crimen leſæ mageſtatis.l. fideli.&.l. fin. primo reſponſ. C. de his qui ad eccleſias confugiunt. Iacob.Damode. in praxi crimi. cap. 106.de templorum violatione.nu. 3.iure regio arbitrio iudicũ ex qualitate delicti puniũtur: ſoluto epi-
2 ſcopo ſacrilegio.l.2.&.4.tit.2.lib. 1.recopila.

Eccleſia ex enormiſsima læſione iure cõmuni in perpetuũ reſtituitur,

tuitur, & per eã perpetuò intentatur remediũ. l. 2. C. de reſcin. vend. vt not. Aimon de antiq. tẽpo. par. 4. de præſcript. num. 71. ex gloſ. in c. 1. de in integrum reſti. lib. 6. quæ commu. approbatur. iure regio per legem fin. titulo fin. par. 6. taxatur tempus triginta annorum: & læſio enormiſsima dicitur, ſi fuit læſa eccleſia vltra dimidiam iuſti pretij. Villalo.

3 Text. gloſ. nec. dd. per Villalo. allegati nõ dicũt Eccleſiam enormiſsimè læſam in perpetuum reſtitui: ſed quòd poſt quadrienniũ reſtituitur, & hoc veriſsimum quidem eſt, vt not. D. Præſes in cap. 3. lib. 1. var. numer. 10. tamen ex eo non bene ſequitur, quòd in perpetuum reſtituatur: illud enim deſtrueret omnino iuris commu. regulas, eſſetque iniquum. Quare tu dic, antinomiam in hoc verſari, quod iure ciuili non eſt taxatum tempus, intra quod Eccleſia enormiſsimè lęſa, petat reſtitutionem: vt benè aduertit Greg. Lopez in. d. l. fin. relinquiturq; iudicis arbitrio. iure autẽ noſtro taxatum eſt tẽpus, ad triginta annos, & iuſtiſsimè, ſufficit enim Eccleſię, ad reſtitutionẽ tẽpus, quod aliis iure ordinario cõcedit.

Electio epiſcoporũ cui cõpetat iure cõmuni, & noſtro, vide infra in epilogo. ll. correctarum. 1. par.

4 AEdificare vel reficere caſtra, aut fortalitia ſua, ꝑmittitur vnicuique iure cõi. l. per ꝓuincias. de ędificiis priuatis. iure regio non licet ſine principis licẽtia. l. 7. tit. 7. li. 4. ordin. & l. 46. Tauri. ſunt. l. 8. tit. 5. li. 6. & l. 18. tit. 6. li. 3. recopi. Dueñas in reg. 32. Greg. Lopez in. l. 32. tit. 18. par. 2. Villa.

Iure cõi ſi caſtra aut fortalitia reficiantur ad æmulationẽ alterius, vel materiam ſeditionis præſtant: non poſſunt fieri ſine Principis licentia. l. opus. ff. de operib. publ. ſicque dicere poſſes quia in his regnis materiam ſeditionis præſtabant, & fiebant ad æmulationem: prohibitum fuiſſe iuxta legis cõmunis diſpoſitionem, & concordabis antinomiam.

5 Emens rem locatã, tenetur iure ciuili ſtare locationi, ſi fuerit per tempus decẽnij. glo. in. l. fi. ſi ager vecti. Bar. in. l. 1. ꝯ. quod aũt. de ſuperficieb. ff. iure regio reqritur locatio perpetua, vel ad vitã. l. 19. tit. 8. par. 5. D. Couar. in ca. 15. li. 2. var. reſolut. per totum. Villalo.

6 Ex hac antinomia collige aliam notatu dignam. Quòd iure cõmuni ex locatione lõgi temporis acquiritur vtile dominiũ. l. 1. ꝯ. quod autem. ff. de ſuperfici. & notãt. dd. in. d. l. final. ſi ager vectiga. & longum tempus dicunt eſſe, ſi per decennium locata ſit. D. Præſes in allegato cap. nu. 2. communẽ eſſe affirmat. & Greg. Lopez in. d. l. 19. gloſ. ſu vida. Iure regio per talem locationem non acquirit vtile dominium, niſi locatio facta fuerit ad vitam.

Emptor

7 Emptor tenetur denuntiare litem motam venditori,& offerre ei libellum in forma autentica iure communi: vt not. Ripa. in capi. cùm Martinus. de conſti. num. 163. & D. P. Couar. in. cap. 17. nu. 6. lib. 3. vari. reſoluti. magis communem dicit, iure regio ante publicationem debet denuntiare, aliàs non tenebitur. l. 32. tit. 5. par. 5. Villalo.

8 Emphiteota priuati non purgat moram iure ciuili, ſi per trienniũ ceſſauit à ſolutione penſionis. Iaſ. in. l. 2. C. de iure emphiteotico. numero. 79. Alexan. conſil. 106. volu. 2. Decius conſi. 138. iure regio purgat intrà decem dies. l. 28. titul. 8. part. 5. Villalob.

9 Quinimo quòd in continenti purget moram, eſt commun. & vera ſententia. vt not. in cap. potuit. de locat. & in. l. 2. C. de iur. emphi. vbi Iaſ. num. 84. Beroius in. d. cap. nu. 140. & 142. & falſo allegat Iaſ. & alios. dd. qui licet opiniones aliorum referant, contrarium ipſi tenent. Meno. libro. 2. quæſt. arbitr. iudi. centu. 1. cas. 7. plures refert: nec in hoc erat controuerſia illo iure inter. dd. Sed in perquirendo, quod diceretur modicum tẽpus, intra quod mora purgatur, & Menoch. vbi ſupra refert ſeptem opiniones, verior tamen, & communis eſt, arbitrio iudicis eſſe relinquendum. Beroius in. d. ca. potuit. num. 142. Ripa. in. l. ſi inſulam. de ver. obliga. num. 35. & Alciat. num. 15. idem Menoch. alios referens in loco proximè relato. nu. 13. Has er-

10 go opiniones ſubſtulit noſtra lex regia: & nunc cadit antinomia: quòd iure ciuili tempus modicum intra quod mora purgatur, relinquitur arbitrio iudicis, iure noſtro ſublatũ eſt arbitrium, & taxatum tempus decem dierum.

11 Emphiteota non liberatur à penſione, ſi domus emphiteoticaria combuſta ſit, cùm area remaneat, iure communi: vt not. Angel. in auth. de nõ alienan. §. ita quòd ad finem. colum. 2. quia maxima pars domus eſt area. l. qui res. §. aream. ff. de ſolutio. iure regio ex Villal. opinione. per. l. 28. titul. 8. part. 5. ſi pereat domus igne, non tenetur ſoluere penſionem. Villalob.

12 Lex partitæ non loquitur ſigilatim de domo, ſed generaliter de coſa, rayz, id eſt de re immobili: & ibi dicitur, quòd ſi ſaltim octaua pars rei datæ in emphiteoſim remanſerit, tenetur emphiteota ad canonis ſolutionẽ: cùm ergo area ſit maxima pars rei, iure regio tenebitur ſoluere, neque erit antinomia in hoc, ſed in eo, ꝙ iure ciuili non eſt taxata pars, quæ remanere debet, ſufficitq; ſi remãſerit minima, vt ſoluat. gl. in. §. adeo. inſti. loca. iure regio taxata eſt ad octauã partem. per dictam legem. 28.

Exceptiò declinatoria, & quælibet dilatoria poteſt proponi indiſtinctè ante litem conteſtatam iure communi. l. exceptionem. C. de probatio. l. 9. tit. 3. part. 3. iure re

gio nouo debet proponi intra no-
13 uem dies, à die oblatæ petitionis.
„ per.l.8.de Madrid, quę recepta eſt
„ in.l.1.titulo de las exceptio. 5.libr.
„ 4.recopila.& computantur à die fi
niti termini citationis. Villalob.
14 Nauarræ intra decem dies à po
ſitione libelli debet proponere. l.
3.in ordina. de la viſita del Obiſpo
de Thui.
15 Exceptiones peremptoriæ iu-
re communi debēt proponi intra
tempus arbitrio iudicis modera-
tum.Iaſ.in.l. qui pro tribunali.nu.
26.ff.de re iudi. dicit communē. l.
9.tit.3.part.3. iure regio nouo taxa
tum eſt ad viginti dies, nec abre-
uiari poteſt:iuxta doctrin.Iaſ.in. l.
2.num.23.de re iudi. Villalob.
„ Nihil allegat de iure regio. tu
„ allega.l.1.titul.de las exceptiones.
„ 5.lib.4.recopil.
In regno Nauarræ arbitrio iudi
cis datur terminus:ſed regulariter
non excedit viginti dierum.
An hæ exceptiones impediant
litis progreſſum, vide infra in epi-
logo legum correctarum. 3. part.
16 Exceptiones præiudiciales quæ
contra actorem proponūtur, vt ꝙ
ſit ſeruus, vel quòd non ſit filius, in
petitione hæreditatis, vel quòd te
ſtamentum ſit falſum, & ſimiles im
pedientes litis ingreſſum, iure cō
muni prius ſunt tractandæ, quàm
vlterius procedatur in cauſa.l.pe.
& ibi Bart.C.qui accuſa. non poſſ.
Angel.in.§.ęquè.inſtitut.de exce-
ptio.in fin.Iure regio per.l.10. ti.3.
part.3.diſponitur contrariū, ꝙ non
impediāt litis ingreſſum, & teneat
„ cōteſtare:quod limita: & declara.
„ vt.gl.Gre.ibi, & in.l.5.ti.10.ea par.
Iure regni Nauarræ exceptis ex-
ceptionibus rei iudicatæ, litis tran
ſactæ, vel finitæ, aliæ exceptiones
reſpicientes per perſonam, vel ius
actoris, non impediunt litis ingreſ
ſum.ordi.72.del Rey Dō Carlos.
17 Exceptio dominij licet incon-
tinenti probare ſe offerat, non no
cet agenti interdicto recuperan-
dę poſſeſsionis, iure ciuili not.dd.
in.l. ſi de vi. ff. de iud. iure regio
obſtat, ſi in continenti probetur.
l.27.titu.2. part.3. Villalob.
Lex.27.titul.2. part. 3. loquitur
expreſsè in interdicto adiſpiſcen-
dæ, non recuperādæ poſſeſsionis,
ibi.*E ſi por auentura alguno demandaſſe a otro que le entregaſſe de la tenēcia de alguna coſa, &c.* Et in.l.fi.tit.10.par.7.
eſt tex.expreſſus cōtra hāc antino
miā, & cōformis omnino textib⁹,
& doctrinis iuris ciuilis, & ita ad-
uertit Gre.Lop. in ambab⁹ legib⁹.
18 Quinimo adeo ius noſtrum reii-
cit exceptionem dominij, interdi
cto recuperādæ, quòd nec à tertio
admittit eam.d.l.fin. contra com-
munem & receptiſsimam.dd. ſen-
tentiam: qua in hoc recuperandæ
interdicto, admittitur exceptio
dominij à tertio oppoſita: vt no-
tāt.dd.in.§.nihil cōmune. & Alex.
16.fallentia.num.33.Panor.& cæte
ri in cap.in literis.de reſtit. ſpolia.
Grego.Lopez in.d.l.fin.gloſ. otro
alguno.

alguno.& ſic conſtitues pulchram antinomiam, nempe iure communi admittur exceptio dominij, à tertio in interdicto recuperandæ: iure noſtro non.

19 Exceptiones & obiecta contra teſtes, iure ciuili non ſunt iuranda: licet conſuetudine ſeruetur. allegat Villalob. Alber. in. l. libellorũ. ff. de accuſa. iure regio per. l. 14. ti. 1. part. 7. diſponitur, quòd ſint iuramento firmandæ. Villalo.

Illa lex partitæ loquitur de iuramento in accuſatione criminali, non de obiectionibus teſtium: & illud iuramentum etiam iure communi præſtatur in criminalibus. Bald. in. l. 1. C. de iure iurand. propter calum. dan. num. 8. & ſi videris leges regias de obiectionibus teſtium loquentes: in titulo. 8. lib. 4. recopil. nulla exigit iuramẽtum calumnię: quare meo quidem iudicio melius diceret, quòd iure communi exigitur illud iuramentum, in obiectionibus teſtium. tex. in. c. præſentium. de teſtibus. Robert. Marant. in ſpecul. part. 6. ca. de repulſa. teſtium. nu. 2. iure autem regio licet de conſuetudine obſeruatur, non cauetur lege, vel ſaltim idem eſt, & non erit antinomia.

20 Exceptio rei iudicatæ non obſtat agenti, ex cauſa noua ſuperuenienti poſt petitionem generalem alicuius rei, iure ciuili. l. ſi mater. §. eãdem cauſam. de exceptio. rei iudi. Bartol. poſt Din. in. l. & in eãdem. §. actiones. ff. eodem. iure regio obſtat, ſi lite pendente ſuperueniat. l. 25. tit. 2. par. 3. quæ concordat cum capit. Abbate ſanè. de re iudic. lib. 6. Villalob.

22 Exceptio nullitatis iure communi impedit executionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatã: ſi breuiter ex actis probari poſſit. l. 4. §. condemnatum. & ibi. dd. ff. de re iudi. Dominus Præſes Couar. in. c. 25. practi. quæſtio. in principio. Marant. in ſpecul. par. 6. verſiculo exceptio. numer. 57. iure regio non impedit, nec aliæ exceptiones præter contẽtas. in. l. 1. tit. 21. lib. 4. recopi.

23 Exceptio hæc nullitatis iure communi impedit duarum ſententiarum conformium executionem, niſi ſint tres conformes. clem. 1. de re iudica. Dominus Præſes Coua. latè vbi ſuprà. nume. 1. iure regio ſi ſentẽtiæ ſint iudicum ſuperiorum cancelariarum, vel conſiliorum Regal. ſi duæ ſunt conformes, non impedit executionem. l. 2. & 3. tit. 19. de las ſupplicationes. lib. 4. recopil. Quinimo licet non ſint conformes, ſententia reuiſionis executioni mandatur: non obſtante exceptione nullitatis. l. 3. titulo. 17. libro. 4.

Idem quod in duobus proximis caſibꝰ obſeruatur iure regio, cauetur iure regni Nauarræ in ordi. 8. de la viſita del doctor Caſtillo. & 7. del Obiſpo de Thui.

24 Exceptio reſtitutionis in integrum iure communi impedit execu-

cutionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & duarum ſententiarum conformium. l. vni. C. in integrum reſti. poſtula. nihil non fiat. Innoc. & omnes in capitulo ſuſcitata. de in integr. reſtitu. l. 2. titu. 25. part. 3. diligentiſsim. Dominus Præſes Couar. vbi ſuprà, numero ſeptimo, iure regio nouo & Nauarræ non impedit per iura ſupra allegata.

25 Executio iure communi in ciuilibus cauſis fieri debet prius in bonis: & ante excuſsionem factam, non proceditur ad captionem perſonæ. gloſſ. & ibi Bartol. in. l. 3. ℱ. tutores. ff. de ſuſpect. tutor. Abb. in capitulo quoad conſultationem. de re iudicat. Pariſ. in tract. ſindicat. verſicul. captura. in principio, eſtq; communis opinio, vt refert Marãt. in ſpecul. par. 6. verbo, executio. numero nono, & 23. iure regio non fit excuſio, ſed ſi non ſoluat, vel aſsignet bona vẽdenda cũ fideiuſſore idoneo (vulgo fiador de ſaneamiẽto) q̃ caueat bona illa fore ſecura, & vendibilia: mittitur in carcerem, & capta perſona fit executio in bonis. l. 19. titul. 21. de las entregas, y executiones. libr. 4. recopil.

26 Executores iure communi, non recipiunt ſalarium, quia iudex tenebatur exequi ſuam ſententiam. not. Auend. in tract. de exequen. mandat. regiis. capitul. 17. num. 2. iure regio, executori regulariter decima pars debiti datur pro ſalario. l. 7. titulo. 21. lib. 4. recopil. niſi aliter conſuetudine ſeruetur dicta lege, & niſi executio fiat, por rentas reales. l. 8. ibi.

27 Iure regni Nauarrę idem, quod iure regio ſeruatur in executionibus, hoc dempto, quod ſi reus non ſe opponat executioni, & offerat bona vbi fiat executio, non cogitur dare fideiuſſorem, nec capitur perſona, donec conſtiterit non inueniri emptorem, vel non eſſe equiualentia debitor: vt cauetur in ordi. de los porteros. & l. 23. de la viſita del doctor Caſtillo. lib. 1.

Salarium verò recipiunt vſque ad quingentas libras: de triginta libris vnam, & nullius executionis quantumuis magnæ ſalarium excedit duorum aureorum, ſeu ducatorum, cum dimidio ſummam. Arancel. de los porteros prouiſione vnica in princip. lib. 1.

28 Excommunicatus iure communi ſi diu permanſerit in excommunicatione, punitur arbitrio iudicis, etiam ante annum completũ. Anan. & Felin. in. ca. poſtulaſti. de homici. Dominus Præſes Couar. in capit. alma mater. §. 7. num. 10. verſiculo, quarto eſt cõſiderandũ. iure regio, & tẽpus, & pœna eſt taxata, ſublato iudicis arbitrio. per. l. 1. titulo. de los deſcomulgados. lib. 8. recopil. nam ſi permanſerit excõmunicatus per triginta dies, incidit in pœnam. 600. marabetinorum, quòd ſi per ſex menſes permanſerit, in ſex mille marabetinorum, &

rum, & ſi vlteri⁹, per ſingulos dies centum marabetinos ſoluet, atq; expelletur à loco in quo habitat, & ſi reuertatur, incidit in pœnam dimidiæ partis bonorum, ex quo remanet correcta.l.32.titulo nono partita prima.

SVMMARIVM.

Fama in factis antiquis, memoriam hominum excedentibus an plenè probet.num.1.

Auenda. error carpitur.num.2.

Lex.41.Tauri,& l.29.tit.16.par.3.declarantur.ibidem,& num.3.

Quando præſens ſtatus rei repugnat probationi, fama non probat.nu.3.

Probationis immemorialis iure communi requiſita, etiam iure noſtro neceſſaria eſſe.num.4.

Falſi pœna quæ ſit, & an ſit arbitraria, iure communi.nu.5.

Pluribus modis committitur falſitas, & qui ſint,nu.6.

Vnico caſu pœnam falſi arbitrariam eſſe, quando falſitas nemeni nocet. numero.7.

Falſificans monetam, an perdat omnia bona.num.8.

Inſtruentes teſtes, vt falſum deponant, ſi falſum non depoſuerũt, qua pœna puniatur.nu.9.

Lex prima titulo ſeptimo,part.7. an corrigatur per.l.7.titulo.17.de los perjuros. libr.8.recopil.nu.10.

Intellectus.d.l.7.nouè diſcutitur: ibidem. &.num.11.

Extenſio ad caſus ſimiles facienda.nu.12.

Falſum partũ ſupponens, quã pœna puniatur.num.13.

Pœnam deportationis iure noſtro non eſſe abolitam,contra Greg.Lopez & Villalobos probat.nu.14.

Sublatum eſſe arbitrium iudicis in commutatione pœnæ corporalis iure noſtro.num.15.

Famoſum libellũ faciens, qua pœna puniatur.num.16.

Et quid ſi vera ſint crimina in libello poſita.num.17.

Fœudum quæ perſonæ dare poſſint.nu.18.

Lex.3.tit.26.par.4.declaratur.nu.19.

Fœudũ concedere poſſe omnes, qui iure nõ prohibentur, & liberam habent bonorum ſuorum adminiſtrationem.nu.20.

Quinimo omnes prohibitos fœudum concedere, quibus expreſſè iure nõ permittitur, contra com.opinio.num.21.

Fœuda dignitatem habent.num.22.

Licet communis opinio vera eſſet, non tamen in fœudis nobilibus, & dignitatẽ habentibus. nu.23.

Fœudum ſimpliciter conceſſum, ad quos transferatur.nu.24.

Si vaſſallus eleuauerit manum contra dominum, an fœudum amittat.nu.25.

Diligentius id applicatur.nu. 26.

Vaſſallus ſi occiderit fratrem domini, an amittat fœudum. num.27.

Fideiuſſor qui in pluſquàm principalis ſe obligauit, ad quid teneatur.nũ.28.

Et quid ſi ſcienter ſe obligauit.nu. 29.

Fideiuſſor, qui diu ſtetit in obligatione, poteſt petere, vt ab ea liberetur. nu.30.

Fideiuſſor minoris proximi pubertati, an obligetur ad pœnam cõpromiſſi. nu.31.

Fideiuſſoribus inſolidum obligatis, an de-

 tur

tur beneficium diuiſionis, ex epiſtola diui Adriani.nu.32.

Diligẽtius, et vltra omnes hoc elucidatur. num.33.& ſeq.

Fideiuſſoribus inſolidum obligatis, non datur beneficium diuiſionis iure noſtro. ibidem.

Fideiuſſores ſimpliciter obligati, iure noſtro pro rata tenentur.nu.34.

Beneficium diuiſionis iure communi ex priuilegio competebat. Iure noſtro ipſo iure competit, ex quo vtilitas depromitur.num.35.

Hodie correcta eſt.l.8.titul.12.part.5.per. l.1.titulo.16.de los contractos. lib.5.recopil.num.36.

Fideiuſſores ſimpliciter obligati, licet aliqui ex confideiuſſoribus non ſint ſoluendo, pro rata tantùm tenetur, quod notandum, & à nemine animaduerſum.ibidem.

Fideiuſſores ſimpliciter obligati ſi renuncient beneficium diuiſionis, inſolidum non obligãtur iure noſtro, quod etiam notandum cenſet. nu. 37.

Praxis quædam vulgaris notariorum reprehenditur.ibidem.

Si vnus ex pluribus fideiuſſoribus ſoluat debitum, an incontinenti debeat ceſſionem petere contra confideiuſſores. nu. 38.& ſeq.

Antinomia reiicitur.ibidem.

Fideiuſſor hodie iure noſtro obligatur citra ſtipulationis ſolennitatem. nu. 40.

Filius emancipatus ſub conditione exhæredari poterit. nu.41.

Filius naturalis quis dicatur.nu.42.

Filius naturalis an excludat aſcendentes à ſucceſſione.nu.43.

Filius naturalis an excludat vxorem patris à ſucceſſione.nu.44.

Filio ex dãnato coitu quid relinqui poſſit, & an ſit alendus.nu.45.

Elegans concordia inter ius canonicum, et ciuile circa alimenta ſpuriorum ex Illuſtriſſimo Præſide Couar.num. 46.

Filius naturalis an ſuccedat matri illuſtri. num.47.

Si filio ſpurio fiat donatio contra prohibitionem legis, cui cõpetat donatũ.nu.48.

Filius per matrimonium an liberetur à patris poteſtate.nu.49.

Patri an datur actio pro dote filiæ, & an ei vſusfructus competat.nu.50.

Filia nupta an de dote diſponat.nu.51.

Filiusfamilias an teſtamentum facere poſſit.nu.52.

Filiusfamilias an poſſit donare ſine patris licentia.nu.53.

Quid Nauarræ in hoc & caſu præcedenti.ibidem.

Filio inteſtato quomodo parentes ſuccedãt. num.54.

Filius reſtituere grauatus an hodie iure noſtro poterit duas quartas deducere.n.55.

Fundus datus filię ſpuriæ loco dotis, aut alimentorum, poſt eius mortem cui pertineat.num.56.

Quod diligentius declaratur.num.57.

Nepos filius primogeniti an excludat patruum à ſucceſſione maioratus. nu. 58.

Quid Nauarræ.ibidem.

Si pater ingrediatur religionem, an filij in vita illius ſuccedant, variæ opiniones. num.59.

Intellectus.l.11.tit.6.li.3.for.leg. enucleatur.nu.60.

Hereditas mortui, nõ viuẽtis dicitur.n.61

Monaſterium ſuccedens tenetur filiis aliměta præſtare, vt pater tenebatur. n. 62.
Filius legitimatus, quando ſuccedat cum legitimis. num. 63.
Legitimationis effectus an reuocetur per ſuperuenientiã filiorũ legitimorũ. n. 64.
Filius adoptiuus an excludat patrem adoptantis. num. 65.
Filius adoptiuus an ſuccedat patri inteſtato, cùm legitimis. nu. 66. Et an rumpat teſtamentum patris adoptiui. ibid.
Filij nati ante commiſſum crimen læſæ mageſtatis, an efficiantur infames. nu. 67.
Duæ opiniones communes, æquior tamen quòd non efficiantur infames. nu. 68.
Filius an teneatur conferre libros cauſa ſtudij à patre ei donatos. num. 69.
Locus Bart. declaratur. & l. 3. titulo. 4. part. 5. nu. 70.
Vera differentia circa collationem librorum ellicitur. nu. 71.
Pater an poterit reuocare donationem librorum factam filio. nu. 72.
Filia ſi repudiat hæreditatem patris, an cogatur dotem conferre. nu. 73.
Intellectus. l. 1. tit. 2. de las dotes. libr. 5. recopil. latè examinatur. nu. 74. & ſeq.
Patrem nullo iure poſſe dare vni filiorum omnia ſua bona, in fraudem legitimæ aliorum. nu. 75.
Auend. intellectus carpitur per Gaſpar. de Baeça. num. 76.
Lex ciuilis potuit taxare aliměta, cùm excedunt quantitatem, ad vitæ ſubſidium neceſſariam, hanc autem taxare non potuit. num. 77.
Auend. & Baeçæ intellectus reiicitur: & B. de Villal. opinio approbatur. nu. 78.
Argumětum ab alimentis ad dotem valet remiſſiuè. num. 79.
Subrogatum naturam ſubrogati ſequitur. ibidem.
Fiſcus quomodo ſuccedat in bonis hæretici. num. 80.
Frater an admittatur cum matre ad ſucceſſionem fratris inteſtati. num. 81.
An etiam concurrat in tutela. nu. 82.
Quæ ſucceſſiones ſint abrogatæ per. l. 6. Tauri. nu. 83.
Fratruum filij cum patruo per capita, an per ſtirpem ſuccedant pugna. nu. 84.
Quid Nouarræ. ibidem.
Fratres in quo gradu ſint. num. 85.
De ratione differentiæ cur iure ciuili fratres ſint in ſecundo gradu iure canonico in primo ſubtiliter, & nouè tractatur. num. 86. & ſeq.
Ratio communis proponitur. eod.
Berenguerius Fernandus impugnat communem differentiæ rationem. nu. 87.
Bereng. Fernand. noua ratio. nu. 88.
Bereg. ratio taxatur. nu. 89.
Iaſo, ciuilè etiam conſideraſſe gradus, quo ad prohibitionem matrimonij, & ius canonicum, quoad ſucceſſionem, contra vniuerſam. dd. ſcholam nouè defenditur. nu. 90.
Ratio noua authoris, cur fratres iure ciuili in ſecundo gradu ſint conſtituti, canonico, in primo. num. 91. & ſeq.
Iure ciuili linea collateralis non habet primum gradum, ſed incipit à ſecundo. ibidem.
Ratio cur linea collateralis non habeat primum gradum ſubtiliter & præter alios conſideratur. nu. 92.
Linea collateralis non poteſt incipere à ſeipſa, quin à linea recta procedat. ibid.

Iure ciuili perſonam additam perſonæ non facere gradum, et duas eſſe neceſſarias: vt gradum faciant iuxta iuris cano. ſanctiones, cùm Fernando defenſat. nu. 93.

Linea collateralis non poteſt incipere, niſi plures ſint perſonæ. num. 94.

Frater an poſſit accuſare fratrem de delicto. num. 95.

Fructus bonorum paraphernalium mulieris an ipſi vel marito pertineant. n. 96.

Quid Nauarræ obſeruetur. ibidem.

Maritus aut vxor ſuperſtes ſi per manſerit in viduitate, & honeſtè vixerit habebit vſumfructum bonorum prædefuncti in regno Nauarræ. num. 97.

Quid ſignificet ibi, derecho d̄ fealdad. ibi.

Meliorationes in rebus dotalibus factæ, nõ compẽſantur cum fructibus per maritum perceptis iure noſtro. nu. 98.

Fructus dotis percepti ab ſponſo an augeat dotem. nu. 99.

Cõmunis opinio proponitur, & vera differentia. num. 100.

Fructus pendentes in alieno ſolo, quomodo percipiantur. num. 101.

Creditor quos fructus pignoris in ſortem computare teneatur. num. 102.

Pulchra declaratio ad. l. 2. titul. 13. part. 5. quòd fructus, quos percipere potuit intelligantur, ipſe creditor qui pignus accepit, non quos percipere potuit ipſe debitor. num. 103.

Aliud eſſe in poſſeſſore, qui non habuit cauſam à domino. ibidem.

Fugiẽs pro debito ad eccleſiam an gaudeat immunitate. nu. 104.

Si ſtatuto caueretur, quòd debitor ſeruiret creditori, (vt iure noſtro cauetur) non gauderet debitor immunitate eccleſiæ. num. 105.

Remigij de Gom. opinio defenditur, contra Roder. Xuarez, & alios. ibidem.

Fugiẽs fracta carcere qua pœna puniatur. num. 106.

Gregor. Lopez opinio taxatur. nu. 107.

L. 1. ff. de effractoribus, & expillatoribus conciliatur cum. l. in eos. de cuſtod. reorum. nouis rationibus. nu. 108.

Innocens fugiens à carcere an puniatur pœna legis in eos. de cuſto. reorum. communem, quòd ſic, Gomecius contra. n. 109.

In criminalibus probationes luce meridiana clariores. ibidem.

Confeſſus ſi innocens reperiatur, abſoluendus eſt. ibidem.

Gom. intellectus ad. l. in eos. de cuſto. reorum. nu. 110.

Gom. intellectus improbatur. num. 111.

Carceratus ob debitum priuatum, ſi fregerit carcerem, & fugerit, punitur pœna dictæ legis in eos. nu. 112.

Qua pœna puniri debent, qui pro debito ciuili ſunt in carcere, ſi de rumpendo eo, cum alijs conſpirauerint, quæſtio noua. nu. 113.

Fugiens clam à carcere non facta conſpiratione, qua pœna puniatur. quæſtio frequens. nu. 114.

Intellectus. l. fi. tit. fin. libro. 8. ordin. quæ in noua recopil. eſt. l. 7. tit. 27. lib. 8. accuratè elucidatur. num. 115.

Gregorij Lopez intellectus damnatur. num. 116.

Si is qui à carcere aufugit, iterum captus de innocentia docuerit, an puniatur vt confeſſus, vel qua pœna puniendus ſit. num. 117.

Et quid ſi fugiens captus non fuerit deten-

tus

tus propter delictum.nu.118.

Cuſtos carceris ſi aufugiat cum carcerato, qua pœna puniendus.nu.119.

Si ob cuſtodis negligentiam carceratus aufugiat, qua pœna puniatur cuſtos.n.120.

Furioſus an in lucidis interuallis iudex eſſe poßit.nu.121.

Intellectus.l.4.tit.4.part.3.contra Greg. Lopez traditur.num.122.

Fur an puniatur in loco, in quo inuentus fuit, cum re furtiua.num.123.

Intellectus.l.4.titul.14.par.7.explicatur. num.124.

Dictæ leges partitæ concordantur cum.l.1.& .2.tit.16.de la remißion de los delinquentes.lib.8.recopil.nu.125.

Furtum manifeſtum, à non manifeſto an differat in pœna.num.126.

Furtum qua pœna puniatur.num.127.

Actio furti cui competat.nu.128.

Furto commiſſo in territorio alicuius an iudex vel concilium loci de eo teneantur. num.129.

L.4.titul.7.part.5.vltra alios declaratur. num.130.

Fur an pœna pecuniaria, & corporali puniatur.nu.131.

Furti actio an competat fulloni, vel domino rei.num.132.

Non habens vſum rei aliquando conſequitur commodum ex ea.nu.133.

Furti actio an detur collono partiario. num.134.

1 FAMA plenè, & ſufficienter probat iure cōmuni, in factis antiquis, hominū memoriā excedētibus, eſtque commun. opinio, vt refert Felin.in. c.veniens.col.5.nu.16.de teſtib.extra.Iaſo in.l.admonendi. de iur.iur.nu.242.& alij quos allegat Auenda. in tract.de exequēd. mand.regiis. c.6.n.6. verſi. licet iure communi.ſed iure regio ex ſententia eiuſdem Auenda.copulatiuè requiruntur omnia, quæ ponit.
„ l.41.Tauri, quæ eſt.l.1.tit.7.libro.
„ 5.recopi.ſcilicet, quòd teſtes viderint per tempus quadraginta annorum, quòd audierint à maioribus ſuis, quòd ipſi non viderint contrariū, & quòd de eo ſit publica fama, & habeant quinquaginta annos.

2 Sed fallitur Auenda. nam lex Taurina nō loquitur de probatione per famā, ſed per poſſeſsionem immemorialem, quæ longe diuerſa eſt: et iure noſtro caſus antiqui etiam per famam probantur, vt eſt text. expreſſus in.l.29.titu.16.part. 3.& ibi Grego.Lopez not. Illud tamen intellige, & reſtringe: vt Aimon.Craueta in tract. de antiquita. temporum. part.1. argumento, an fama fidem faciat in antiquis, &c.§.viſſo in hac prima.& in.§.ſequenti viſſo de fama. numero.32.

3 Si præſens ſtatus rei nō repugnet probationi de fama: veluti ſi actor probaſſet per famam dominium antiquum, reus verò legitimè præſcripſiſſet, quia talis probatio dominij antiqui per præſcriptionem amiſsi non prodiſſet: per ea quæ allegat quod nota. ad declarationem legis partitæ: nam glo. non aduertit.

4 Adde inſuper, ꝓbationis immemorialis qualitates in allegata, lege. 41. Tauri enumeratas, etiam iure communi eſſe neceſſarias, & informa iſtius probationis non eſſe differētiam, vt patet ex his, quæ diligenter more ſuo not. D. Preſes Couar. in regula poſſeſſor. par. 2. ꝟ. 3. nu. 7. nā licet glo. c. 1. de præſcri. in. 6. (quā cōmuniter oēs ſequuntur) non dixerit expreſsè quòd teſtes debeāt dicere à maiorib⁹ ſuis audiiſſe, quod etiam ipſi audierāt à maioribus ſuis: tamen id eſſe de mente illius glo. &. dd. qui eam ſequuntur, illudq; exigere affirmat Dominus Preſes, vel ſaltim in hac ſola qualitate erit differentia inter ius regium & commune, quanuis non obſtantibus regiis conſtitutionibus in praxi. gloſſ. opinionem receptam eſſe dicat.

5 Falſi pœna iure communi relinquitur arbitrio iudicis, vt exiſtimat Villalob. qui allegat Alberic. in. l. 1. ꝟ. pœna falſi. ff. de falſ. Gandi. de maleficiis. rubrica de falſ. ex. l. ſecularij. §. ſunt quidam. ff. de extraordin. criminb⁹. iure regio per. l. 6. tit. 7. part. 7. in notario eſt amputationis manus, cum infamia: in aliis diſtinguit: vt per eā videbis. Hæc Villalobos.

6 Sed falſi pœnam meretur: nam ☞ iure communi pœna falſi regulariter eſt deportatio, & omnium bonorum annotatio: vt eſt tex. in allega. ꝟ. pœna falſi. in ſeruis vltimum ſupplicium: tamē quia pluribus & diuerſis modis committitur falſitas, nempe verbis, ſcriptis, abuſu, conſenſu, & ſilentio: vt probat Iacob. Damoderius in praxi crimin. capitulo. 119. & quinque ſequentibus. Boſius in tracta. de falſ. Iulius Clarus libro quinto, receptarum ſententiarum, verbo, falſum. Menoch. in tracta. queſtio. arbitr. iudi. libro ſecūdo. centuria. 4. caſu. 306. pluribus, & diuerſis pœnis puniuntur falſarij, in omnibus tamen ſunt pœnæ certæ, & determinatæ à iure, & vno tantùm caſu relinquitur arbitrio iudicis, quando falſitas nemini nocet. Menoch. vbi ſuprà. nume. 14. &. 22. Et caue:

7 nam falſo allegat. ꝟ. ſunt quidā. l. ſecularij. de var. & extraordina. crimin. cùm non habeat. §. nec. dd. per eum allegati hoc dicunt, in quo autem differant pœnæ falſariorū iure cōmuni ſtatutæ: à pœnis iuris regij, ſuis locis per ordinē alphabeti dicimus, ne confundatur.

8 Falſificans monetam, iure ciuili perdit omnia bona. l. 2. C. de falſ. monet. iure regio medietatē. l. 164. titulo ſeptimo, libro octauo ordina. eſt. l. quinta, titulo. 17. de los perjuros, y falſarios. libro octauo. recopil. Villalob.

Hodie per. l. 57. titulo. 21. libro quinto. recopil. omnia bona amittunt. ibi. *So pena que qualquier que lo hiziere le maten por ello, y haya perdido y pierda todos ſus bienes, &c.* Sicque non eſt vera antinomia.

9 Item inſtruens teſtes: vt falſum

ſum deponant, ſi non dixerint falſum extraordinem punitur. Felin. de conatu, verbo, fallit ſecundo. Afflictis. in conſtitut. regni Sicil. rubrica quarta. l. 2. ca. qui falſitatem, iure regio punitur pœna ordinaria. l. 1. tit. 7. part. 7. iuncta. l. 6. Iure communi ideo hoc caſu extra ordinem puniri, quòd falſitas nemini nocuit, ne ſit contra doctrinam nuperà nobis traditam. & ita Felin. not. ibi.

10 Vide text. in. l. 7. titulo. 17. de los perjuros y falſarios. libro octauo recopil. quæ ex aliquorum ſententia videtur, hodie immutaſſe pœnam, legis partitę quę ſic ſe habet. *Mandamos que los teſtigos falſos, en el caſo, que ſegun las leyes de nueſtros reynos en las cauſas ciuiles auian de ſer condenados à quitar los dientes, les ſea eſta pena commutada en verguença publica, y ſeruicio de galeras por diez años: y que los dichos teſtigos falſos en las cauſas criminales, no ſiendo pena de muerte en que ſe huuieſſe de executar en el la miſma pena ſean condenados en verguença publica, y perpetuamente a galeras. Lo qual ſe entienda, y eſtienda a las perſonas que induxeren a los dichos teſtigos falſos, ſiendo de qualidad que puedan ſer condenados al dicho ſeruicio de galeras.*

11 Et licet verba huius legis hunc ſenſum pati poſsint, tamen quia pœnalis eſt, & propterea reſtringenda, ego illam intelligerem, quando teſtes falſum depoſuiſſent, nõ autem quando verum: nam pœnæ in ea expreſsę, teſtibus qui falſum dixerint imponebantur: vt patet in. l. 3. tit. 12. de los falſarios. li. 4

12 for. leg. & l. 26. ti. 11. par. 3. & ſic extẽſio fieri debet ad caſus ſimiles, qui bꝰ teſtes falſũ dixerĩt, & vbi ſimilis & par ratio verſat̃. argumẽt. l. illud. ff. ad. l. Aqui. cũ vul. illudq; ſignificare videtur illa verba. *A los dichos teſtigos falſos.* Quæ ſunt repetitiua qualitatis pręcedẽtis in teſtibꝰ, & cúm pœna legis partitę mitior ſit, ſi caſus euenerit eã ſequerer. Sed maturius cogita.

13 Falſum ſupponens partum alterius, iure ciuili punit̃ pœna mortis. l. 1. C. de fal. iure regio in inſulã deportatur, & perdit bona. l. 3. ti. 7. par. 7. iuncta. d. l. 6. ſed cum pœna deportatiõis abolebit ab vſu, pœna arbitraria puniri debere affirmat Villal. ex ſententia Gre. Lop. ibi Gandi. de malef. ſub rubrica de falſ. allegantem. Villalob.

14 Tu dic, ꝙ licet iure cõmuni pœna deportatiõis ab vſu receſſerit, iure regio non expreſsè ſeruandã præcipit. l. 1. ti. 24. de los condenados a que ſiruan en alguna iſla, o en galeras. li. 8. reco. & idẽ iubet đ pœna in metallũ: & licet verũ eſſet quod Villal. vult, nõ punirẽtur pœna arbitraria, nã. l. 4. ti. 24. pręcipit, ꝙ quoties cõmutatur pœna corporalis, fiat cõmutatio ad triremes,

15 ſcilicet, a pena de galeras. & ſic tollit arbitriũ iudicis. idem diſponit. l. 7. eiuſdẽ tituli, ex quo percipies nõ eſſe vera, quę de iure regio tradidit, nec antinomia.

Et

Et de partu ſuppoſito vide diligenter AEgidiũ Boſſ. in praxi ſua crimi. titulo de partu ſuppoſito.

16 Famoſum libellum, aut carmen in alterius iniuriam faciens, vel inuentum manifeſtans, iure ciuili, authore Villalobos, ſi probauerit crimina, in libello contenta eſſe vera, vel talia quòd reipublicę expediant publicari, non punitur. allegat. l. 1. & ibi Salicet. C. de famos. libel. iure regio, licet probet eſſe vera, punitur, nec admittitur, ſi vellit probare. l. 3. titulo. 9. part. 7. Villalob.

17 Adde, etiam iure cõmuni puniri, quando ſunt vera crimina in libello poſita. pœna. l. primę. C. de famos. libel. & ita communiter intelligunt. dd. eam legem contra Salicet. vt refert Antonius Gomez in tomo. 3. titul. de iniuriis in principio. & Dominus Præſes Couar. capitul. 11. lib. 1. variar. reſolutio. numero. 6. verſiculo, ſecundo eadem ratione deducitur. & Petrus à Plaza in cap. 3. epito. delictor. nu. 2. ſicque non erit antinomia.

18 Fœudum iure cõmuni poſſunt concedere perſonę particulares, etiam ſi non ſint conſtitutæ in dignitate. tenet Bald. in capitul. 1. de his qui fœud. dar. poſſ. §. Marchio. numero octauo, & Curci. Iun. de fœud. in ſecunda partita ſecundæ partis. quæſtione. 4. numero. 12. cõmun. dicit. iure regio per. l. 3. titul. 26. part. 4. enumerantur Imperatores, Reges, Magnates, Archiepiſcopi, Epiſcopi & alij Prælati. approbata opinio. Nicol. de Neapoli. in. d. capitu. 1. qui ſolis conſtitutis in dignitate hoc eſſe permiſſũ dicit: alioquin in vanum per legẽ noſtram illæ perſonę enumerarentur. Hæc Villalob.

19 Lex partitę non negat fœudum dari aliis perſonis, quàm ibi enumeratis, & ratio Villalobos, quòd fruſtra enumerarentur, non concludit, quia illæ perſonæ, loco exempli, & ratione maioris frequentiæ, ibi ponuntur: & ſic non fruſtra & in capitulo primo de his qui fœud. dar. poſſunt. enumerantur etiam Epiſcopi, & Archiepiſcopi, Marchiones, & Comites: ſed non propterea ſequitur quòd alij non poſsint fœudum dare: vt notat Baldus in dicto. §. Marchio. numero octauo, & Vldari. Zaſi. in tracta. de fœudis numero. 31. Petrus Rebufus in declaratione fœu-

20 dorum circa principium, qui alios allegat. & cum Petro de Bellaper. Hoſtienſe, & Ioan. de Saxoni. tenet, quòd omnis qui iure non prohibetur, & liberam habeat bonorum adminiſtrationem, poterit in fœudum concedere.

21 Sed dubitatiõis gratia poſſet quis ☞ dicere, oẽs eſſe à iure ꝓhibitos in fœudũ cõcedere, quibus expreſsè nõ permittitur: quod ꝓbãt ex titulo de his qui fœudũ dare. poſſunt, vel non. iũcto tex. in princip. quod argumentũ valere nemo negabit. l. 1. & ibi omnes. ff. ſi cert. petatur.

titulus

titulus ergo eſt de his qui fœudum dare poſſunt, vel non. tex. vero declarat perſonas qui poſſunt dare, ergo reliquæ perſonæ, quę ibi non exprimuntur & enumerantur non poterunt dare, aliàs non conueniret rubrum (vt aiunt) nigro, & ſuperflua eſſent illa verba tituli qui non. et ſi communis doctrina eſt
22 vera, malè inſcribitur ille titulus, & textus.

Et ſic intellectus verior videtur opin. Nicol. de Neapol. Iſernię, & ſequentium: quam iubat natura fœudorum, quæ dignitatem quandam habent, vt eſt text. & ibi not. feudiſtę. in. ſ. pręterea ducatus. de prohibita fœudi. aliena. per Federic. Caſ. in conſuetudi. Burg. titulo des freds. ſ. 6. nu. 7. qui dicit in hoc neminem diſcrepare, dignitatem autem dare non poterit, qui non habet: nec cuiuſlibet conditionis homo capax erit dandi illam, nec accipiendi quidem: quare licet communis opinio vera ſit, meo iuditio non poſſet locum ſibi
23 vendicare in fœudis nobilibus, quæ à ſolis principibus, Marchionibus, & Ducibus, qui dignitatem, & iuriſdictionem habent, conceduntur, vt not. Caſa. in loco ſuprà allegato. ſ. ſeptimo, verſiculo, ſelon la nature de icelui. numero. 3. nec item habebit locum in aliis fœudis, qui dignitatem aliquam peculiarem pręſe ferrent. Sed tantum in fœudis ruſticis, quibus fortaſis non vtimur in Hiſpania, hoc-

que inuere videtur. l. 1. d. titulo. 26. part. 4. in diffinitione fœudi. *Fæudo* dize, *es bien hecho queda el ſeñor a algun home para que ſe torne ſu vaſſallo e el faze omenaje de ſer le leal*. Quæ non cadunt in hominibus plebeis, & dignitatem non habentibus. Sicque poſſes adhuc ſuſtinere antinomiam Villalobos. Sed maturius cogita: quia noua, & à nemine quē viderim tacta.

24 Fœudum ſimpliciter, etiam conceſſum comprehendit omnes deſcendentes maſculos, in infinitum: de conſuetudine fœudorum. capitul. 1. ſ. hoc autem notandum. de his qui fœud. dare poſſunt. iure regio non tranſcendit nepotes. l. 6. titulo. 26. part. 4. Villalob.

25 Fœudum perditur ſi vaſſallus eleuauerit manum contra Dominum, ex conſuetudine fœudorum, etiam ſi non eiiciat, aut percutiat. ſ. porrò. quæ fuit iuſta cauſa benè amit. in vſib. fœud. iuncta. l. item apud Labeonē. §. primo. de iniur. iure regio per. l. 8. tit. 26. par. 4. requiritur adiectio manus, nō tamē vulneratio. vt Albaro. dicebat in. d. §. Villalo.

Quod de iure cōmuni dicit, intellige, ſi vaſſallus fecit quod potuit, & non ſtaterit per eum quominus manum iniecit in dñm: nam ſi vltro ſe abſtinuerit pœnitentia ductus, non amittet fœudum eo iure. text. eſt expreſſus. in. §. ſi voluerit. de capitaneo qui curiam vend. in vſib. fœud. Zaſ. in tract. de feud. titulo

titulo de fœud.amiſ. nu.28. quod verò ď iure regio intellige fœudū amittere,licet nō iniecerit manus in dñm,ſi tamē fecit quod potuit, & per eum non ſteterit quo minus iniecerit.per.d.l.8.& ſeq.ibi. *Queriendo herir,&c.*& ibi. *Si ſe trauajaſſe,* & ibi.*E ſi ſe trauajaſſe en alguna manera.* Nulla ergo eſt antinomia.

27 Fœudum non amittit vaſſallus ſi fratrē Domini occidat, iure cōmuni, fœudorū.c.1.an ille qui occidit fratrē dñi.in vſibus.fœud.iure regio amittit,per.l.9.tit.29.part.4.

28 Fideiuſſor ſi ſe obligauit in pluſquā principalis, in nihilo tenetur iure communi.glo.in.§.fideiuſſo. inſti.de fideiuſ.& in.l.pecunia. C. de vſur.eſt.cōmu. opinio, vt Imol. exiſtimat in.l.Grecè.§. illud.de fideiuſſor.iure regio per.l.7.titulo. 12.part.5.in eo quod principalis tenetur in plus,non approbata gloſ. in.d.§.illud.Dominus Præſes Couar.in capitu.quamuis.part.2.§.6. Contraria opinio quòd teneatur fideiuſſor in eo quo principalis, iure ciuili,eſt communior,& verior, vt probat Ferdinand.Mencha.lib. 1.quæſtio.illuſt.cap.40.nu.5.& Emanuel Xuarez in theſaur.receptarum ſentētiarum, verb.fideiuſ.nu. 129.& ſic non erit antinomia.

29 Fideiuſſor ſi ſcienter ſe obligauit in plus,quàm principalis, iure communi in nihilo tenetur. Ioan. Faber in.§.fideiuſſores. inſtitu. de fideiuſſor. Grego.Lopez in.d.l.7. gloſſ. non vale, caſiaduria,in fine. iure regio in totum tenetur.per.l. „ 3.titul.1.lib.3.ordi.quæ eſt.2.titul. „ 16.lib.5.recopil.

30 Fideiuſſor qui diu ſteterit in obligatione,poteſt petere vt à fideiuſsione liberetur iure communi. l.Lutius Titius.ff.mandat.& tempus relinquitur arbitrio iudicis. „ Menoch.li.2.queſt.arbit.iudi. cen„ turia.1.caſu.40/iure regio per.l.8. titul.18.lib.3.for.leg.ſublatum eſt arbitrium,& tempus redatum ad annum/ſed.l.14.titulo.12.part.5. concordat cum dicta lege Lutius. /ideoque probandus eſſet vſus. l. fori. Villalob.

31 Fideiuſſor minoris proximi pubertati obligatur ad pœnam commiſsi, iure ciuili.l.ſtipulatus. de fideiuſſ.l.ſi pupillus.ff.de arbit. iure regio per.l.25.titu. 4.par.3.fideiuſſor pro minori quatuor decim annorum non obligatur.

„ A contrario ſenſu probat lex illa „ ibi. *Seyendo mayor de quatorze años, &c.* Villalobos.

32 Fideiuſſores plures inſolidū iure cōmuni poſſunt petere beneficiū diuiſiōis,ex epiſtola diui Adriani. de qua in.l.inter fideiuſ.ff.ď fideiu. l.1.C.de cōſt.pecu.§.ſi plures. inſt. eod.l.nō recte.C.eodē.Iure regio nō poſſūt petere.l.8.tit.12.par.5.& ratio dictæ legis non rectè.qua dicit, ꝙ ſi ſimpliciter eſſent obligati tenebantur inſolidum, licet non exprimeretur, tollitur per legem noſtram, qua fideiuſſores ſimpliciter obligati, pro rata & non in

ſolidū

ſolidum niſi hoc expreſsè dicatur, obligantur. Villalob.

33 Hæc antinomia obſcura eſt, & manca, egetq; declaratione, quare tu ſic dices. fideiuſſoribus inſolidum obligatis, iure communi competit beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani.l.non recte.C.de fidei. iure regio ſi expreſſè inſolidũ obligẽtur, nõ concedit hoc beneficiũ dictæ legis octauæ.

34 Item fideiuſſores ſimpliciter obligati iure communi inſolidum tenentur, per iura ſupra allegata, iure noſtro per.d.l.8.pro parte tantũ tenentur, ſi omnes ſint ſoluẽdo.

35 Ex quo ſequitur alia antinomia, quòd iure communi beneficium diuiſionis cõpetebat fideiuſſoribus, ex priuilegio, & ope exceptionis, & facto iudicis. vt not. gl. in.d.l. inter fideiuſſores, & gloſſ. Greg. Lopez in ea.l. 8.hodie iure noſtro competit ipſo iure, & licet nõ opponeretur exceptio, nõ poſſent exequi, aut conueniri inſolidum, ſi alij confideiuſſores eſſent ſoluẽdo tempore litis motę: quod cõſtare debet facta prius excuſsione in bonis eorum: quòd ſi ſoluendo non ſint, etiam inſolidum tenebũtur.per.d.l.8.tit.12.part.5. tamẽ hoc hodie correctum eſt per.l. D. » Henrici Matriciam, quæ.eſt.l.1.tit. » 16.de los contractos lib.5.recopil.

36 cuius verba ſunt. *Eſtablecemos quæ ſi dos perſonas ſe obligaren ſimplemente por cõtracto, o en otra manera alguna, para hazer y cũplir alguna coſa, que por eſſe meſmo hecho ſe entiendã ſer obligados cada vno por la mitad, ſaluo ſi en el contracto ſe dixere que cada vno ſea obligado inſolidũ: o entre ſi en otra manera fuere cõuenido, y eſto no embargãte: qualeſquier leyes đ derecho comun que contra eſto hablan. &c.* Et ſic habes pulchram antinomiã iuris noſtri, nempe, quòd iure antiquo partitarũ fideiuſſores ſimpliciter obligati, ſi alij confideiuſſores non eſſent ſoluendo, tenebantur etiam inſolidum, vel pro parte eorum, qui pauperes inueniebantur: iuxta regulas iuris communis, hodie iure nouo licet non eſſent ſoluendo pro parte virili, tantum tenebuntur: & ipſo iure fit diuiſio debiti ab initio: quod nota, quia vtile, & à nemine quem viderim, animaduerſum fuit.

37 Præterea ex prędictis deducitur alia antinomia, inter ius commune & noſtrum: nam illo iure cùm fideiuſſores ſimpliciter obligabãtur, vt inſolidũ conueniri poſſent, renunciare tenebantur illud beneficiũ diuiſionis, ſed iure noſtro nõ eſt neceſſaria illa renunciatio. vt not. Greg. Lopez in eadẽ.l.8. quia non obligantur inſolidum, & licet renunciauerint tali beneficio, niſi inſolidum expreſsè eſſent obligati, non propterea inſolidũ conuenirentur: ſicq; percipies, in aduertẽter, ac ſuperfluè tabeliones idiotę in hui⁹modi fideiuſsionũ inſtrumentis has renũciationes inculcare, quod etiam nota, nam prima facie videretur tibi contrarium.

Si vnus

38 Si vnus ex pluribus fideiuſſoribus inſolidum obligatis, ſoluerit totum debitum: poteſt petere, vt ſibi actiones cedantur cõtra alios confideiuſſores, etiam ex interuallo. Bartol. in. l. Modeſtinus. ff. de ſolu. iure regio incontinenti debet petere, vt ſibi actiones cedantur: aliàs non poterit conuenire confideiuſſores. l. 11. titulo. 12. part. 5. approbata. gloſſ. in. l. Papinianus. ff. mandat. Villalob.

39 Intellige ſanè: nam lex illa parti. nõ ita generaliter loquitur, ſed quãdo fideiuſſor ſoluerit debitũ, & non declarat cuius nomine ſoluit: aut ſuo, aut debitoris, nam ſi eo caſu non petit ceſsionẽ incontinenti, ex interuallo non poteſt: verba legis ſunt. *E ſi alguno de los fiadores pagaſſen todo el deuido ſimplemente non diziendo, que lo facia en nombre del deudor principal ni ſuyo, ſi luego que la pagas &c.* Et ſic dicta lex parti. concordat cum. l. Modeſtinus. de ſolutio. & non eſt antinomia.

40 Fideiuſſor non obligatur iure communi niſi mediante ſtipulatione. l. 5. §. ſatis acceptio. de verb. obliga. cui aſtipulatur. l. 6. titul. 12. part. 5. iure regio nouo per. l. 3. tit. „ 8. libro. 3. ordin. quæ eſt. l. 2. titulo. „ 16. de los contractos. lib. 5. recopi. obligatur ſine ſtipulatione, vide Dueñas in reg. 332. Villalo.

41 Filius emancipatus iure communi ſub cõditione exhęredatus, expreſſa cauſa legitima exhæredationis, ſi pendente conditione teſtator deceſſerit, valet teſtamentum. Emanuel coſta in. ꝟ. & quid ſi tantum. pagin. 160. Mencha. lib. 2. de ſucceſsion. creatio. §. 20. part. 3. numero. 182. iure regio emancipatus, nec ſub conditione exhæredari poteſt. l. 3. in. fin. titul. 7. partit. 7. iidem authores vbi ſupra.

42 Filius vt dici poſsit naturalis, iure cõmuni requiritur, quòd ſit natus ex concubina vnica retenta in dom. l. nuper. C. de natur. liber. &. ꝟ. quibus. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. iure regio ille dicitur etiã naturalis, inter cuius parentes poſſit contrahi matrimoniũ: licet non „ retineatur in domo. l. 11. Tauri: eſt. „ l. 9. titul. 8. libr. 5. recop. Villalo.

43 Filius naturalis iure communi non excludit aſcendẽtes. authen. licet patri. C. de natura. lib. iure re„ gio per. d. l. 10. Tauri: eſt. l. 7. d. ti. 8. „ lib. 5. recopi. matri ex teſtamento, & ab inteſtato eſt legitimꝰ hæres, excluſis parentibus: patri vero ex teſtamento tantum. Villalob. Sic „ corrigitur hoc caſu. l. 8. ti. 13. par. 6.

44 Iure communi filius naturalis ſuccedit deficientibus filiis legitimis, & vxore, in duabus vnciis. iure regio etiam excludit vxorẽ per. l. 9. tit. 13. part. 6. Ant. Gomez in. d. l. 10. Tauri. num. 4.

45 Filius natus ex damnato coitu iure ciuili, non eſt alendus à patre, vel matre: nec poterat ei aliquid relinqui authen. ex complexu. de inceſt. nup. Dueñas latè in regula. 366. ampliat quatuor modis, & limi-

&limitat vndecim. Iure regio per. d.l. 9. Tauri:tam per patrē, quàm per matrem poteſt relinqui quinta pars bonorum, etiam ſtantibus filijs legitimis,& eſt alēdus. Villa.

46 Vide tu Illuſtriſſ.D.Præſi. Coua. in epit.4. part.2.ca.8.ſſ.6.nu.8.vbi de intellectu authē. ex complexu. &.c.cum haberet. de eo qui duxit in matri.quam polluit per adulter. diſputat,& probat iure ciuili parētes teneri ad alimenta liberis,etiā ſpuriis præſtanda,iuxta naturę neceſsitatem:& ne fame pereant:iure canonico iuxta filiorū dignitatem,& ita concordat ius canonicū cum ciuili,& concordabis tu antinomiam iuris noſtri,& cōmunis.

47 Item iure ciuili filij naturales ſuccedebant matri ab inteſtato extantibus legitimis,& ſi mater eſſet illuſtris non ſuccedebant,nec deficientibus legitimis. l. ſi qua illuſtris. C.ad Orfici. iure regio,ſi adſint filij legitimi,non ſuccedunt:& ſi non ſuperſunt, licet mater ſit illuſtris ſuccedunt. per. d.l.Villalo.

Supra litera baſtardus, diximus filium naturalem iure communi etiam matri illuſtri ſuccedere.per.l.ſi qua illuſtris.quæ ſucceſſionem ſpuriorum,nō naturalium prohibet.

48 Filio ſpurio ſi fiat donatio contra legis diſpoſitionem, pertinet primo hęredi ſcripto,& poſt eum, venientibus ab inteſtato. Bart.in. l.hæred.C.de his quib. vt indign. vbi Alexand.num. 3.dicit eſſe magis cōmunem,iure regio,non ſperato hęrede ſcripto,alij poſſunt petere.approbata Azo.opin.in ſumma de natur.liber.l.10.tit.13. par.6. vbi.not.Grego.Lopez diligenter more ſuo. Villalo.

49 Filius iure communi per matrimonium non liberatur à patris poteſtate.l.quęcunq;.C.de bon.quæ liber. l.inter liberos.ſſ.filiusfamilias.ad.l.Iul.de adult. l.filius licet. C.de collatio.l.ſi vxorem de condit.inſer.ſſ.1.inſti.ad Orfic.&.ſſ.ita. de iniur.iure regio liberatur. per. » l.47.Tauri,eſt.l.8.tit.1.de los caſa » mientos.li. 5. recopil. Villalob.

50 Filiæ,& patri competit actio dotis iure communi:& patri vſumfructum dotis, ſoluto matrimonio. l. doſà patre.C.ſolut.matri. Cur.Iu. in conſi.152. nu.1.&.3.com.dicit:iure regio per.d.l. 47. Tauri : cū filia liberatur à patria poteſtate per cōtractum matrimonij, ei & non patri competit actio dotis: nec habet pater vſumfructum. Villalob. » Id corrigitur per.l.5.tit.17.part.4.

51 Filia nupta iure communi non poteſt diſponere de ſua dote. l.ſeniū.& ibi.dd.c. de teſta.iure regio poteſt.per.d.l.47.Tauri. not.Pala. Rub.in.l.5.nu. 4.eodem. Villal.

Quod de iure communi dicit,intellige,ſi filia ſit in patris poteſtate:ſecus ſi ſit emancipata, vel pater eſſet mortuus, nam niſi pactus fuerit,quòd non diſponat, poterit teſtamentum de dote facere,& liberè diſponere.per tex.in.l. vni. ſſ.

videamus. de re. vxor.actio. gloſ. & dd.in.d.l.dos à patre.

52 Filiusfamilias iure ciuili non poteſt teſtari.inſti.quib.nõ eſt per miſſ. facere teſta.in principi.l. qui in poteſtate.&.l. filiusfamilias.&. l.ſi filiusfam.ff.de teſtam.l.13.titul. 1. part.6.iure regio nouo poteſt te »ſtari.l.5.Tauri:eſt.l.4.titu.5.de los »teſtamentos.libro quinto. idemq; eſt in filiafamilias. Villalob.

53 Filia vel filiusfamilias iure communi non poteſt ſine conſenſu patris donare,nec de bonis quib⁹ patri vſusfructus non acquirebatur. gloſſ.& Paul.de Caſt.in.l. ſenium. C.qui teſt.fac.poſſ.iure regio per. d.l.5.poterit donare. Villalob.

In regno Nauarrę filiusfamilias ante, & poſt matrimoniũ contractum,ſi habeat legitimam ętatem, & teſtari,& donare poteſt. cap.13. ti.7.de los teſtamentos.lib.3.fori.

54 Filio inteſtato iure cõmuni in bonis paternis ſuccedit pater; in maternis mater.Bar.in auth.itaque.l. commu. de ſucceſſ. Illuſtriſsimus D.Præſes.Coua.in epitom.de ſuc ceſſ.ab inteſt. communem dicit. num.2.iure regio per.l.4.titulo.13. »part.6.&.l.6.Tauri: quę eſt.l. 1.tit. »de las herencias.8.li. 5. recop.qua liter ſuccedunt. Villalo.

Contraria opinio,quòd iure cõmuni æqualiter ſuccedant parentes, eſt etiam commun.& verior, teſte eodem Domino Couarrub. in loco proximè allegato : quare non rectè conſtituitur antinomia.

55 Verius poſsit deducere aliam antinomiam ex ea.l.6. Tauri. nempe, quod iure communi filius, ſiue hæres inſtitutus ſub conditione, reſtituere grauatus adueniente conditione , poterit retinere duas quartas,legitimã, & Trebellianicam:iuxta diſpoſitionem capit. Rainuntius. de teſtament. & quę not.dd.in.l.cẽturio.ff.de vulg. iure noſtro cùm per dictam legem pater poteſt liberè diſponere de quinto , etiam ſi liberos, & deſcendentes habeat , item & filius poterit diſponere de tertio bonorum , licet aſcendentes ſuperſtites relinquat:ceſſatq; illa controuerſia.& licet ab eis legetur dicta quinta pars , vel tertia , non poterũt deducere Trebellianicã, quia ille cui relinquitur,iudicatur legatarius: vt not. Gregor.Lopez in.l. 12.titulo quinto, part.6. gloſſ.fina. & eruditiſsimus Dominus Ludouicus de Molina regius in ſuppremo conſilio ſenator præſtantiſſ.in celeb. tracta. de primogeniis Hiſ paniæ libro primo.capitul. 17.nu. 26.De iure regni Nauarræ vide ſupra litera. A.verſiculo auus.

56 Filiæ ſpuriæ ſi fundus pro dote, aut pro alimentis detur: poſt eius mortem ad patrem , vel eius hæredes reuertitur, iure communi. Bald.in.l. eam, quam. numero 41.C.de fideicommiſſ.Deci.conſ. 311.numero quarto. Pala. Rub. in repeti.capit.per veſtras. §. 24. nu. 4. Iure regio non ſolũ quoad vſum

fructum

fructum verum, & quoad proprietatem tranſiit in filiam.l.9.&.16.
» Tauri.eſt.l.7.titulo octauo libro.
» 5.recopil.

57 / Quod etiā iure cōmuni tranſeat ad hęredes filij ſpurij, ſaltim vſque ad pretium, & quantitatem neceſſariam ad alimenta, eſt com. vt refert Pau. à Montepico in.l.Titia cũ teſtamento. §. Titia. ff. de lega. 2. Thom. Ferrarieſ. cautel. 2. Xuarez in.l.1.titu.6.lib.3.Fori. Grego. Lopez in.l.10.tit.13. part.6.ver. hæredad. & Illuſtriſsimus Dñs Præſes Coua. diligenter in epit.4. part.2. c.8.§.6.n.15/ & quod de iure regio dicit, intellige ſi fundus, aut res donata nō excedat quintam partem bonorum: nam in exceſſu erit nulla donatio, vel dotis, aut alimentorum conſtitutio per iura ſupra allegata.

58 Filius ſecundo genitus in ſucceſſionē maioratus iure ciuili excludit nepotem, filium primogeniti. Barto. in.l.libert.ff.de oper.liber. Iure regio non excludit per.l.40.
» Tauri.eſt.l.5.titu.de los mayorad-
» gos.7.li.5. recopil. hęc Michaël de Vlli. ſed Villal. dicit duas eſſe opiniones cōtrarias. vna Barbatię, & & ſequatium, quòd nepos excluſo patruo ſuccedat, quam dicit communem Thom. Gramma. Deciſ.1. num.24. alia, quòd patruus excludat nepotem: quam etiā dicit cōmunem Iaſ. in.l.maximum vitium. numero quarto. ff. de liber. pręter. Villalobos.

Tu vide Illuſt. Præſ. D. Coua. in. c.5.li.3.vari. reſol.nu.8. & Auguſt. Bero.in.ca. dilecti filij.n.52. & ſeq. de arbitr. Viuium in tracta. cōmu. opin. litera.N. verb. nepos. & Emanuel Xuarez in theſaur. com. opin. verb. nepos. num.26. ex quibus intelliges vtramque opinionem cōmunem eſſe, quare non rectè conſtituitur inter antinomias.

Idem quod iure regio, conſtituitur iure regni Nauarræ in prag.50. lib.2. de las pragmaticas.

59 Filius ſi pater ingrediatur religionem, nō conſequitur legitimā, donec pater moriatur iure ciuili: licet æquitas canonica aliud ſuadeat. Iaſ. in authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ. numer. 51. commun. dicit. iure regio approbatur opin. canoniſtarũ, quòd poſſit petere viuente patre.l.11. titu.6. lib.3. fori. leg.

60 ☞ Contraria opinio, quòd filij nō ſuccedant, nec petant legitimam in vita patris, eſt etiam commun. canoniſtarum. vt refert Illuſtriſſ. Præſ. D. Couar. in capitulo ſecundo de teſtam. extr. numero ſepti. & veriorem eſſe defenſat Ferdinādus Menchaca, & ęquiorem in capitulo.37. quæſti. illuſt. nume.10. & Grego. Lopez in.l.17. tit.1. part.6. verſi. ſus fijos, & .l. regia fori hîc allegata, non probat contrariũ, verba eius ſunt. *Todo home o toda muger, q̃ orden tomare pueda fazer ſu manda de todas ſus coſas faſta vn año cumplido, y ſi ante del año no lo fiziere, el año paſſado no lo*

puede fazer, mas ſus fijos hereden todo lo ſuyo, e ſi fijos o nietos no tuuiere, hereden lo los parientes mas propinquos. Quę verba eò libentius inſerui, quòd de legitima nullum verbum, ſed de hæ-
61 reditate vniuerſali: quinimo de ſucceſsione eorum, quibus legitima, iure noſtro nec cōmuni debetur, ſcilicet de cognatis agit. & cū hæreditas, non dicatur viuente patre l. nihil aliud. & l. hereditas. de reg. iur. & ſimpliciter de ſucceſsione hæreditatis agatur: dicendum erit de ſucceſsione, & hæreditate mortui, & non viui intelligendum: maximè cum nullo iure dubitetur, cognatos, quibus legitima non debetur, in vita ingredientis religionē non ſuccedere, vt in dicta lege dicitur. l. fori. ergo hic erit ſenſus: quòd ingreſſus religionem, poſt annum non faciet teſtamētum, & in eius bonis ſuccedent filij, aut cognati eo mortuo, ab inteſtato, ſicque nō erit antinomia. interim
62 tamen monaſterium tenebitur liberis alimenta, & dotes præſtare: iuxta eorum qualitatem, & bonorum quantitatem, vt pater tenebatur. not. in locis nuper allegatis.

63 Filius legitimatus per reſcriptum principis, ſi tempore legitimationis, non habebat fratres legitimos, ſuccedebat cum eis. iure communi. Bald. in. l. ex facto. ff. de vulg. & pupillar. & Abb. in cap. per venerabilē. qui filij ſint legitimi. numero. 30. Bald. item in lege eam quam. C. de fidecommiſſ. iure regio in nihilo ſuccedunt. per. l. 12.
„ Tauri: eſt. l. 10. titulo. 8. de las he-
„ rencias. libro quinto recopil. per quam corrigitur. l. 9. titulo. 15. par. 4. Villalob.

64 Filiorum ſpuriorum legitimatio non reuocatur per ſuperuenientiam filij legitimi. Ripa in. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. queſtio. 2. numero. 52. magis commun. dicit. iure regio, quoad ſucceſsisnem parentum reuocatur, per. d. l. 12. Tauri. Villalob.

65 Filius adoptiuus excludit patrem patris adoptantis, à ſucceſſione inteſtati, iure ciuili. l. 2. §. liberi. ad Trebell. ff. Angel. in. §. ſed ea omnia. inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſt. numero ſexto. Iure regio non excludit, cùm parentes ſint le-
„ gitimi hæredes. l. 6. Tauri: quæ eſt
„ l. 1. titulo. 8. libro quinto. recopil. Villalobos.

Quod de iure communi dicit, intellige de rigore; & non de ęquitate: & ſi adoptio non fuit facta in fraudem: vt not. idem Angel. vbi ſuprà.

66 Filius adoptiuus ab inteſtato ſuccedit, cùm aliis filiis legitimis. iure communi. l. ſi te parens. C. de ſuis, & legitimis hæredibus, cui aſtipulatur. l. 9. titulo. 16. part. 4. iure regio nouo non ſuccedit
„ per dictā. l. 12. Tauri: quæ eſt. l. 10.
„ titulo octauo, libro quinto recop. Villalobos.

Illa lex non loquitur de filiis adoptiuis, ſed de naturalibus, & ſpuriis

ſpuriis legitimatis, vera tamen eſt antinomia. per. l. 5. titu. 6. lib. 3. for. leg. & l. 1. titu. 22. li. 4. reaſſumptas & declaratas per. l. 12. titu. 6. de las mejoras. lib. 5. recopil. not. Greg. Lopez in. l. 8. titulo. 16. part. 4. glo. finali.

67 Filij nati antequàm pater committeret crimen læſæ maieſtatis, iure ciuili efficiuntur infames, & in ſucceſsibiles patri. not. in. l. quiſquis. ad. l. Iul. mageſt. & dicit communem Claud. Aquen. in. l. ſi quis id quod. ff. de iur. omni. iud. Didacus Perez in. l. 3. titulo nono, libro quarto ordinam. iure regio per dictam. l. 3. & per. l. 6. in fine. titul. 27. par. 2. diſponitur contrariũ. Greg. Lopez in. l. 2. titu. 2. par. 7. verb. *Sus hijos.* Villalo.

68 Contraria opinio, quòd nati ante commiſſum crimen non efficiantur infames, eſt etiam communis iure ciuili, vt teſtatur Alciatus in conſ. 467. numero ſeptimo. Gigaſ. in tracta. de crimine læſæ maieſtatis, queſtione quinta. numero ſecũdo. Iulius Clarus. li. 5. recepta. ſenten. in. §. de crimine leſæ maieſtatis, verſiculo, fuit etiam: & quia æquior eſt, ſequenda, & non erit antinomia.

69 Filius iure ciuili tenetur conferre libros cauſa ſtudij ei à patre donatos: ſi ſtudium non compleuerit. alleg. Villalob. Bart. in. l. 2. §. nec caſtrenſe. nume. 2. ff. de colla. bonorum. & Didacus Perez in. l. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. qui dicit commu. Iure regio, ſiue compleuerit, ſiue non, tenetur conferre. l. 4. ti. 4. par. 4. & l. 5. ti. 15. par. 6. Villalob.

Falſò allegat. l. 4. titu. 4. part. 4. nam eſt. l. 3. tit. 4. par. 5. & leges iſtę & authores per eundem Villalobos allegati contrarium expreſſè dicunt, quòd non tenetur conferre, quare crederem vitio typographi eſſe corruptum.

70 Et aduerte quòd malè intelligit mentem Bar. qui hoc caſu, ſcilicet cũ filius nõ compleuit ſtudium in vita patris, ita diſtinguit. aut donatio librorum morte patris cõfirmata fuit, & non conferet: aut in vita patris valuit, & morte non fuit confirmata, & conferre tenetur: & hãc eſſe communem, & veriorem aſſerit Ripa in. l. in quartã. ff. ad. l. Falc. nu. 168. Anto. Gomez. l. 29. Tauri, nu. 17. & Dida. Perez vbi ſuprà, verſiculo, ſeptima cõcluſio. legem autem partitę reſtringe vt Greg. Lopez ad libros neceſſarios ad diſcẽdum. ibi. *En que aprendieſſe, &c.* In aliis vero non neceſſariis ad diſcendum, licet eſſent neceſſarij ad munus aduocationis, prædicationis, vel lectionis, & ſimiles non procederet deciſio illius legis, & teneretur filius conferre æſtimationem eorum: ex Greg. Lopez ſententia, quæ ſatis æqua videtur.

Et ex ea collige veram antinomiam inter ius noſtrum, & commune: nempe quod iure commu-
71 ni filius non tenetur conferre: cum donatio morte patris cõfirmatur,

 quia

quia habet vim relicti in teſtamento, aliàs tenetur. Iure noſtro ſine diſtinctione non confert libros ad diſcendum neceſſarios.

72 Collige item aliam antinomiã; quòd iure communi pater poterit reuocare donationem librorum factam filio in poteſtate ſua conſtituto. Barto. Paul. Caſtr. & alij in l. filiæ cuius. C. famil. hercis. & Gregor. Lopez in d. l. 5. iure noſtro ex libris neceſſariis ad diſcendum nõ poterit reuocare, quia donatio ſtatim valet. per l. 3. ti. 4. par. 5. in fin. ſupra allegatam, & Grego. Lopez ibid.

73 Filia ſi non vult patri ſuccedere, non tenetur conferre bona ſibi data ab ipſo patre in dotem, etiam ſi in ea dote omnia bona patris conſiſtant, iure communi, ex opinione Villalobos, qui allegat: l. fin. ff. de colla. dot. & quòd pater poſsit dare omnia bona in dotem probat ſic, quia inquit, poteſt dare omnia bona titulo oneroſo. l. 1. & 2. ff. ſi quis in fraud. credi. & dos eſt titulus oneroſus. l. pro honoribus. C. de iure dot. Bartol. in l. fin. §. finali. quæ in fraud. cred. ergo poterit dare. Iure regio per legẽ. 24. Tauri: quę eſt. 10. titulo ſexto, libr. 5. recopil. dos inofficioſa reuocatur vſque ad legitimam, & tertiã, & quintam partem bonorum.

74 Sed nouiſsimè per. l. 101. in curiis Madrid año. 1534. quę eſt. l. 1. tit. 2. de las dotes. li. 5. recopil. taxata eſt, & redacta ad quantitatem certam in ea expreſſam, quam Petr. Nun. de Aueda. in tract. de exequen. mãd. reg. capitulo. 14. num. 8. & ſequen. limitat, & reſtringit ad perſonas quæ habent redditus opulentos annuos, in pecunia conſtitutos: nam ſi generaliter intelligeretur (ex illius ſententia) ſequeretur abſurdum, quòd mulieres tenue legitimę non inuenirent viros, cũ quibus nuberent. Sed Villal. non eſſe reſtringendam eam legem exiſtimat: & cum caſus cõtingeret, arbitrio iudicis eſſe relinquendũ: vt in ſimile not. Illuſtriſsimus D. Pręſes Couarru. in epit. 4. part. 2. c. 8. §. 6. nu. 8. & Ioan. Lup. in repeti. c. per veſtras. §. 22. n. 10. Dida. Perez in. l. 22. tit. 3. li. 1. ord. de alimẽtis pręſtãdis filio clerici, vt ſi quintum bonorum de quo pater diſponere poterat, nõ ſufficiat: augeatur arbitrio iudicis, iuxta neceſsitatem alimẽtorum. Hæc Villalob.

75 In eo quod de iure communi affirmat patrẽ poſſe dare in dotem omnia bona ſua vni filiorum, errat tota via: & non poſſum ſatis mirari iſtius viri deſidiam, cùm notiſsimum ſit in iure, patrem non poſſe dare omnia bona ſua in præiudiciũ vel fraudem legitimæ aliorum filiorum, & ſi fecerit per quærelã inofficioſæ dotis, vel donationis, aut inofficioſi teſtamenti, poſſe reuocari. vt ſunt iura vulg. ff. &. C. de inoffic. donat. & de inoffic. dot. & inoff. teſt. nec obſtat. l. fin. de cola. dot.

dot.ff.nam ibi pater non donauit filię totam ſubſtantiam,ſed partē, vt apertiſsimè conſtat:aliàs non eſſet hæreditas,quam diuidere poſſent alij fratres, nec quid ipſa filia repudiare poſſet: præterea quod notatur in.l.1.&.2.& Bart. in.l.fin. ſ.final.quæ in fraud.cred. nihil faciunt: nam loquuntur in conſanguineis quibus legitima non debetur.

76 In eo verò quod de lege regia de dotib⁹ dicit,vide tu Gaſpar. de Baeça in repeti. eiuſdem.l.c.4.vbi contra Auend.tenet,eam generaliter intelligendã, & comprehendere omnes, etiã qui redditus annuos in pecunia non habent: cùm fructus,ſeu prouentus bonorum facile ad rationem redditus annui in pecunia redigi poſsint.Et qui vellet ſequi eius opinionē,poſſet reſpondere his quæ Villalo.tradd.de alimentis ex Illuſtr.D.Pręſ.Coua. & Pala. Rube. quòd loquuntur de alimentis, quę iure naturali debentur filijs.

77 Et licet lex ciuilis potuerit ea alimenta limitare, quando excedunt quantitatem neceſſariam ad vitæ ſubſidium: non tamen potuit minuere nec tollere, ea quæ ſunt neceſſaria ad vitę ſubſidium, quare ſi quintum bonorum non ſufficeret, meritò iudex arbitrio ſuo ea taxabit:quę quidem ratio ceſſat in dote.Sed nihilominus mihi ſatis arridet Villa.opinio quòd caſus ea lege non expreſsi, relinquãtur arbitrio iudicis:quia in illa redductione, & computatione fructuum ad rationem redditus pecuniarij mul-

78 tæ fraudes, & ambages fieri & excogitari poſſent: cùm plurima inueniantur bona, quorum fructus deductis oneribus, & expenſis ad rationem pecuniæ redditũum redacti,nihil redderent,aut ſupereſſent:& alia quæ attēta eorum qualitate,vel alia ratione ſi venderentur, vel eſtimarentur,plurimũ valerent,& tamen nihil fructuum aut redditus præſtant:& his, & ſimilibus caſibus non poteſt dari certa regula conſtituendi dotes.

79 Et argumentum ab alimentis ad dotem valet, vbi eadē, vel par ratio eſt:vt diligen.ꝓbat Euerard⁹ in loco ab alimentis ad dotem, & contra.Nec negari poteſt dotem loco alimentorum præſtari:quare ſubrogatum debet naturam ſubrogãtis ſequi, vt iura sũt vulgaria.l.ſi cum.§.qui iniuriarũ.ff.ſi quis caut. l.parabolam.C.de Epiſ.& Cler.ſ. fuerat.inſtitu.de action. ergo ſicut alimenta arbitrio iudicis conſtitui diximus,ita & dos loco alimentorum ſubrogata,conſtituetur. & ex his corrigitur.l.5.titu.7.part.6.quę pro quantitate bonorũ, & viri qualitate Titiam dotare permittebãt.

80 Fiſcus iure ciuili ſuccedit, excluſis agnatis,& cognatis,& matre in bonis hæreticorum.l. Gazaros. C. de hęreti.Iure regio partitarũ non excludebantur.l.2. titulo.26. part. 7.&.l.7.titul.7.part.6.Sed vſus re-

cepit iuris canonici deciſionem, in capitulo vergentis. de hære.& excluduntur.

,, Tu dicas eſſe tex. expreſſum in.
,, lege prima, titulo. 3. libro octa-
,, uo recopil.& miror,quòd Grego.
,, Lopez de eo non meminerit.

81 Frater admittitur cum matre ad ſucceſsionem fratris inteſtati, iure communi.l. ſi quis.C. ad Tertul. iure regio ſola mater admitti-
,, tur.l.7.Tauri,eſt l.4.titulo octauo,
,, libro quinto,recopil.quæ non tan
,, tũ ab inteſtato,verùm ex teſtamẽ-
,, to locum habet.l.6.Tauri, eſt.l.1.
,, eiuſdem tituli octaui, libro quin-
,, to recopil.

82 Item ex eiſdem legibus tollitur difficultas, vtrum frater concurrat cum matre,in tutella fratris:de qua Salice.in authen.matri & auiæ.quand. mulier tuto.offi.nã ex quo non concurrit in hæreditate, non concurret in tutella.

83 Fratres vtrinque coniuncti, item auus, & auia in ſucceſsione fratris admittuntur per capita.glo. in authen. defuncto. C. ad Tertul. Bald.conſil.268.vol.4.dicit commun.Illuſtriſ.Præſes D. Couar. in epit.de ſucceſsione ab inteſt.nu. 5.verſiculo primum conſiderandum.Item fratres vtrinque coniuncti filij, ſuccedunt cum parẽtibus patrui inteſtato.gl.in.d.auth.defũcto.Iure regio ſublatę ſunt iſtę & ſimiles ſucceſsiões per.d.l.7.Tauri: ſtantibus aſcendentibus. Villalo.

Et ſic corrigitur.l.4.titulo.13. part.6.in his.& ſimilibus caſibus.

84 Fratruum filij ſuccedunt cum patruo in ſtirpem iure ciuili.gloſſ. allegat.Villalo. in capi. ſatis benè. de prohibit. fœud.aliena. per Lo-
,, tha.in vſi. fœud.ſed nihil probat.
,, eſt glo.in.l.duodecim tabularum.
,, C. de legitim. hæred. dicit com.
Zaſ.in trat.de fœud.par.8.num.19. Boer.conſ.2.Iure regio per.l.5.tit. 13.part.6.&.l.13.titul.6.libro.3.fori leg.contrariũ diſponitur,quòd ſuccedant per capita,approbata glo. in.§.hoc etiam.de legiti. agna. ſucceſ.per text. in authen. de hæred. ab inteſt.§. ſi autem. Villalob.

Contraria opinio,quòd iure ciuili ſuccedant per capita, probat veriorem Zaſ. vbi ſupra, & libro primo, ſing. reſpon.capitulo ſeptimo, eruditiſsimus Dominus Præſes Couarru.in epitom.de ſucceſsion.ab inteſt.nu.8.ſicque non erit antinomia.

Iure regni Nauarræ in ſtirpem, & non per capita ſuccedunt.cap.5. tit.8.de las herencias.lib.3. for.

85 Fratres iure ciuili ſunt in ſecundo gradu conſanguinitatis. l. iuris conſultus. ff. de gradib. iure regio per.l.3.&.4.titul.6. partita quarta. iuxta iuris canonici ſanctiones, capitulo,nõ debet.de conſang. & affini.ſunt in primo gradu. Villalo.

86 Berengarius Fernand.præceptor meus collendiſsimus in arbore ſua conſanguinitatis,articulo quarto.particula.5.nu.11.diſputat diligenter, de ratione differẽ-

tię

tiæ, cur iure ciuili duo fratres ſint in ſecundo gradu, iure canonico verò in primo:rationẽ hãc differẽtiæ tradit can.ad ſedem.35.quæſti. 5.quæ ab omnibus recepta fuit: ☞ nempe quia iure ciuili perſona addita perſonæ facit gradum, & ſic duæ primæ perſonnę duos faciunt gradus: ſed iure canonico ad primum gradum duę requiruntur perſonæ, licet deinde ad vnumquenque gradum vna perſona ſufficiat: quia dicunt ipſi (& hæc eſt rationis ratio) id cui ſeruit de iure ciuili graduum dinumeratio, per vnam perſonam fieri poteſt, cùm vna perſona ſuccedat alteri, & vnica alteri: tutor eſſe poteſt, & ſimiliter in omnibus cauſis, ſeu vtilitatibus à iure ciuili quoad gradus numerationem conſideratis: ſed matrimonium (quòd ſolum ius canonicum conſiderauit ad gradus numerandos) non poteſt contrahi niſi inter duos, ideoque duas perſonas vnum gradum facere: hanc

87 rationem, licet textualem Fernandus impugnat, & meritò, vt videbis: nam eadem ratione dicendum eſſet patrem, & filium iure ciuili duobus gradibus diſtare, ſi (vt dicit textus) duæ perſonæ duos faciunt gradus: quod falſum eſſe liquet: item quia ſi perſona addita perſonę gradum faciat iure ciuili, duo fratres ea ratione duos grad⁹ facient, & tres fratres, tres gradus facere neceſſe erit: quod quàm abſurdum ſit nemo non videt, prętérea, vti iure canonico ad matrimonium duę ſunt neceſſarię perſonę, ita iure ciuili in ſucceſsionibus, & tutellis cæteriſque vtilitatibus, eo iure conſideratis, duæ perſonæ requiruntur: nam nullus poſſet ſuccedere niſi eſſet perſona alia cui ſuccedat, neque quis tutor eſſe poterit, niſi ſit pupillus, aut perſona cuius tutelam gerat. Quare ipſe audacter cõtra omnes affirmat, iure ciuili non poſſe gradum fieri, niſi duæ perſonæ concurrant, & nouam ſatiſque perſuaſiuam ratio-

88 nem (vt idem exiſtimat) tradit: quæ talis eſt, duo aut plures fratres iure canonico, vno gradu diſtant, licet iure ciuili duobus: quoniam duo pluresue fratres, aut ſorores interſe extrema collationis in matrimonio facere nõ poſſunt: cùm matrimonium inter eos intelligi haud quaquam queat, ad quod ius canonicum gradus conſiderauit: ideoque ſimplex tantum collatio, & non reciproca inter eos facienda eſt: vnus ergo, & ſimplex erit gradus: ſed in eo quod à iure ciuili inſpicitur duo fratres, duo extrema facere poſſunt, & inter eos duplex collatio fieri poteſt: gratia exempli in ſucceſsione, ſicut vnus alteri ſuccedere poteſt, ita è diuerſo quoque alter vni.

89 Sed pace pręceptoris dixerĩ, ego nõ video cur inter duos fratres nõ poſsint cõſiderari, & fieri extrema collatiõis in matrimonio, nec ipſe

reddit nobis rationem aliquam id ſuadentem: nam ſi iure non eſſet prohibitum, poſſet frater ducere ſororem, & conuerſo ſicut poteſt ſuccedere illi, & quemadmodum, iure ciuili conſiderantur gradus ad ſucceſsionem, & alia quæ diximus, ita iure canonico ad prohibitionem matrimonij inter fratres, ſicut inter alios, vt per quàm exploratum eſt.

90 Præterea quod præceptor, & ante illum vniuerſa doctorũ ſcola tradidit, ius ciuile non conſideraſſe gradus quoad matrimoniũ: ius vero canonicum id ſolum reſpexiſſe: ſuſpectum quinimo vtrũque falſum eſſe opinior: nam ius ciuile etiam quoad matrimonium conſiderauit, ac conſtituit gradus inter collaterales. tex. ſunt quã plurimi in titulis de ritu nuptiarũ. ff. & de nuptiis. C. & inſti. vide præſertim tex. in lege fi. ff. de ritu nup. & in. §. inter eas. inſti. eodem. cuius verba ſunt hę. *Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quedam ſimilis obſeruatio, ſed non tanta, ſanè enim inter fratrem & ſororem nuptiæ prohibitæ ſunt*, et paulò poſt. *Sed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt, quamuis quarto gradu ſint, &c.* Vide quæſo quis ſanæ ceruicis negabit. I. C. non cõſideraſſe gradus quoad matrimonium, ſi hos text. legerit, fateor quidem hãc. I. C. prohibitionẽ, & gradus diſtinctionẽ quoad matrimoniũ nõ eſſe admittendã, nec ab tẽdendã: ſed iuris canonici: tamẽ non benè ſequitur ex eo, quòd ius ciuile non dinumerauit gradus reſpectu matrimonij immo abſurdũ eſt id affirmare.

Præterea æque falſum eſt, ius canonicum quoad matrimonium tantum gradus numeraſſe: nam nulli dubium eſt, etiam eo iure conſanguineos ſuccedere ab inteſtato clericis conſanguineis, in bonis propriis, & intuitu eccleſiæ non acquiſitis, vt eſt text. iuncta. gloſſ. & ibi commun. doctorum ſcola in capitulo primo, de ſucceſſ. ab inteſtato extra. & in can. quicunque. 12. quæſtione tertia, & can. vult. eadem quæſtio. & cauſa, & hac ratione neceſſario debuit dinumerare gradus conſanguinitatis, vt proximiori, & quoto gradu quiſque ſit, ſuccedat.

91 Reiecta igitur communi, & noua Berengarij differentiæ ratione, operepreciũ erit aliam perquirere, quandoquidem non ſine ratione hoc diſcrimen introductum fuiſſe exiſtimare debeamus. Ratio igitur noſtra, cur iure ciuili duo fratres in ſecundo gradu conſtituti fuerunt, hæc ſit: quia eo iure in linea collaterali non eſt, nec inuenitur primus gradus, & incipit à ſecundo. textus eſt expreſſus in lege prima. ff. de gradibus & in. §. primo eodem titulo inſtitu. ſi ergo ea linea non habet primum gradum, non poterunt fratres in eo conſtitui: & inna-

& innanis eſt doctorum inueſtigatio. Sed iam audio lectorē perquirentem, quænam ſit ratio, cur iure ciuili in linea tranſuerſali non ſit primus gradus, iure canonico ſit. de iure ciuili conabor redere, de iure canonico inſurgant canoniſtæ.

92 Ratio autem noua, & vera (niſi ipſe fallor) eſt, quia linea hæc collateralis non poteſt incipere, nec originem ſummere à ſeipſa, quin procedat, & incipiat à linea recta aſcendenti, vel deſcendenti. verbi gracia: ſi vellis ſcire in quo gradu ſint filij fratris tui, neceſſario incipienda eſt computatio gradus à perſona ſtipitis, à quo iſti deſcendunt, & ſic ſummēda eſt perſona aui, & perſona filij iſtius, qui eſt pater illorum, & frater tuus: ſed vt vides, auus eſt de linea recta aſcendenti, & filius iſtius aui frater tuus, pater eorum de cuius cognatione agitur, eſt de eadem linea recta deſcendenti, nam pater reſpectu filij, & filius reſpectu patris in linea recta conſtituuntur, & numerantur, non in collaterali. tolle ergo perſonam filij qui erat in primo gradu, & tu, fraterq; tuus eritis quoad alios collaterales in ſecundo: ſed quare non in primo, quia ſi ad primum gradum accedamus non erimus in linea collaterali, ſed in recta, in qua filius reſpectu patris computatur: ne ergo confunderentur gradus, nec vna eademq; perſona numerarentur in diuerſis lineis, I. C. conſtituerunt, vt linea collateralis inciperet à ſecundo gradu quoad alios collaterales eiuſdem lineæ: in linea recta aliud eſt, quia in ea incipit numeratio à perſonis eiuſdem, nec à ſumuntur perſonæ alterius lineæ, vt patet ad ſenſum. Ius autem canonicum non curauit has iuris ciuilis ſubtilitates, ſed cum à fratribus incipere lineam tranſuerſalem inuenerit, eos in primo gradu conſtituit.

93 Ex quibus hodie intelliges iure ciuili duo fratres non eſſe in ſecundo gradu, quia perſona addita perſonæ facit gradum, vt doctores exiſtimarunt, ſed quia in ea linea collaterali non eſt primus, quæ incipit à ſecundo, & ex eo etiam percipies veriſsimam eſſe Berengarij ſententiam iure ciuili non effici primum gradum niſi duæ ad fuerint perſonæ, vt

94 iure canonico. Quinimo meo periculo poſſes dicere, lineam collateralem nullo modo incipere poſſe niſi plures ſuperſint perſonæ: quia frater à quo incipit, non dicitur niſi alium fratrem filium eiuſdem patris habeat, quēadmodum non dicitur pater niſi filium habuerit, nec filius ſine patre, cum hæc ſit correlatiuorum natura: & quia ſi ſolus filius remaneret, non eſſet de linea collaterali cum perſiſteret in linea recta. Quæ omnia diligentius conſidera: quia ſubtilia & noua.

Frater

95 Frater iure ciuili non poteſt accuſare fratrem de delicto, pro quo eſſet frater condemnandus ad mortem, niſi ſuam proſequatur iniuriam. l. ſi magnũ. l. propter inſidias. l. ſi ſororem. C. qui accuſ. non poſſ. iure regio per. l. 4. titulo ſecũdo, part. 3. poteſt accuſare fratrem de morte domini ſui ſi alius non accuſet. Villalob.

96 Fructus bonorum mulieris extra dotem ipſi mulieri, & non marito pertinent, iure ciuili. gloſſ. & Bart. in. l. fin. C. de pactis conuen. verſiculo, circa ſe. iure regio oẽs fructus tam bonorũ mariti, quàm vxoris ſunt communes. l. 4. titul. 4. lib. 5. ordina. eſt. l. 5. ti. 9. li. 5. recop. Pala. Rub. in repetitione rubricæ. ſ. 62. latè. Villalob.

Idem quod iure regio, cauetur iure regni Nauarræ.

97 Et aliud in quo eſt antinomia, q̃ etiam ſoluto matrimonio, ſi ſuperſtes, ſiue ſit marit⁹, ſiue vxor nõ nubat, & caſtè vixerit, habet vſumfru. bonorum defuncti, donec permãſerit in viduitate, tenetur tamẽ debita defuncti ſoluere, liberos honeſtè alere, & bona conſeruare in eo ſtatu, & bonitate, qua erãt tempore mortis, vt patet in titulo. de las arras, y viudaje. qui eſt. 2. libro tertio fori. aliàs eſt titulus de fealdad, id eſt, de la fidelidad, que ha de guardar el marido, o la muger al defuncto, para gozar del vſufructo de ſus bienes. Illud tamen non ſeruatur in villanis, quos ibi. pecheros vocant, ſed inter nobiles, infançones, y hijos dalgo, & homines liberæ conditionis, capitulo primo. d. titulo. iure regio ſoluto matrimonio non habẽt vſum fructum per. d. leges.

98 Item ex ea lege euacuatur difficultas Iacob. de Rauen. quem refert Albe. in. l. 3. §. nos generaliter. de impenſ. in reb. dotal. fact. ff. qui conſiderandum dicebat, per quod tẽpus ſteterit maritus in matrimonio, vt poſsit petere meliorationes factas in rebus dotalibus: nam ſi ex fructibus perceptis ex iis rebus dotalibus poſsit ſatisfieri, melioratio non exigebat. Sed cũ iure regio fructus & lucra communicentur, non fit hęc conſideratio, Grego. Lopez in. l. vltima titul. 11. part. 4. Villalob.

99 Fructus dotis percepti per ſponſum, iure ciuili augẽt dotẽ. allegat Villa. l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matrim. l. dotis fructus. ff. de iure dot. & com. dicit Greg. Lopez in. l. 28. tit. 11. part. 4. ver. eſto es ygualdad. Iure regio per dictam legẽ, ſi ſponſus ſuſtineat onera matrimonij, non augeat dotem. Villalob.

100 Commun. opinio interpretum hęc eſt, q̃ ſi dos fuerit tradita à muliere maiori vinginti quinque annorũ, ſponſus q. onera matrimonij ſubiit, faciat fructus ſuos. quòd ſi à minori muliere tradita fuerit, licet onera matrimonij ſubſtinuerit, nõ facit ſuos, not. Bal. nouel. in tract. dotis par. 11. nu. 19. & ſeq. vbi diuer-

diuerſas opiniones refert. Gozad. conſil.33. num. 11.& idem Villal.in AErario.com.opinio. litera. D.n. 189.ſicque concordant gloſ.legis. 2.C.de dot.promiſſ.cum aliis gloſ. contrarijs. ex quo percipies verã antinomiam,quòd iure ciuili facit ſponſus fructus ſuos ſi à maiori ſpõſa receperit dotẽ. iure noſtro ſine diſtinctione ſi ſuſtinuerit onera matrimonij.

101 Fructus arboris pendentis in alieno ſolo,ſeu fundo poſſunt colligi iure ciuili prima. 2. &.3.die,allegat Villal.l.3.ff.de acquir.rer.dom. „ Sed nihil facit ad tex. eſt.in.l.vni.ď „ glande leganda.ff.vbi Bart. not.& ſi fructus ſint talis naturæ, vt vna die corrumpantur, poſſunt colligi, & intrare quolibet die.iure regio ſolum per tres dies permittitur colligere.l.17.titulo.28.part.3. Villalob.

Hæc lex parti.deſumpta eſt ex. d.lege vni.de glande.legan. & poteſt interpretari: prout Bartol. illam, quòd intelligatur de fructibus qui non corrumpuntur, & tribus diebus colligi poſſunt. Sicque vitabis antinomiam,ſicque interpretatur illam Grego.Lopez.

102 Fructus rei pignoratę, non tantùm perceptos,ſed quos percipere potuit,tenetur creditor computare in ſortem principalem, pro qua pignus accepit,iure communi.vt not.Abb.& commu.dd. in.c. cum cõtra.de pignorib.com.dicit Greg.Lopez in.l.2.tit.13. par.5. Iure regio quos percepit tantùm cõputare tenet. approbata opinione Hoſtiẽ. in ſumma de pignori.§. quando efficaciter.verbo,ſed nun quid creditor. Villalo.

103 Quos percipere potuit,de iure communi intellige ipſe creditor, qui pignus accepit ab ipſo domino debitore,& non quos percipere potuit ipſe debitor dominus:licet ſu⁹ ſit in poſſeſsione,qui nõ habuit cauſam à domino, qui tenetur ad fructus quos dominus percipere poterat: ita declarat Anto. Neguſa.in tract.de pignori. par.5. n.620.5.limita.2.& eſt pulchra ad intellectum legis partitæ.

104 Fugiens ad Eccleſiam pro debito gaudet immunitate,& non poteſt extrahi ab ea iure cõmuni. ca. præſenti. de his qui ad eccleſiam confug.cap.ſiquis contumax.17.q. 4.iure regio traditur creditori, & nõ gaudet immunitate.l.15.tit. 10. lib.3.for.leg.ſed Roder. Xuarez in l.2.titu.de los gobiernos.li.2. nu.1. verb.quinto quęritur.dicit eã legẽ non eſſe in vſu, & contrarium ſtatui.per.l.2.titulo.11.part.1.quæ eſt conformis iuri communi. Villal. Hodie ceſſat hæc difficultas per pragmaticam Toleti,quę eſt.l.fin. titul.2. de la libertad de las ygleſias.lib.1.recop.qua confirmatur.l. fori.& traditur iudicibus.

105 Item ex illa lege tollitur alia lex: nam Remigius de Goni. vir eruditiſsimus in tract. de immuni. eccleſ.par.9.n.17.cùm iure noſtro debitor

debitor ſit tradendus creditori, vt ſeruiat ei, per.l.2.tit.8. libro.3. for. leg. eſt.l.4.5.&.6.titulo.17.lib.5.re copil. dicebat non gaudere immunitate, & obſeruandam eſſe lex fori, idque fundat ex doctrina Panormit. in capitulo inter alia. de immum. Eccleſi. qui ait, quòd ſi ſtatuto caueretur, debitorem eſſe traddendum creditori, vt illi ſeruiat, non gaudet immunitate, ſed Roderi. Xuarez, & Villa. & Didac. Perez in.l.4. titulo.2.libr.1.ordin. dicebant contrarium, quia ea lex nõ erat in vſu.

Tamen falluntur ſaltim hodie per legem Toleti ſupra allegatã, veriorque eſt Remigij opinio.

106 Fugiens fracta carcere iure ciuili pœna capitali punitur.l.1.ff.de effracto.& expilator. l. milites agrum. de re milita.ff.§. eius qui fugam. Iure regio per.l.13. titulo. 29. part.7. ſi omnes carcerati effracto carcere, & communicato conſilio fugerint, habentur confeſsi in delictis, pro quibus detinebantur, & ſi omnes non fugerint, arbitrio iudicis, ſi capiantur puniuntur. not. Didacus Perez in.l.12. titul. 24. lib.2. ordin. quòd ſi non capiãtur, habentur pro fractoribus.l.35.li.8.ordin. eſt.l.7.ti.27.d las penas.li.8. reco. Villalob.

107 Gregor. Lopez in allegata.l.13. tit.29.par.7. affirmat eã de ſumptã ex.l. in eos.ff. de cuſto. reorũ. Sed illa lex ex cõmuni omniũ fere interpretum ſententia loquitur in effractoribus carceris, etiam ſine conſpiratione, & vt in pœnam illius legis incidant ſufficit, ſi fracta carcere aufugiant. not. Ripa in.l. admonendi. de iure iur. num. 170. Dueñas in regula. 389. limit. 2. & regũ.393. per totum Boeri. Deciſ. 215. num.9. Ant. Gom. in.3. tomo. cap.9. de captura reorum. num. 11. Iul. Clar. in praxi crimi. ʃʃ. fin. quęſt. 21. verſiculo, tertio autẽ modo. & cum lex noſtra requirat cũ fractione conſpirationem carceratorum, ſuſpectũ videtur dixiſſe ex illa deſumptã fuiſſe: tamen opinio, quòd requiratur conſpiratio, fuit Alber. & aliorum quos refert Carterius in praxi criminali inditio.3. num. 33. & hanc approbauit lex regia.

108 Sed ex ſupradictis videtur induci antinomia in ipſomet iure cõmuni nam in. l. 1. de effracto. & expill. ff. pœna capitali puniri iubentur effractores carcerum, in lege vero in eos. pro confeſsis habente tantum, & eatinus punirentur, quatinus punirentur, ſi delictum pro quo erant capti vere probatum eſſet. Quæ res doctores, in varios conſtituit intellectus, verior tamen (vt breuiter dicam) videtur Alber. & Angel. intellectus. quòd lex in.l. de effracto, & expila. loquatur: quando actu, & re ipſa carcerẽ fregerint, ac fugerint. lex vero in eos. quãdo conſpiraue runt, & cõſtituerũt frãgere, ſed nõdum fecerunt: quẽ intellectum nouiſsimè ſequitur vir ſatis eruditus AEgi-

AEgidi. Boſſ. in tract. de carcere. num. 5. & de effractore carceris. in principio. illudq; mihi apertè probant dictæ leges, prima de effracto. et expilatoribus. ibi. *De his qui carcere effracto euaſerunt, &c.* Lex autem in eos. ibi. *Eos vero qui conſpirationem detexerunt releuandos.* Loquitur vt vides de ſola conſpiratione, nā ſi aufugiſſent ante reuelationē, non ꝓdiſſet reuelatio, nec releuarentur detectores: quinimo punirentur quod ante fugam non reuelarunt conſpirationē. & ſic videtur ſatis dubius communis intellectus ad eā legē, nec aliter poſſet rectè concordari dicta antinomia.

Retēto tamen com. intellectū dictę legis in eos. ampliāt. dd. eiꝰ deciſionem procedere, etiam ſi reus qui fugit, eſſet innocēs ex delicto, pro quo in carcerē miſſus fuit. ibi.

109 *Et quamuis innocentes inueniantur.* Sed hoc durum nimis videtur Gomecio in nuper allegato loco num. *11.* quia inquit, in criminalibus probationes luce meridiana clariores exiguntur. l. abſentē. cum ſimi. de pœnis. & quia licet verè confeſſus eſſet delictum, ſi poſtea probaret innocentiam abſoluendus eſſet. l. 1. ſ. ſi quis vltro. de quæſtio.

110 ff. Quare ille alium intellectum tradit dictæ legis, quòd fractor carceris puniatur quidem ob delictum fractionis, arbitrio iudicis, non tamen pœna confeſsi: quem intellectum ante illum tenuiſſe refert Ioannē Igneum in. l. 3. ſ. ſubuenitur. ff. ad Silania. numero. 70. Sed per ea quæ diximus ſupra ex Alberico, apparet illum text. non loqui de his qui actu fregerunt carcerem: ſicque non eſt conſonus ille intellectus, & eſt contra ipſummet tex. ibi. *Et quamuis innocentes inueniantur ex eo crimine propter quod impacti ſunt in carcere, tamen puniendi ſunt.*

111 Et ita eum intelligit glo. & doctores & nouiſsimè Boſſ. in dicto titulo de effractoribus carcerum. ex quo ellicies reſponſum ad fundamenta Gomezij, quia ibi ſolum conſideratur violentia loci publici, vel propoſitum violandi, & non cauſa detentionis: allegat Boſsi Comenſ. in conſi. 105. ſicque non punitur innocēs, nec ex delicto non commiſſo.

112 Ex eo etiam inferunt Comenſ. & Boſſ. vbi ſupra, quòd licet non eſſet detentus ob delictum, ſed ob debitum publicum, vel priuatum, ſi rumperet carcerem, & fugerit teneretur pœna, d. l. *1.* de effracto. quod nota.

113 Sed non incongruè quęri poterit qua pœna puniendi eſſent qui ob debitum ciuile, publicum, aut priuatum detinerentur in carcere, ſi conſpirauerint de rumpendo carcere cum aliis, non tamen actu ruperunt: nam pœna leg. primę, de effracto. non ſunt afficiendi, quæ loquitur in actu conſumato: item non poterunt puniri pœna. l. in eos. de cuſtod. reorum. cùm non ſint carceri man

cipati ob delictum, nec pro confeſſis haberi poterunt, qui de delicto non ſunt accuſati. & cùm hæc quęſtio frequētius contigerit à nemine, quem viderim, ſuſcitata nec deciſa fuit: quare dicerem hoc caſu arbitrio iudicis puniendos eſſe reos, vt dicunt dd. de eo qui cùm inuenit effractum aut apertum carcerem auffugit. not. Nicol. Boer. in Deciſ. 215. numero, 13. 15. &. 21. Illuſtriſsimus D. Præſes Couarru. in capitulo ſecundo, libro primo, variarum reſolut. num. 11. in fine: & alij relati per Menochi. li. 2. quęſt. arbitr. iudic. centuria quarta. caſu. 301. nu. 1. Quæ omnia tene menti, ad interpretationem, & ornatum dictæ legis partitæ.

114 Ex qua occurrit mihi aliud non vulgatum dubium, nam cùm lex illa loquatur in caſu, quo omnes carcerati conſpirauerunt, & omnes, vel maior, aut aliqua eorum pars aufugerit: quid dicendum ſit, cùm vnus, vel duo aut plures non facta conſpiratione, ſed (vt ſæpe fit) clam aufugerint: nam cum delictum quidem ſit, & iure communi pœna capitis puniatur, non eſt dicendum iure noſtro impunitū relinqui: lex tamen parti. nō declarat. Et ne diutius in mora ſim: quia interpretes noſtri non meminerūt, dicerem, iure noſtro ſi propter delictum detinerētur, etiam hoc caſu pro confeſsis

115 haberi. per tex. expreſſum in. l. fin. eſt. 33. tit. fin. lib. 8. ordi. &. 7. tit. 27. libro octauo, recop. ſupra allegat. Quæ ſic ſe habet. *Todo hombre que huyere de la cadena, vaya por hechor de lo que fuere accuſado: y peche mas ſeis cientos marauedis, para nueſtra camara, y el*

116 *que lo tenia a ſu cargo reſponda en ſu lugar, y peche otros tantos marauedis.* Quā inſerere libuit, quod Greg. Lopez in. d. l. 13. glo. magna, in fine. exiſtimat intelligendum iuxta deciſionem illius, quod mihi nunquam placuit: nam ſuperfluè eſſet condita illa lege poſt legem partitæ ſi nihil pręter illam diſponeret: eſſetque de caſu indubitabili, quare ego exiſtimo hanc legē ordinamēti factam fuiſſe ad ſupplicationem legis partitæ, & ad deciſionem huius, & ſimilium caſuum, qui ab ea omiſsi fuerant: & ita intellecta, aliquid, immo multum operabitur, eritque de caſu neceſſario, & dubitabili. iuxta notata in. l. 1. in fine ad municipal. &. l. 1. §. quid ergo. de ventre inſpicien. Aimon Crauet. conſilio. 25. numer. 29. Pariſ. conſ. 53. nu. 25. lib. 2.

117 Et ad interpretationē dictę legis ordi. aduertas, quòd licet fugiēs à catena habeatur ꝓ cōfeſſo, quoad delictū: pro quo erat vinctꝰ: tamēſi captus docuerit de innocentia, nō punietur ex eo delicto. not. Iaſ. & cōmunit. ſcribentes in. l. 2. nu. 6. C. qui teſtam. facere poſſ. ſed ob delictū fugę puniaṫ arbitrio iudicis: quod arbitriū hodie ad fuſtigationem videmus extēſum, vt not. Didacus Perez in ea lege, & idē exiſtima

118 ſtimarem, quando reus aufugiens non eſſet in carcere ob delictum, ſed propter debitum: vt ſupra notaui: nec obſtat quod diximus contra Anto. Gomez, de lege in eos. de cuſtod. reorũ. qua etiam innocentes puniuntur pœna confeſsi, qa id expreſsè cauetur in ea lege ex com. ſentẽtia: ſed non ita in noſtra: & cũ pœnalis ſit, miti⁹ eſt interpretanda. argum. regul. in pœnis, & odia. cum ſimil. de regu. iur. lib. 6.

119 Fugiẽs carceris cuſtos cũ carcerato, pœna mortis tenetur iure cõ muni. l. fi. & l. milites. de cuſto. reorũ. l. 9. tit. 27. par. 7. iure nouo per. l. 12. tit. 14. lib. 12. ordin. Eſt. l. 12. tit. 23. lib. 4. recopilat. pœnam quam carceratus merebatur, patietur cuſtos. Villalo.

120 Si quis fugerit à carcere ob negligentiam cuſtodis, iure communi pro modo culpæ vel caſtigatur cuſtos, vel militiã mutat, & intereſſe parti læſę ſoluit. l. fin. de cuſto. reorum. ff. cui aſtipulatur. l. 12. tit. 29. par. 7. iure nouo pœna taxatur in. d. l. 12. titulo. 14. libr. 2. ordin. ſi reus qui aufugit pœnam corporalem merebatur, per annum in catenis permaneat cuſtos: ſi non merebatur corporalẽ pœnã, per tres menſes. ſed Greg. Lopez in ſupra allegata lege partitę aſſerit hãc catenæ pœnam hodie nõ eſſe in vſu: & arbitrio iudicis puniri: ſicq; praxi receptum vidi.

121 Furioſus per dilucida interualla poteſt eſſe iudex iur. com. l. cũ prętor. §. fin. & l. cum furioſus. ff. de iudi. Iure regio non poteſt. l. 4. tit. 4. par. 3.

122 Poſſet & non immerito dici, legem parti. nõ loqui de furioſo, qui habet lucida interualla: ſed de perpetuo furioſo: nam illa verba, *que fueſſe deſentendudo, o de mal ſeſo*, licet geminata non intelliguntur, nec verificantur in lucidis interuallis: cùm in eis non ſit de mal ſeſo: & paulò pòſt ibi. *ni home que tuuieſſe tal enfermedad continuadamente*. expreſsè ſentire videtur de infirmitate, & furore perpetuo loqui. nõ erit ergo antinomia: licet Gregorius Lopez ibi contrarium exiſtimet. Sed nihilominus crederem quòd hodie non admitteretur ad munus iudicãdi, cùm, Deo propitio, multorum, & prudentiſsimorum iudicũ ſit copia apud nos.

123 Furtum non punitur in loco in quo inuenitur fur cũ re furtiua, iure communi. Bar. in. l. ſi dominiũ. ff. de furt. iure regio punitur in loco in quo inuenitur. l. 4. tit. 14. parti. 7. Villal.

Caue, nam Villalobos, aut non vidit Bart. aut non intellexit, quia cõtrariũ tenet ibi, & per totũ mundũ eſſe receptã eius opinionẽ, ꝙ puniatur in loco in quo inuenitur fur, affirmãt plurimi. dd. relati diligenter p Illuſt. Pręſ. D. Couar. in. c. 11. practica. quæſt. nu. 9. & per Iul. Clar. in praxi crim. ℱ. fi. q. 38. verb. tu ſcis ꝙ furtum. licet contrariam

de iure veriorem dicant.

124 Præterea lex par. per Villal. allegata, &.l.2.tit.13. eiuſdem partitæ intelligendæ ſunt, quando agitur ciuiliter ad rem furtiuã recuperandam, non quando ad vindictã publicam, ac criminalẽ: & ita intelligendas cenſet Gregor. Lopez ibi glo. el ladrõ, in fine, ſicq; nulla erit antinomia: pręſertim hodie extantibus. l.1.2.&.3.ti.16. de la remiſsiõ de los delinquentes. lib.8. recopi. quæ indiſtinctè iubent omnes delinquentes remittere ad loca vbi delinquerũt. Nihilominus tamen idem Grego. fatetur ex legis partitæ deciſione, multum iuuari opinionem Bart. & iuſtam illi videri. Quinimo pręd icta lex ſecunda ſatis apertè id probat in actione criminali, ibi *puede ſer fecha demanda del robo*, no dize de la coſa robada iũto titulo, qui de furtis inſcribitur, & cõſiderata materia partitæ, quæ de rebus criminalibus agit. Et ſic intellectæ iſtę leges partitarũ cor-

125 rigerentur per leges nouę recopilatio. ſed vt legum correctionem fugias, ita eas cõcordare poteris: nempe quòd leges parti. loquũtur quãdo pars cuius id intereſt, & iudex in cuius territorio furtum fecit, non petunt remiſsionem, & conſentiunt, quod puniatur in loco in quo inuenitur: & hoc innuũt illa verba, *puede demandar ante el juzgador o otro lugar qualquier do fallaſſen al ladron.* & ibi, *puede ſer fecha demanda.* loquitur ergo de parte petẽte. leges vero nouę recopilationis loquuntur, quando pars vel iudex in cuius territorio delinquit, petunt ꝙ remittatur: & ſic vitabis antinomiam, & correctionem legũ: & ita vſu receptum video.

126 Furtum manifeſtum à non manifeſto iure ciuili diſcernitur ꝑ pœnam. §. in pœna. inſtitu. de obliga. quæ ex delict. iure regio non, eademque pœna puniũtur. l.6. tit.5. lib.4. for. leg. ſed. l.18. tit.14. part.7. conformat cum eo. ſſ. quare non erit recedendum ab ea, niſi vſus legis fori probetur. Villal.

127 Furtum punitur pœna corporali iudicis arbitrio, & extra ordinem, cum agitur criminaliter, iure com
„ muni. l. fin. de fur. ff. vide Iul. clar.
„ lib.5. recept. ſentent. verb. furtum.
„ verſiculo, ſed quæro quæ ſit pœna furti. Iure regio pro primo furto pœna ſeptenarum imponitur. l.6.
„ tit.5. lib.4. for. Villa. Vide tu. l.7.
„ 8.&.9. tit.11. lib.8. recopila. vbi im-
„ mutãtur pœnę furti, & declaratur. d. lex fori quoad ſeptenarũ pœnã.

128 Itẽ ex ea lege ceſſat deciſio legis is cuius. ff. de furt. qua cauetur, actionem furti ei cuius intereſt dãdam, nã cũ ſeptenarũ pœna applicetur fiſco, cuilibet cõpetit. Vill.

129 Furtum ſi in territorio, vel diſtrictu alicui⁹ cõmittatur, iudex tenetur pœnas infligere ſi fures capere poſsit, tamen de bonis ſuis nihil tenetur ſoluere iure communi. ſſ. quia vero. in authent. vt nulli iud. cola. 6. Iure regio ſi mercato-

ribus

ribus furētur bona in via publica, & bona delinquentiū nonſufficiāt ad damni ſatisfactionem, dominus loci vel concilium populi tenentur damnum reſarcire. l. 4. tit. 7. par. 5. Villalo.

130 Lex hæc partitæ quæ pœnalis eſt, & odioſa contra illud, ne filius pro patre, &c. & quòd pœnæ ſuos ſequantur authores. l. abſentem. ff. de pœnis. debet ſtrictè intelligi. quare vltra limitationes gloſæ ibi, dicerem: tunc dominum, aut cōcilium teneri ad ſolutionem rerū furto ſublatarū mercatoribus, cùm fures vel raptores eſſent vicini, ſeu habitatores illius loci, vel territorij, nec poſſent capi, aut de bonis eorū furta ſatisfieri: & hoc modo intellecta cōcordabit cum cano. dominus noſter. 23. q. 2. & erit fulcita ratione: quia dominus, vel concilium qui curare debet vt reſpublica ſit pacata, atque malis hominibus purgata, & vt via publica ſit ſecura: cùm tollerant malos vicinos, & habitatores in ea, meritò, ſi non eſſent ſoluendo in ſubſidium condemnabuntur, propter negligentiā. At ſi extranei latrunculatores caſu, & in rure furtū cōmitterent, cū illud dn̄s, & concilium prouidere non poſſent, iniuſtè condēnarentur cōtra. l. cōtractus. de reg. iur. vbi impetus prædonū & rapinæ à nullo præſtātur: vt etiā glo. in ea lege aduertit, nec aliquo caſu hucuſque ſeruatam audiui dictam legem partitæ.

131 Fur poteſt puniri pœna furti pecuniaria, & corporali, iure ciuili. l. 1. quando ciuilis actio criminali præiudicet. C. vbi Bart. & Salice. Bart. in. l. prætor. §. ſi dicitur. ff. de iud. Iure regio per. l. 2. tit. 9. part. 7. ex ſententia B. à Villalobos nō poteſt puniri niſi vna tantum pœna. Villa.

Hæc non eſt antinomia, nam ſi iure regio dominus rei furatæ vellit agere ciuiliter ad rem ſuam recuperandam, & pœnam pecuniariam dupli vel quadrupli (ſi eſſet in vſu) admitteretur. & ita expreſſè dicit. l. 4. & 10. titulo. 14. part. 7. ſed nihilominus iudex ex officio iuſtitiæ condemnabit furem in eadem ſententia ad pœnam criminalem, ſeu corporalem: iuxta qualitatem furti. ita in praxi obſeruatur.

132 Furti actio fulloni competit, ſi eſt ſoluendo, iure communi. l. ita fullo. ff. de furt. ſed ſi petat furti pœnam, domino, & non fulloni danda eſt. Faber in. §. item ſi. inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſ. Greg. Lopez in. l. infra allegata verſicul. ſeria ſuya. Iure regio ad ſuum proprium cōmodum petet pœnā, atque ei, & non domino dāda erit. d. l. 10. tit. 14. par. 7. Villa.

133 Item ex ea lege tollitur dictum Bart. in. l. ſi pignore. ff. de pigno. vbi dicit ꝙ qui non habet vſum rei, non poteſt conſequi lucrum illius rei. ſed contrarium ſtatuitur in caſu præcedenti. Villa.

134 Furti actio datur collono partiario ante diuiſionẽ fructuũ cõtra furẽ, qui fructus percepit. Angel. in. l. fi. ꝟ. ſi apes. de furt/iure regio dño cõpetit actio, tamẽ tenetur cũ collono diuidere. l. 12. tit. 14. parti. 7. Bar. in. d. l. ſi apes. Villal.

Sed Bar. & glo. ibi dicũt: ꝙ collonus partiarius agit actione furti, non autem condictione furtiua/& hanc credo veriorem. & lex regia de condictione furtiua agit, vt rectè aduertit ibi Gre. glo/& ſic non eſt antinomia.

SVMMARIVM.

Gabella in quo loco ſolui debeat. n. 1.

Gabellam quis ſoluere teneatur, emptor an venditor. nu. 2.

Officiales reipublicæ an ſint immunes à ſolutione Gabellarum. nu. 3.

Non eſſe exemptos à ſolutione munerũ patrimonialium; nec perſonalium, quæ officiis non obſtant iure communi probat. num. 4.

Quid de clericis. vide ſupra litera. C. nu. 37. & ſeq.

1 GABELLA iure ciuili debet ſolui in loco vbi celebrat⁹ eſt cõtractus. l. debet. ff. de ædili. edict. l. 1. C. q̃n liceat ab emptiõe diſce. ff/iure regio debet ſolui in loco in quo res eſt tempore celebrati contractus, cum diſtinctione poſita. in. l. 12. in „ ordinationibus gabellarum. Eſt. l. „ 5. tit. 17. lib. 9. recopil. Villalo.

Leges iuris communis per Villa. allegatæ nihil probant. Quare vide tu Firmia. in tract. de gabell. par. 6. Alexan. conſil. 51. volu. 3. & conſil. 49. volum. 3. Socin. conſil. 302. AEgid. Boſſ. in tractatu quo loco & tempore vectigal ſit ſoluẽdum. num. 9.

2 /Gabellam iure communi emptoř tenetur ſoluere, & non venditor. l. debet. de ædili. edict. quã ad hoc allegat deciſ. Toloſa. 451. & Bal. in. l. ſi prædium. C. eodem tit. /iure regio vẽditor & non emptor ſoluere tenetur. l. 2. d. ordi. gabel. „ Eſt. l. 1. dicto titulo. 17. libr. 9. re„ copilat. idem ſeruatur Nauarræ. Villal.

3 Gabella non ſoluunt iure communi officiales. (intellige reipublicæ.) allegat Villa. gloſ. in. l. honorẽ. ff. de muner. & hono/iure re„ gio ſoluunt. l. 3. ordi. gabella. Eſt. l. „ 1. d. tit. 17. lib. 9. Villal.

4 Contrà, quòd non ſint immunes defenſat Bar. contra gloſ. in muneribus patrimonialibus: cuius opinio eſt communis, & conſuetudine recepta/Item in munerib⁹ perſonalibus: quæ non impediunt officiales in officio ſuo, & in muneribus pecunia ſoluẽdis: ſi ſint de ordinariis, vt diligenter notat AEgidius Thom. in tractatu de muneribus patrimonialibus: & collectis. ꝟ. pauperes. nu. 17. ſicque non erit antinomia.

SVM-

SVMMARIVM.

HÆres an poterit accuſare vxorē de adulterio, in vita mariti cōmiſſo, & intra quod tempus.nu.1.& .2.
Inſtitutio hęredis an poſsit committi in alterius voluntatem.nu.3.
Inſtitutio hæredis iuxta.l.31.Tauri facta, an ſit captatoria.nu.4.
Intellectus verus eiuſdem legis declaratur.ibidem.
Electio hæredis certi, ex incertis, iure cōi poteſt cōmitti in alterius voluntatē.n.5.
Inſtitutio hæredis ad alterius relationem valet.nu.6.
Captatoria voluntas ſuſtinetur iure canonico.nu.7.
Hæredis certi ex incertis an alteri cōmitatur iure noſtro.nu.8.
Captatoria voluntas quando ſubſtineatur iure noſtro.nu.9.
Captatoria voluntas quæ dicatur, diligēs remiſsio.nu.10.
Hæredibus quod tempus præſtandum ad agnoſcendam hæreditatem, & ad deliberandam.nu.11.& ſequenti.
Antinomia iuris communis conciliatur. num.13.
Tēpus cētum dierū quod ad deliberandū datur, an poſsit ex ea coarctari.n.14.
Iure noſtro non fit diſtinctio inter liberos, & extraneos in tēpore deliberandi præſtando.nu.15.
Filio minori tacitè repudianti paternā hæreditatem, quod tempus indulgeatur ad reuocandam repudiationem.nu.16.
Maiori vigintiquinque annorū quod tēpus detur ad reuocandam repudiationē hæreditatis.num.17.
Hæres an acquirat poſſeſsionē ſine apprehenſione rerum hæreditariarum.nu.18.
Hæreditate non addita an legata debeantur.nu.19.
Hęres reſtituere grauatus, an cogatur hęreditatem adire.nu.20.
Hæres ſi adeat hęreditatē ante vindicādā necem defuncti, an eam amittat.nu.21.
Legatarius qui adiuit hæreditatē, an fructus iacente hæreditate ſuos faciat.n.22.
Hæreticus an hodie teſtamētū faciat.n.23.
Hypotecaria actio quāto tempore præſcribatur.nu.24.& ſeq.
L.63.Tauri intellectum, diligētius quàm alius explicat.nu.26.
Ciſontani intellectus probabilior. nu.27.
L.27.tit.29.part.3.non corrigi aliquo modo per dictā legem Tauri, cōtra vniuerſam Hiſpanorum interpretum ſcholam, defenſat.nu.28.& ſeq.
Qua ratione introductū fuit hypotecariā actionē per quadraginta annos præſcribi.num.29.
Præſcriptiones odioſæ, & quāto breuiores tanto odioſiores.nu.30.
Præſcripta actiōe perſonali, an præſcribatur hypotecaria ei accedens, inueſtigatio notabilis.nu.31.
Differētia elegās perpēditur cū actio tollitur per præſcriptionē legis, & cū tollitur ꝑ pactū aut cōuentionē, ĩ terminis.n.32.
Ratio illius differētiæ ſubiungitur.nu.33.
Vtilitas prædictæ differentiæ proponitur, quòd præſcripta actione perſonali, creditor poterit pignus retinere, per hypotecariam, & fructus rei in compenſationem debiti percipere.nu.34.
Item alia vtilitas quòd poterit creditor cedere ius hypotecæ.nu.35.

Si longius durat actio perſonalis, quàm hypotecaria non preſcribitur perſonalis, quad etiã notandũ cenſet ad declarationem legis Taurinæ & part. nu. 36.

Maior eſt vis legis quã hominis, ideoque quod fit per pactũ, multo melius fieri poteſt per legem. nu. 37.

Dominus domus locatæ in quibus rebus habeat tacitam hypotecam pro penſione. num. 38.

Intellectus recens. l. 5. tit. 8. part. 5. nu. 39.

Greg. Lopez intellectus reijcitur. ibidem.

Quòd merces quæ inueniuntur in domo ſint omnes pro penſione obligatæ contra cõm. dd. opinio. cũ Zaſio defendit. n. 40.

Intellectũ. l. cum tabernam. ff. de pignoribus. præter alios explicat. nu. 41.

Quando dicãtur merces perpetuo in domo manere. nu. 42.

Homicidium culpa commiſſum quãdo puniatur. nu. 42.

1 HAERES mariti non poteſt accuſare vxorẽ de adulterio cõmiſſo ĩ vita mariti iure com. Bart. in. l. rei iudicatæ. ſ. morum. ff. ſolut. matri, & alij relati per Nicola. Boer. deciſ. 338. nu. 7. vbi dicit communẽ. Iure regio intra ſex menſes poteſt illam accuſare. l. 3. tit. 17. par. 7. ſed hodie nõ haberet locũ, ſtante. l. 3. tit. 7. lib. 4. for. leg. approbata per
,, prag. 95. Eſt. l. 2. ti. 19. li. 8. recop. in quibus ſolo marito accuſatio adulterij datur. vt not. Greg. Lopez in. d. l. 3. ver. deſpues de muerto. Vill.

2 Lex partitæ quę intra ſex mẽſes pmittit accuſare viduã adulterã, ſimilis eſt, & deſumpta ex. l. ſi maritus. ſ. 1. & l. ſeq. ff. de adult. perperã ergo conſtituit antinomiã, & ſubſiſtẽte dicta lege noua veriꝰ poſsit cõſtituere antinomiã cõtrariam: ꝙ iure cõi licebat intra ſex menſes accuſare: & iure antiquo partitarũ, ſed iure nouo non licet. vt etiã Gregor. Lopez notat in. d. l. 3. nec Bart. cõtra ſupra tradita ſentit: qui non de accuſatione adulterij, ſed de exceptione oppoſita ab hæredibus mariti, vt dotem retinerent, loquitur. quæ quidẽ exceptio non admittitur eo iure, cũ non tendat ad vindictã, nec noſtro admittere tur: idẽ dicunt. dd. per Boe. relati.

3 Hæredis inſtitutio iure ciuili nõ poteſt cõmitti in alterius arbitriũ, cum ſit captatoria. l. ille. de hæred. inſti. ff. l. captatorias. C. eod. & de teſt. milit. l. 11. tit. 13. par. 6. ſed iure
,, nouo per. l. 31. Tauri, quæ eſt. l. 5. ti.
,, 4. lib. 5. recopila. poteſt cõferri inſtitutio hæredis in alterius voluntatem, & alia. Villalo.

4 Lex Tauri non eſt contraria iure com. nec per eam committitur inſtitutio hæredis in alterius volũtatem, cùm teſtator tenetur dicere, & expreſsè nominare, quem vellit eſſe ſuum hæredem: & commiſſarius minime poſſet inſtituere alium, præter nominatum ab ipſo teſtatore: & iure ciuili poteſt
5 committi in alterius voluntatem electio hæredis certi, ex incertis: vt probat Ferdinan. Gomez Arias in. d. l.

in.d.l.31.& Illuſt. Præſes Couar. in. c. cum tibi. nu. 11. de teſt. extr. Item valet inſtitutio hæredis ad alteri⁹
6 relationem. notat Mencha. in lib. 2. de ſucceſſo. crea. & reſolut. §. 17. nu. 54. & ſequent. eſtque cõmunis opinio. non eſt ergo antinomia. idq; affirmat Tell. Fernã. in. d. l. 13. Tauri nu. 7. licet aliis fundamẽtis motus: itẽ quod dicitur de captatoria voluntate, intellige de iure ciuili: nam iure canonico ſubſtine
7 tur captatoria volũtas (ſi captatoria dici poteſt) vt infra dicã: eſtq; cõmu. opinio vt refert Mench. vbi ſupra. §. 13. num. 21.

8 Hęredis certi electio ex incertis perſonis poteſt iure communi cõ mitti in alterius voluntatẽ, vt probat Ferdinã. Gomez arias in. l. 31. Tauri. iure regio non poteſt, quia teſtator ipſe debet nominare hæ
» redem. per dictam legem quæ eſt.
» 5. tit. 4. lib. 5. recopil.

9 Iure canonico valet captatoria hęredis inſtitutio, nẽpe in alterius voluntatẽ colata. vt ſupra probauimus ex Mencha. lib. 2. de ſucceſſ. creat. §. 13. nu. 21. iure regio nõ valeret niſi quoad pia legata, & exonerationẽ cõſcientiæ teſtatoris, per dictã legem: ſed hæc inſtitutio nõ dicitur propriè captatoria. ſi. I. C. mentem attendas.

10 Et quæ dicatur captatoria volũtas, docet diligẽtiſsimus Pręſ. Couar. in alleg. c. cũ tibi. & Mẽchaca in. d. lib. §. 17. num. 8. & ſeq. & ſubtilis præceptor meus Stephanus Forcatulus in cupidi. iur. cap. 6. & nouiſsimè D. Franciſcus Sarmiento Epiſc. Aſtoricenſis, olim regius Pincianæ, & pontificius rotę Romæ auditor. in lib. 2. ſelecta. interpret. cap. 4.

11 Hęredi ſuo iure communi aſsignatur annus ad agnoſcendã hęreditatẽ. l. 1. per tot. & §. largius. de ſucceſſ. edict. ff. & dicit communẽ Iaſ. in eadem rub. C. & minus tempus non poteſt aſsignari. iure regio, tam in ſuis, quàm in extraneis dantur nouem menſes, & ex cauſa centum dies tantũ. l. 2. tit. 6. par. 6. Villalo.

12 Sed parcat Villalo. Errat toto cælo, quia lex partitę cõformis eſt iuris cõmunis legibus, in eo quod dicit à rege dari annum ad deliberandum, & à iudicibus inferioribus nouem menſes, eſt deſumpta ex lege vltima. §. ſed quia qdẽ. C. de iur. delib. in eo verò quod permittit coarctari ad cẽtum dies, eſt conformis, & deſumpta ex. l. 2. ff. de iur. delibe. in qua prætor centũ dies dabat. & vt vitare poſsis aliã antinomiam iuris communis: in qua nonnulli contendunt, olim à prætore fuiſſe præſtitum anni tempus ad deliberandum, in allega-
13 to. §. largius. alij ab Imperatore Iuſtiniano in. l. cum antiquioribus. de iure deliber. vide Menochium in tract. quæſt. arbit. iud. lib. 2. centur. 1. caſu. 1. vbi diſcretè concordat, quòd §. largius. loquitur in petenda bonorum poſſeſsione, & nõ

in adeunda hæreditate. &. l. cum antiquioribus. in trãſmiſsione: habita ratione ad annale tempus. quam concordiam ſenſit expreſsè noſtra lex regia ibi, *pero ſi ſe murieſſe* &c. & fortaſsis ab ea deſumpſit.

14 Verius poſſet Villalo. aliam antinomiam conſtituere. quòd iure commu. iudex poteſt ex cauſa coarctare tempus cẽtum dierum, vt not. Deci. & Cur. iun. in rub. de ſucceſſ. edict. nu. 4. Menoch. qui alios allegat vbi ſupra. nu. 9. iure regio non poteſt coarctare per dictam legẽ ibi, *dando les cien dias alo menos.*

15 Item aliam, quòd iure communi ex crebriori. dd. ſententia, liberis nõ datur breuius tempus vnius anni ad deliberandum. not. Alex. & Iaſ. in rub. de ſucceſſorio edict. & Grego. Lopez in ea lege verſic. nueue meſes. Iure regio per eandem legem non fit diſtinctio inter liberos, & extraneos, omnibuſq; dantur nouem menſes: vt idem Grego. aduertit ibi.

16 Hæreditatem paternam tacitè repudians filius, non adeundo eã, intra tempus à iure, vel à iudice cõſtitutum, non gaudebit triennio præſtito ad reuocandam repudiationem: per. l. fin. C. de repudian. hæredit. gloſ. Bal. & alij in ea. l. Iaſ. præſertim limitatione. 6. iure regio contrarium ſtatuitur in. l. 2. tit. 6. part. 6. & ibi Gregor. Lopez. Villal.

Illa lex fin. vt rectè Greg. Lopez aduertit deſumpta fuit ex. l. fin. C. de repud. hæred. & nihil differt ab ea, minimeque tollit quadrienniũ & illud verba, *bien la puede deſpues cobrar*, intellige, deſpues de veynte y nueue años, vt intelligitur. l. fi. C. & vitabis antinomiam.

17 Maior vigintiquinq; annorũ repudiãs hęreditatẽ, intra quadriẽniũ, poſt lapſũ illud quadriẽniũ, habebit triẽniũ ad illã recuperandã iure cõmuni. Bald. in. d. l. fin. & Alberi. in eadem lege. iure regio per dictam legem fi. tit. 6. par. 6. trienniũ tantùm conceditur. Villalo.

18 Hæres iure ciuili ſine apprehẽſione poſſeſsionis nõ efficitur poſſeſſor rerum hæreditariarum. ex. l. cum hæredes. in princ. ff. de acquir. poſſ. iure regio ſucceſſor maioratus ſine apprębenſione poſsidet naturaliter. l. 45. Tauri eſt. l. 8.
„ tit. 7. lib. 5. recopil. Villal.

Hæc non eſt antinomia, nã poſſeſſor maiorat⁹ nõ ſuccedit titulo hęreditario, ſed ſingulari, vt not. in. d. l. 45. & iure regio hæres vniuerſalis non poſsidet citra apprehenſionem. l. 1. & toto ti. 14. par. 6.

19 Hæreditate non addita, legata nec fideicommiſſa non debentur iure communi. l. 2. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. &. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. iure regio debentur.
„ l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. Eſt. l. 1. titu. 4.
„ lib. 5. recopila. Villal.

Quod de iure communi dicit, intellige, ſi hæreditas non addeatur ex defectu teſtamenti, vel quia in eo non fuit hæres ſcriptus: ſecus ſi non

ſi non adeatur propter aliquā fraudē: nā erit locus edicto. l.2.ſi quis omiſſ.cauſ.teſta.& legata debebūtur.vt not.in.l.fin.eo.tit.ff.

20 Hæres compellitur acceptare hereditatem iure ciuili, vt eam tradat fideicommiſſario. l. quia poterat.ff.l.non iuſtam.&.l.cogi.C. ad Senat.conſ.Trebel.iure regio per d.l. 1. non cogitur, nec eſt neceſſarium: quia ſi non adiit inſtitutus, tranſiit hæreditas in ſubſtitutum, vel fideicommiſſarium. Villal.

21. Hæres ſi adeat hæreditatē ante quæſtionē familiæ, & vendicationem mortis defuncti, amittit eam, & publicantur bona iure communi.l.neceſſarios.§.non alias.ad Senat.con. ſillania. ff.l. ſi ea.eod.tit. iure regio poteſt adire hæreditatem, & datur ſpatium quinquēnij ad necem vindicandam. l.11.titul. 9.lib.5.recopila.

22 Hæreditate addita per legatarium, fructus nati, iacente hæreditate, ante additionem ad ipſum legatarium pertinēt iure communi. eſt communis opinio: teſte Iaſ.in. l. ſeruo legato. in princ. delegat. primo. ff. iure regio à die additæ hæreditatis, & non ante pertinēt. l.27.tit.9.par.6. Villal.

23 Hæreticus de iure ciuili non poteſt teſtari.authen.Gazaros.C. de hæreti.l.his qui. §.1. C. de teſtam. cap.vergentis.extra.cap.filij.cap. quicunque.§. hæretici. de hæreti. lib.6.iure regio per.l.4.tit.26.par. 7.poteſt teſtari inter liberos.l.itē. 7.tit.7.par.6. ſed conſuetudine recepta fuit diſpoſitio canonica. vt
„ teſtatur ibi Greg.Lopez. adde im
„ mo hodie.l.recepta fuit vt dixi ſu-
„ pra verſi.fiſcus. Villalo.

Quod fiſc⁹ teneatur dare alimēta filiis, & dotare filias, diſputat Gabriel Quemada in quæſtio.24. & probat quòd natis ante delictum teneatur præſtare, ſed conſuetudine non ſeruari.

24 Hippotecaria actio iure ciuili per quadraginta annos præſcribitur.l.1. & ibi Baldus. C. de annal. præſcript. iure regio per triginta
„ annos.l.63.in ordin.Taur.Eſt.6.ti-
„ tulo.15. de las preſcripciones libr.
„ 5.recopila. Quam intellige in ipſo debitore preſcribēte. quòd ſi alius tertius teneat rem hippotecatam cum titulo, & bona fide, preſcribit ius hippotecæ per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. Etſi mala fide per triginta annos.nota.in.l.2.C. de remiſſ. pignor.gloſ.Bar.& Bal.in.l. 1. C. ſi aduer.cred.&.l.1.§. cùm predium. ff.de pigno. Villal.

☞ Tu altius repetè, & dic, quòd in
25 iure communi & noſtro partitarū nulla inuenitur antinomia, in preſcribenda actione hipotecaria: qa ſi præſcribēs habebat cauſam ſeu titulū ab alio, quàm ab ipſo debitore, cū eo titulo, & bona fide preſcribebat per decem annos inter preſentes, & viginti inter abſentes. Si vero nō habebat bonam fidē per triginta annos præſcriptio

I 5 perſi-

perficiebatur. Quòd ſi tertius habebat cauſam ab ipſo debitore, vel ipſe debitor præſcribebat per quadraginta annos, & non minori ſpatio. vt not. dd. in. l. cum notiſsimi. in prin. & .§. 1. &. 2. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorũ. & eſt commu. opinio vt patet ex his quæ referuntur per Laurentium Kirchouium. comm. opi. centuria. 2. concluſio. 67. & Neguſant. in tract. de pigno. parte. 6. mẽbro. 2. in princ. & hoc ipſum cauetur per. l. 27. tit. 29. par. 3. & ibi not. Gregorius Lopez. Sed poſtea ſuperuenit lex Taurina per Villalo.
26 allegata, quæ ſic diſponit. *Pero donde en la obligacion ay hypoteca, o donde la obligaciõ es mixta, perſonal, y real, la deuda ſe preſcriba por treynta años y no menos.* & ex Ant. Gomez, atque aliorum huius legis interpretum opinione corrigit ius commune, & legẽ partitæ, indiſtinctèque per eam ſiue ab ipſo debitore, ſiue ab hęredibus eius, vel ab alio petatur, hypotecariam per triginta annos præſcribi exiſtimant. Sed mihi verior videtur Ciſontani opin. qui hanc legem ad ipſum debito-
27 rem præſcribentẽ tantum reſtringit, minimeque habere locum exiſtimat in tertio poſſeſſore, qui cũ titulo & bona fide per decem annos inter pręſentes, & vigĩti inter abſentes pręſcriptionem perficit.
28 per dictã legẽ partitæ, quæ in hoc remanet incorrecta.

Sed curioſus, ac ſubtilis lector adhuc defendere poſſet, per hanc Taurinam conſtitutionẽ nullo modo corrigi lex partitę aut ius cõmune: nec in caſibus quib⁹ ad pręſcriptionem hippotecariæ actionis quadraginta anni requirebantur. Nam hæc lex vt verba eius ſentire videantur, facta fuit ad corrigendam legem Regis Alfonſi, qui actionem perſonalem per decem annos præſcribi iuſſerat. & in illis verbis, *ſe preſcriba por treynta años y no menos,* apertiſsimè declarat iſtã legem, de caſibus quib⁹ illa actio minori ſpatio quàm triginta annorum pręſcribebatur, intelligi. Nã ſi de longiori ſpatio, aut tempore loqueretur, & illud coarctare voluiſſet: non diceret *no menos,* ſed cõtrario, *ſe preſcriban por treynta años y*
29 *no mas.* Qui quidem intellectus ex eo etiam corroboratur, quòd vbi quadraginta annorum tempus iure noſtro partitarum, & communi exigitur ad præſcriptionem hypotecæ, maxima ratione, & æquitate introductum eſt, fauore creditorũ & in odium debitorum mala fide pręſcribentium debitũ, quod ius noſtrum nouum nunquam ſubſtulit, immo in quantum fieri potuit fouet, iubatque. Item ex eo quòd quælibet pręſcriptio odioſa eſt, vt
30 not. in. l. in omnibus. ff. de actio. & obligat. & ſimilibus. & cũ breuior ſit, odioſior reditur, non eſt ergo dicẽdum quòd contra ſupradicta lex partitæ corrigatur: nec oberũt verba illa legis Taurinæ, *ſe preſ-*

criba

criba la deuda por treynta años y no menos, nam loquitur vt dixi de caſib⁹ legis Alfonſinę, quæ decem annis præſcribi actionem perſonalem conſtituerat, vel reſponde, ibi nō
31 dicere, *que ſe preſcriba la action hypotecaria por treynta años, ſino que ſe preſcriba la deuda:* ideſt *la action perſonal, en que huuiere hypoteca.* & ſi dixeris tantundem eſſe, quia ſublato debito principali cui accedit, cenſetur etiam ſublata actio hypotecæ.l.ſoluitur.in princ.&.§.1.ff.quib.mod. pign.vel hypot.ſolui.l.cum ſoluēdę.ff.de diſtractio.pigno.reſpondebo, id verum eſſe, quando debitum principale tollitur pacto, &
32 conuentione partium: non autem quando tollitur per præſcriptionem. Tunc quidem præſcripta actione, aut debito perſonali, non pręſcribitur, nec cenſetur ſublata actio hypotecaria, quæ realis eſt, & amplius durat. text.eſt in.l.2.C. de luitione pignor.not.Bar.& cæteri in.l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſo.& Ant. Neguſan.in tract. de pignorib⁹, ſexta parte, mēbro. 2.num.5. vbi alios. Rationē autem differentiæ inter pactū, & pręſcri-
33 ptionem tradidit gloſ.in.d.l.ſoluitur.& Neguſan. vbi ſupra, quia pactum, & conuētio fauorabilis eſt, ac late interprętanda: pręſcriptio vero odioſa, & reſtringenda. Merito ergo cū lex noſtra de pręſcribendo debito perſonali tantū loquatur, non erit extendenda ad actionem hypotecariam, quæ ſine ipſa perſonali ſtare, & amplius durare poteſt, nec hæc noſtra conſideratio erit ſine effectu. Nā licet debitum pręſcriptū ſit per triginta annos, poterit creditor pignus
34 retinere per quadraginta, donec actionis hypotecariæ tempus finiatur, & ſi non ſoluat debitor, fructus interim percipere, & ſuos facere, in computationem, & deductionem debiti: vt not. dd.in.d.l.fideiuſſor obligari.& Alex. in conſ. 47.nume.5.lib.3. Neguſan. vbi ſupra. Item quia poterit creditor illud ius hypotecæ alteri cedere, etiam ſine actiōe perſonali: vt not. Bar.& cæteri in locis pręallegatis. Inſuper aduerte, quòd queadmodū cùm hypotecariæ actiōis præſcribēdæ tempus longius eſt, quā
35 perſonalis: longius etiam durat ipſa actio hypotecaria: ita è conuerſo, cū actiōis perſonalis pręſcribendæ tempus longius eſt quā hypotecariæ: lōgius æquè durat per-
36 ſonalis: & perempta illa, perſonalis nihilominus permanet. Ex quo ellicies pulchram declarationem ad leges noſtras: nam vt vidiſti.lege Taurina cauetur, actionē perſonalem viginti annis pręſcribi, lege autem partitę actionem hypotecariam à tertio poſſeſſore cum titulo, & bona fide decē annis tātùm inter pręſentes: hoc caſu licet hypotecaria citius quàm perſonalis perimitur, non propterea extinguitur perſonalis, donec viginti anni labantur, intra quos durat, &

non

non præſcribitur: & ita non erunt aliquo modo cõtrariæ. Cogita tamen hæc, & alia maturius: quia illa ratio qua diximus ſublato debito per præſcriptionem legis non eſſe ſublatam actionem hypotecariam, licet per pactum, aut conuetionem ſic, videtur hoc noſtro caſu ellidi poſſe, quia per dictam legem Tauri pręfigitur pręſcribẽdi hypotecæ tempus, & quod fit per pactum ac conuentionem partium: poterit fieri per illam legẽ: cum maior ſit poteſtas legis, quã
37 hominis. l. fin. C. de fideiuſſ. glo. in l. non ſolum. ꝟ. fi. verſi. hęredis. de noui oper. nũtiat. & in rubr. de decretis decurio. libr. 10. C. Nouiſſime vide. D. Franciſc. Sarmiento Epiſcopum Aſtoricenſ. in lib. 2. Selectarum interpreta. cap. 9. qui cõtra omnium ſententiam defenſat, hypotecariam minori tempore quam quadraginta annorum iure communi non præſcribi.

38 Hypoteca quam habet domin⁹ pro mercede, in rebus illatis in domo conducta, de iure ciuili inducitur, etiam ſi res illatæ intus non inueniantur. not. Bal. & Ang. in l. certi iuris. C. locat. Iure regio ſolũ habet locum in his quę inueniuntur, & non in illatis, ſi nõ inueniuntur in domo. l. 5. tit. 8. par. 5. Villal.

39 Quod de iure cõi dicit Villalo, intellige de rebus inuectis, & illatis in domo, vt ibi perpetuò manerent, & non de mercibus, & aliis rebus illatis ad commercium. l. debitor. & ibi Bar. ff. de pignor. gloſ. in l. certi iuris. verb. induxerint. C. loca. Angel. Iaſo, & cæteri in. §. item Seruiana. inſt. de actiõib⁹. & iuxta hanc diſtinctionẽ intelligit Greg. Lopez. d. l. 5. titu. 8. par. 5. Sed mihi contrarium verius videtur: nam illa lex generaliter, & indiſtinctè loquitur *de todas las coſas que ſe fallaren*, & fortaſsis hoc ea ratione introductum fuit, quia cum contra iuris cõmunis deciſionem, noluit inducere hypotecam in omnibus bonis inuectis, & illatis in domo: ſed in iis quæ tempore petitionis inuenirẽtur, veriſimiliter credendum eſt, voluiſſe in hoc de mercibus ſupplere, & addere: quod in aliis rebus ſuſtulit. Maximè quia opinio illa (etſi communiter recepta) quòd merces, quę inuenirentur in
40 domo non ſint obligatæ, non eſt vera, vt diligenter probat Vldari. Zaſi. in. d. §. item Seruiana. nu. 20. quem nouiſsimè ſequitur Anton. Vſilus in eodem. ꝟ. nume. 16. per. l. cum tabernam. (ex qua fortaſsis deſumpta fuit lex regia) ff. de pig. quæ cauillari non poteſt: nã licet Bal. in. l. certi iuris. C. locat. dicat
41 ibi expreſſe hyppotecatas fuiſſe merces, nõ eſt verũ: q̃a ſola taberna hypotecata fuit. Etſi merces forent hypotecatæ, etiam quę vẽditæ erant eidem hypotecæ ſubiacerent, quod non eſt verum: vt vides ibi. ad. l. debitor. ac alia fundamẽta ſatisfacit Zaſi. & rectè, verum quidem eſſe merces non cenſeri hypo-

hypotecatas in ſpecie, & in particulari, quoad indiuidua, ſed in genere, & vniuerſaliter: quia licet ſpecies mercium vendantur, ta-
42 mẽ ſemper aliæ ſubſtituuntur. Cõmercium enim eſt negotium emẽdi, & vendendi. l. 3. in fine. C. de cõmerciis. vnde quãuis res in indiuiduo, & aliæ, item & aliæ vendãtur cùm aliæ reſtituuntur, & officina ſemper reponitur mercibus, iam merces extant perpetuò, & ſunt in domo conducta, quamdiu durat eius locatio, in genere, licet nõ in ſpecie quapropter iterũ eſt inſpiciendum tempus, in quo debet ſolui penſio: quia merces, quæ tunc extant, erunt in obligatione: & ita ceſſat ratio. l. debitor. de pigno. & alia per. dd. in cõfirmatione illius doctrinę tradita: quod pulchrè ſẽſit. l. noſtra, & addit Zaſius firmiſſ. argumẽtum à ſimili in. l. proponebatur. ff. de iudiciis. vbi quamuis iudices moriãtur, & alij ſubſtituãtur, tamen idem eſt iudicium: quæ omnia nota perpetuò, quia ab omnibus iuris noſtri interpretibus obliuioni tradita fuerunt, & ſunt quotidiana.

43 Homicidium per culpam commiſſum, nõ punitur pœna mortis iure cõmuni. ſed pœna extraordinaria. l. Cornelius. & ibi Bart. ff. de
„ ſicar. l. 1. C. eo. tit. Diligenter Me-
„ noch. lib. 2. quæſt. arbi. iud. centu.
„ 4. caſu. 324. & Iul. clar. libr. 5. rece-
„ ptarum ſentent. §. homicidiũ: ver-
„ bo, culpa dicit̃ homicidiũ. & ſeq. iure regio per. l. 14. &. 15. tit. 13. li. 8. ordin. ſolùm punitur pœna homicidij ibi taxata. Villalo.

Leges regiæ per Villal. allegatæ non ſunt receptæ in noua recopila. ſed. l. de Alcala. era. 1385. & de Segouia. era. 1385. quę generaliter iubet, quòd occidens etiam in rixa occidatur. *ſaluo ſi lo matare defendiendoſe, o ſi huuieſſe por ſi alguna razon derecha, de aquellas que el derecho pone, porque no deue auer penà de muerte.* & in. l. 5. ti. 8. de los omecillos. par. 7. per quinquennium in inſulam relegantur iuxta deciſ. l. 4. §. 1. ff. de ſicariis. & vſu receptum videmus, tales homicidas arbitrio iudicantium puniri: non obſtãte. l. 7. titu. de los omecillos. lib. 4. for. legum quæ contrariũ dicit euidenter. ibi *y no aya otra pena, ca maguer q̃ no lo quiſo matar, no pudo ſer ſin culpa, porque fue a trabajar en lugar que no deuia.* quæ, vt ſæpe dixi, non eſt attendenda niſi probetur vſus illius, & ad caſum de quo loquit̃ ſcilicet de hõbre, q̃ no por razon de mal hazer, mas jugando matare a otro: reſtringi debet: nulla ergo erit antinomia.

SVMMARIVM.

IVdæi atque alij infideles an gaudeant immunitate Eccleſiæ. nu. 1.

Impubes an faciat indicium ad torturam. num. 2.

Inceſtus an comitatur cum affine, extra figuram matrimonij. nu. 3.

Iniuriam alteri obijciens, ſi verum dicat, quomodo

quomodo puniatur.nu.4.

Intellectus.l.1.tit.9.par.7.latè & vltra omnes enarratur.nu.5.

Iſtius legis deciſionem in foro contentioſo, & non in foro conſcientiæ locum habere.nu.6.

Non obſtante ea lege, etiam iure noſtro, & in foro contentioſo puniri arbitrio iudicis, qui veram iniuriam dixerit, ex opinione.D.Præſ.Couar.nu.7.

De hac doctrina dubitatur.nu.8.

Iniuriarũ actione leui damnatus, an fiat infamis.nu.9.

Iniuriarum actio perpetua, an annalis ſit. num.10.

Ciuilem perpetuam eſſe, criminalem anno finiri probat.nu.11.

Iniuriarum an ſit certa, & limitata pœna iure noſtro.nu.12.

Auenda.& Villal.error detegitur. numero.13.

Iniuriarum actione ciuili agens, an teneatur iniuriam in libello æſtimare.nu.14.

Per quod tempus debet inquilinus remanere in prædio, poſt finitum locationis tẽpus, vt reconduxiſſe dicatur.nu.15.

Vtrum.l.20.tit.8.par.5. quæ per tres dies reconduxiſſe dicit, locum habeat inuito & renuente domino prædij, quod intactum & frequens.nu.16.

Intellectus Greg.Lopez ad eam.l.partitæ taxatur.nu.17.

Nouus illius legis intellectus.nu.18.

Antinomia conciliatur.nu.19.

Inquiſitio generalis an cuilibet iudici in ſuo territorio competat.nu.20.

Ex priuato delicto an fiat inquiſitio.n.21.

Si inſtrumentum impugnetur, ex eo ꝙ à notario nõ ſit factum, quæ probatio ſufficiat, duplex opinio contra.nu.22.

Inſtrumẽtum an reprobetur per teſtes, & quot requirantur.nu.23.

Pulchra cõcordia.l.115.tit.18.par.3. Curt. l.117.ex.D.Præſ. Couar.nu.24.

An per leges noſtras in totum ſit ſublatũ arbitriũ iudicis, cui potius credendũ ſit, teſtibus, aut inſtrumento.nu.25.

Inſtrumẽtum producens, vt debitũ extinctum eſſe probet: an interſit, alleget remiſſionem, vel ſolutionem.nu.26.

Opinio communis taxatur, quòd ſit impoſita verbis, & non rebus.nu.27.

Quæ requirantur vt inſtrumentũ per teſtes reprobetur.nu.28.

In inſtrumento quot teſtes requirantur. nu.29.

L.114.tit.18.par.3.intellectus.nu.30.

Inſtrumenta publica an habeant executionem paratam.nu.31.

Item in clauſulam guarentigiam requirãt iure noſtro.nu.32.& ſeq.

Tres opiniones Hiſpanorum interpretum proponuntur.nu.33.

Prima quòd inſtrumenta requirant clauſulam guarentigiam, & quibus authoribus, & fundamentis muniatur.n.34.

Secunda opinio quòd inſtrumenta publica paratam habeant executionem, & non requirant clauſulam guarentigiam, & quibus authoribus & fundamentis.numero.35.

Tertia opinio eſt Didaci Perez qui has cõtrarias opiniones concordare nititur.numero.36.

Concordia Didaci Perez damnatur.n.37.

Verba contractus tenaciter, & ad vnguẽ obſeruanda.nu.38.

Verba contractus an præſumãtur ex vſu

notariorum, vel ex conſenſu partiũ appoſita. nu.39.
Prima opinio, quòd inſtrumentis publicis non ſit neceſſaria clauſula guarentigia defenditur. nu.4. & ſeq.
Guarentigia iuris communis quæ ſit. numero.41.
Iuriſdictio cartularia, & iudices cartularij qui. nu.42.
Guarentigia Hiſpanica quæ ſit. nu.43.
Intellect. l.3. titu. de las entregas y execuciones lib.4. recop. nu.44.
Intellectus. l. fin. eiuſdem tit. nu.45.
Intellectus. l.4. eiuſdem tituli. nu.46.
Sententiæ arbitrariæ per ſolam tabellionis publici fidem exequi iubentur. nu.47.
Item & tranſactiones. nu.48.
Quæ iuris ſolẽnitates fuerũt ſublatæ per. l.3. tit.8. lib.3. ordi. remiſſiuè. nu.49.
Lex facilius potuit dare contractibus paratam executionem, quàm homines. numero.50.
Reſponſio ad fundamenta contraria. numero.51.
Intellectus. l.5. tit. de las entregas, y execuciones. lib.4. recopil. nouè præter alios elucidantur. ibidem.
Vltra ex ſupra relatis opinionibus recepta ſit in praxi, diſputatur. nu.52.
Doctori atteſtanti de conſuetudine credẽdum. nu.53.
Vtramque opinionem receptam eſſe probat: negatiua, quòd non ſit neceſſaria guarentigia in ſupremis tribunalibus, contra in inferioribus. nu.54.
Locus Didac. de Segura explicatur. n.55.
Quid Nauarræ obſeruetur circa inſtrumentorum executionem. nu.56.
Ius exequendi inſtrumenta quanto tempore præſcribatur. nu.57.
Quid Nauarræ obſeruetur. ibid.
Contrahẽtes an teneantur ſubſcribere inſtrumento publico. nu.58.
Tabellio impeditus, an ſine iudicis licentia poterit committere alteri traductionem inſtrumenti. nu.59.
Inſtrumentorum traductioni an ſint vocandi teſtes inſtrumentarij, vt ſubſcribant. nu.60.
Inſtrumenta quando præſentãtur in cauſa. nu.61.
Iudex per quod tempus reſidere debeat, poſt depoſitum officium. nu.62.
Iudex an tempore officij poſſit emere à ſubditis. nu.63.
Iudex ordinarius an poſſit eſſe arbiter, aut arbitrator. nu.64.
Si iudex conueniatur de negligentia, quid probare teneatur actor. nu.65.
L.9. tit.7. par.3. declaratur. nu.66.
Iudex intra quod tẽpus poterit mutare ſententiam. nu.67.
Quando iudex poterit committere receptionem teſtium. nu.68.
Iudex ſindicator in quibus cauſis ſententiam dicat. nu.70.
L.6. tit.4. par.3. & l.13. tit.7. de las reſidẽcias. lib.3. recop. declarantur. nu.71.
Iudices, & alij officiales an hodie habeant iuriſdictionem ipſo iure, in his quæ ad officia ſua ſpectant. nu.72. & ſeq.
Statuta locorum quare ſine regis confirmatione non valeant. ibidem.
Iudices cauſarum ciuilium an puniant teſtes coram ipſos falſum deponentes. numero.74.
Hodie correcta eſt. l.42. tit.16. par.3. per. l.57. titu.5. de los preſidentes, y oydores. lib.2.

lib.2.recopil.nu.75.
Iudex ſecularis de quibus cauſis eccleſiaſticis cognoſcit iure noſtro.nu.76.
Quid Nauarræ obſeruetur.nu.77.
Iuramentum in quibus contractibus prohibitum.nu.78.
In compromiſſis an apponatur iuramentū.nu.79.
Iuramentum an poſſit fieri in creaturas.num.80.
Iuramentum an ſit neceſſarium in accuſatione.nu.81.
Iuramentum an releuet à condemnatione expenſarum.nu.82.
L.7.titu.22.part.3. hodie per vſum abrogata,& arbitrio iudicis relictum, an litigans ſit condemnandus ad ſolutionem expenſarum.nu.83.
Iuramentum vnius ex correis an noceat aliis,& quando.nu.84.
Iuramentum delatum in actione populari,an noceat aliis de populo.nu.85.
Iuriſdictio an cenſeatur conceſſa, conceſſo territorio.nu.86.
Iuriſdictio an perpetuetur per ſolam citationem.nu.87.
Intellect.l.21.tit.4.par.3.nu.88.
Grego.Lopez intellectus carpitur.ibid.
Ad veritatem copulatiuę vtraque partē veram requiri.nu.89.
Intellect.l.35.tit.18.par.3.nu.90.
Iuriſdictio delegati an prorogetur ex litis conteſtatione.nu.91.
In præſcribenda iuriſdictione quod tēpus requiratur.nu.92.
Sex antinomię corriguntur contra Auenda.ibidem.
Intellectus.l.34.tit.9.par.6.nu.94.
Quælibet pars alternatiuè trahit ſecū ſuū effectum.ibidem.
Cum gratia exēpli quid proponitur, ordo non inducit prerogatiuam,nu.95.
Iudices an poſſint eſculenta & poculenta recipere.nu.96.

1 IMMVNITATE eccleſiaſtica nō gaudent Iudęi, & alij infideles confugiētes ad eccleſiam iure ciuili.l.1.C.de his qui ad eccleſ. confug. iure regio, attēta generalitate l.4.ti.11.part.1. gaudent immunitate: approbata opinione canoniſtarum in clemēti. prima de pœnitent. Villal.

Generalitas legis parti.non cōprehendit hunc caſum peculiarē, vt patet per eam:& quòd inter canoniſtas ſit communis opinio cōtraria ne potiantur immunitate, refert Iul.Clar.lib.5.receptar.ſenten.litera I. numer.205,& ita vſu receptum eſt. ſicque non erit antinomia.

2 Impubes iure ciuili, facit indicium ad torturam in cauſis criminalibus.gloſ.in.l.fi.C.de his quib. vt indig. iure regio non facit indicium.l.9.tit.16.par.3. Villal.

Tu dices, veram & indubitatam eſſe iuris communis ſententiam, quòd vnus, teſtis qui non ſit omni exceptione maior, non facit indicium,ſed prodeſt tantum ad indagandam veritatem, & vt regia lex dicit ad pręſumptionē facti: quare pupillus nō poteſt facere indiciū:

vt not.

vt not. Viuius li. com. opi. verb. teſtis. Iul. clar. in praxi. crimi. ꝟ. fin. q. 21. verb. vnꝰ teſtis. &. 22. verb. vnū tamē. &. 24. verb. iudici quādoq;. non eſt ergo antinomia.

3 Inceſtus iure ciuili nō cōmittitur cū affine: extra figurā matrimonij: cū eo iure affinitas nō cōtrahatur per coitū extra matrimoniū. l. non facile. ꝟ. affines. &. §. ſciēdū. de gra. Iure regio cōmittitur. l. 5. ti. 6. par. 4. ibi, *quier ſean caſados, o no*. &. l. 13. ti. 2. par. 4. Ber. Diaz in praxi ſua cri. canoni. c. 78. Illuſt. Preſ. Couar. in epitho. 4. par. 2. ꝟ. 8. nu. 4. Villa.

4 Iniuriam verbalem inferens alicui, ſi verum dicat, & interſit reipublicæ quòd ſciatur, non tenetur actione iniuriarum iure ciuili, aliàs ſic. l. eum qui nocentem: & ibi Bar. ff. de iniur. Salice. in. l. ſi non conuitij. C. eod. Faber. in. ꝟ. iniuria. inſtit. eod. Iure regio ſi verum dicat, & probet, licet non interſit reipublicæ non tenetur. l. 1. tit. 9. part. 7. ſed licet. l. illa indiſtinctè loquatur, reſtringendam eſſe ad iuris cōmunis diſtinctionem, putat Villalobos: ſicque non erit antinomia.

5 Sed quicquid Villalobos dixerit, illa lex non poteſt aliquo modo reſtringi ad iuris communis diſtinctiones, & ſi veram iniuriam quis alteri intulerit, licet non interſit reipublicæ notam fieri, & licet iniuriandi animo, & non vindictæ publice cauſa motus fuerit, nō tenetur actione iniuriarū per eā. legē. ibi, *Pero ſi aquel que deshonraſſe a otros por tales palabras, o por otras ſemejantes dellas, ſe otorgaſſe e quiſieſſe demoſtrar que es verdad aquel mal, que le dixo del, no cae en pena ninguna ſi lo probaſſe*. Quod apertiꝰ declarat ratio, quam tradidit, ibi. *eſto es por dos razones. La primera porque dixerō verdad. La ſegūda es porque los fazedores de mal ſe recelen de lo fazer, por el affrenta, e por el eſcarnio que recebiran del*. Sicque intelligit eam Gregor. Lopez, licet

6 in foro contentioſo tantùm ſeruādam fore cēſeat, vera ergo erit antinomia. Tamē Preſes noſter obſeruantiſsimus in libr. 1. variarum reſolu. cap. 11. nu. 6. & Petrus à Plaça in epitom. delictorum. c. 1. per totum præſertim nu. 7. exiſtimant

7 non eſſe liberum ab actione iniuriarum, & arbitrio iudicis puniendum, qui in iudicio, vel extra, propriæ vindictæ, aut libidinis explēdæ cauſa conuitium alicui dixerit, non vt ei, vel reipublicæ mederetur, licet verum crimē ei obiiciat. & reipublicæ interſit manifeſtum fieri ꝑ ea quæ apud ipſos videbis. Sed & ſi veriſsimum quidē ſit, talē

8 conuitiantē peccatum cōmittere, & interdū grauiſsimū, & in foro cōſciētię puniēdū eſſe. Tamē iure noſtro, & in foro cōtentioſo, quòd actio iniuriarum naſcatur, & puniri poſsit mihi ſuſpectū eſt, extāte dicta lege partitæ, cogita nihilominꝰ, nā auctoritas tāti viri ancipitē me reddit, & quotidie contingere poterit.

Iniuriarum actione condemnatus, ſi

9 tus, ſi iniuria ſit leuis, non fit infamis iure ciuili.l.Diuus.ff.de iniur. canoniſtę in.c.cum lege.de regul. iur.Iure regio fit infamis.l.5.tit.6. par.3.&.l.5.titulo.6.part.7.iuncta. l.1.titulo.9. eiuſdem part. Auend. in Alphab.Hiſpan.verſic.atroces. Villa.

Cõtraria opinio, quòd damnatus actionę iniuriarũ leui, fiat infamis, eſt etiã cõis iure ciuili: vt not. Fœli.in.c.cum te.nu.9.de re iudi. quod allegare voluit Villa.nam in tit.de reg.iur.non eſt tale cap.praxis Conrad.nume.21.Iul.Clar.lib. 5.receptar.ſenten.§.iniuria verſic. item condemnatus: non eſt ergo antinomia.

10 Iniuriarũ actio iure ciuili perpetua eſt.Balb.de præſcript.part.4. quæſt.1.nu.3.dicit cõmunem. Iure regio per.l.22.titu.9.par.7.non eſt perpetua, ſed annalis: qualiſcunque ſit, approbata opinione Azo. in ſumma: quam magis communẽ teſtatur Gregor. Lopez in. d.l.22. Villa.

11 Actio iniuriarum perpetua eſt, ciuilis iure cõi, & non criminalis quę anno finitur.gloſ.in.l.ſi nõ cõuitij in fi.C.de iniur. eſtque cõmunior, & verior opinio, teſte Ruino conſ.21.nu.5.lib.4.Plaza in epitho.delictor.c.6.in fin. Iul. clar. in alleg.§.iniuria.verſi.tollitur autẽ. & ita in actione criminali nulla eſt antinomia. Balb. in loco per Villalob.allegato de ciuili loquitur: & Gregor. Lopez non dicit aliã magis communẽ ſimpliciter: ſed inter antiquos.

12 Iniuriarum actio non habet limitatã pœnã iure cõi.§.atrox. inſtitu.de iniur.l.hodie.ff.de pœnis. l.prætor edixit.§.atrocem. de iniur.ff. iure regio, vt Villalo.exiſtimat, habet limitatam pœnã.per.l.
„ 2.titulo.9.lib.8.ordina.quę eſt ſub
„ titulo.10.lib.8.recopill.l.21.&.31.
Idemque exiſtimat Nunnius Auend.in tract.de iniur.n.13. Villa.

13 Sed ambo falluntur, nam leges regiæ loquuntur de iniuria verbali tantum, & de quibuſdam iniuriis ibi expreſsis, & licet pœna certa ſit conſtituta, nihilominus relinquitur arbitrio iudicis: vt ſi ei videbitur maiorem imponat. ibi, *y de mas deſto el juez le ponga la mas pena que le pareſciere, ſegun la calidad de las perſonas y de las palabras.* Videas rogo ſi clarior lex eſſe poſſit. Vide alium text. expreſſum dicentem non poſſe certam iniuriarũ pœnam imponi: in. l,21. titulo.9.part.7. cuius verba ſunt, *Cierta pena ni cierta enmiẽda no podemos eſtableſcer, en razon de las enmiendas que deuen fazer los vnos a los otros por los tuertos e las deshonras*, &c. Et paulò poſt, *la otra es en manera de accuſacion, pidiendo que el que le fizo el tuerto, ſea eſcarmentado por eſſo, ſegun aluedrio del juzgador*, &c. Et præter morem meum nõ poſſum continere, quin viros tam deſides nõ increpẽ, qui cõtra textꝰ expreſſos iuris, in quo verſantur, antinomias ex capite com-

componant.

14 ¶ Iniuriarũ actione ciuili agens, tenetur extimare iniuriam in libello, alias non admittitur. Bart. in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. Auend. in tract. iniur. nu. 12. verſic. item ex dicta lege. Iure regio admittitur libellus ſine eſtimatione. l. 21. tit. 9. par. 7.

15 ¶ Inquilinus per quod tempus debet remanere in re locata, poſt finitam locationem, vt recõduxiſſe dicat, relinquitur arbitrio iudicis, iure cõi. allegat Villal. Bar. in l. itẽ quæritur. ¶. qui impleto. nu. 12. locati. ff. per. l. qui ad certum. eo. Iure regio per. l. 20. titulo. 8. par. 5. in prædiis ruſticis moderatur tẽpus trium dierum, in vrbanis non cenſetur reconduxiſſe, ſed debet ſoluere penſionem pro rata temporis. Villal.

Bar. in allegato ¶. non loquitur de inquilino prędij vrbani: nam in hoc idẽ quod iure regio ſtatuitur iure communi in. d. ¶. qui impleto. Sed loquitur de collono prędij ruſtici, & ſic antinomia erit in prædiis ruſticis tantùm.

☞ Sed poterit nõ illepidè in dubiũ reuocari: vtrũ lex noſtra locũ ſibi

16 vendicet, cum dñs prædij ruſtici locati non acquieſcit tacitę locationi: ita vt eo inuito collonus, qui per tres tantum dies permanſerit in prædio, per annum ſubſequentem illud retinere poſsit, & ſi naturam contractus locationis inſpicias, qui eſt vltro, citroque obligatorius, & reciprocus: non dubium erit, quin dominus cogatur ſtare locationi, idq; innuit tex. & ſcribẽtes in allegato. §. qui impleto. Sed ſi verba & rationem huius noſtræ legis attentè cõſideres, cõtrariũ fortaſsis videbitur dicẽdum: nam loquitur aduerſus collonum, & in gratiam domini: ibi, *ſi fincare enella por tres dias o mas, que la non deſampara re a aquel cuya es, entienda ſe que la ha arrendado por aquel año que viene, y es tenudo de dar por ella tanto, quanto ſolia dar en vn año.* Et licet Greg. Lopez in eadẽ lege, verſi. tres dias, dixerit id intelligendũ cũ ſciẽtia, & pa

17 tiẽtia dñi prędij, iuxta. l. qui ad certũ. ff. locati, alioquin nõ induci eã tacitã locationẽ. Ratio quę in ipſa lex ſubſequiť aliud apertè docet: ibi, *e la razon es eſta: porque aquel tiẽpo que tuuieſſe de mas la heredad, de lo que deuia, podia ſer en tal ſazon que deſpues no hallaria el Señor, a quien la arrendaſſe, y perderia porende la renta y fructo de eſſe año.* Si vt ille exiſtimat ſciente, & patiente dño prædiũ retineret collonus: non poſſet ipſe dñs allegare, q̃ le tuuo la heredad mas de lo que deuia, nec ea ratione cogeretur collonus prædium retinere: quia ſi dominus patiebatur eum in fundo manere, & ſcienti ac patienti non fit iniuria, neque dolus: vt ſunt iura perulgata, nullo modo admitteretur, ſi diceret culpa, aut mora colloni non inueniſſe locatores, aut collonos prædij, & amiſiſſe, vel

ammittere potuiſſe fructus illius: & verius diceret id culpa & negligentia ſua accidiſſe: ſibique imputandum, qui paſſus fuit, ac conſenſit collonum in fundo manere. Quare verius exiſtimo legis noſtræ deciſionem tunc locum habere, cùm collonus inuito, aut ignorante domino, prædium per tres dies poſt finitam lo-
18 cationem occupauerit: & cum dominus ipſe conſentit tacitę locationi, & non alias: hocque loco, & ratione pœnę introductum fuiſſe contra collonos: vt celerius prædia libera dominis relinquerēt: ne eſſet in eorū poteſtate dominos eludere, & eis inuitis prædia retinere, aut collere: & ita intellecta lege nr̄a nulla erit antinomia inter ius regium & commune: quia non aduerſabitur caſui. §. qui im-
19 pleto, qui loquitur quādo collon⁹ ſciente, & patiente domino fundum occupat: in quo idem videtur mihi dicēdū de iure noſtro, quòd relīquatur iudicis arbitrio ꝑ quod tempus inducatur, aut cenſeatur inducta tacita locatio: quia multa occurrere ſolent præter temporis præſumptionem, per quę locationem factam, aut non, iudex intelligat: quæ ſub certa regula comprehendi non poſſunt: iniquumq; videtur ſi per trium tantùm, vel pluriū dierum detentionē, abſq; aliis cōiecturis, fortaſsis contra expreſſam cōtrahentiū voluntatē, cōtractus locationis induceretur: interim tamen maturius hæc pēſanda cenſemus, quia inuentionibus noſtris minime innitimur.

20 Inquiſitio generalis, cuilibet iudici in ſuo territorio cōpetit iure ciuili. l. cōgruit. de officio præſid. Salice. in. l. ea quidē. C. de accuſa. Angel. in tract. de malefi. verſi. hęc eſt quædā inquiſitio. iure regio nō procedit ſine mādato regis. l. 2. tit. 17. par. 3. l. 3. & 11. titul. 1. lib. 8. ordi. ſunt. l. 3. & 4. tit. 1. de los peſquiſidores. lib. 8. recopi. Sed Greg. Lopez in. d. lege. par. & in ſumma illius tituli reſtrīgit dictas leges ad inquiſitiones, quæ fiūt de ſtatu alicuius ciuitatis, villæ, aut ꝓuinciæ, quòd ſi inquiſitio ſit generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, vel particularis quoad perſonas, & delicta, admittendā cenſet iure regio. Villa.

Quo modo relato à Gre. Lopez, & nō aliter admittit̄ inqſitio de iure cōi. not. Rober. Marā. in ſpecul. aduocatorū. par. 6. verſi. inqſitio. nu. 6. & 7. vbi cōcordātes allegat. quia inquiſitio eſt de genere ꝓhibitorū, & nō permittitur, niſi in caſibus à iure expreſsis: & lex congruit. de inquiſitione maleficiorū loquitur, non de ſtatu ciuitatis.

21 Inquiſitio ex priuato delicto iure ciuili non procedit. Bal. in. l. ea quidem. C. de accuſa. & in additio. ad ſpecul. de ſententia, verſic. an abſolutus. iure regio per. l. 3. titu. 17. par. 3. procedit cùm duplex actio ex delicto naſcitur: parti, & fiſco,

fiſco,ſeu reipublicæ iuxta l.fin.ff. de priua. delict. & l.fin. de furtis. Villal.

Non eſt hęc antinomia,nam iure ciuili etiam ex priuato delicto officio iudicis fit inquiſitio. vt in lege regia.l.2.§.ſi publico,vbi gloſa & Bar.de adul.ff.cap.qualiter & quando.2. de accuſatio. Robert. Marant.in ſpecul.part.6.verſi. inquiſitio.nu.12.&16.

22 Inſtrumētū ſi impugnetur,ex eo quod à notario nō factum dicatur, iure cōmuni non ſufficit probare habitum pro notario,ſed oportet probare eſſe notarium. Iaſon in l. Barbarius Philippus.nu.48.cōmunē dicit.Iure regio per.l.115.tit.18. par.3. ſufficit quòd eo loco pro notario habeatur, & ſit fama talis, & vtebatur officio notarij. Villal.

Contraria opinio quòd ſufficiat haberi pro notario, eſt etiam communis iure ciuili, vt teſtatur felin. in c.1.nume.18. de fide inſtrum.& Iacob.Philipp⁹ Portius li.2. cōm. opin.concluſio.11. limit.3. & hæc fuit conſuetudine recepta.non eſt ergo antinomia.

23 Inſtrumentū iure ciuili reprobatur per teſtes, & ſi teſtes & inſtrumentū diſcordāt, creditur teſtib⁹. vt not.dd.in.c.cum Ioānes.de fid. inſtru.Bar.in.l.1.ff.quēadmodū teſtam.aperian.Bal.& Salice.in.l.in exercendis.C.de fid.inſtru.iure regio per.d.l.115.ti.18.par.3. plus creditur notario,ac inſtrumento,quā teſtibus:ſi notarius eſt viuus,& bonæ famæ. Villalo.

24 Illuſtriſsimus Pręſes Couar.in.c.13.lib.2.variar.reſolut.nume.11. interpretatur illam legem.115.intelligendam, quando directè vult qs ꝓbare inſtrumētū eſſe falſum, quando vero indirectè vt non probet,aut fidem faciat, quatuor, vel ſaltim tribus teſtibus omni exceptione maioribus impugnatur inſtrumentum.per.l.117.illius tituli & part.& l.32.tit.11.par.5.& hęc eſt veriſsima illarum legum concordia,licet gloſ.nihil dixerit.

Item ex illa lege.115.exiſtimabat Villa.tolli arbitrium,quod iudicibus dabatur in hoc,vtrū inſtrumēto,vel potius teſtibus eſſet credēdum,de quo Iacob.de Aren.Petr. Salice.& aliis in dicta.l.in exercēdis. Sed ex concordia ſupradicta non erit ſublatum, quando inſtrumentū reprobatur indirectè: nam cū verū ſit, illud teſtibus impugnari poſſe, nō erit ſublatum arbitriū, cui potius credendum, iudex arbitretur,aut teſtibus,aut inſtrumento. Et citra illam concordiam exiſtimat Greg. Lopez in ea lege nō eſſe ſublatum arbitrium iudicis,& recte illud probat.vide Iacob. Menoch.lib.2.quęſt.arbitr.iudi.centur.2.caſu.105.

26 Inſtrumentū producēs vt ꝓbet debitū extinctū,ſi pènes debitorē inuenitur, & alleget pactū de non petēdo, aut remiſsionē debiti,nō ꝓbat:ſi vero alleget ſoluiſſe, probat,modo nō ſit perſona domeſtica:quia

ca:quia tũc ſubtraxiſſe pręſumitur alleg.Villalo.glo.in.l.Labeo.ff.de pact.&in.l.vni.§.ille autem.C.de latin.liber.tollen.&.dd.in.l.ſi chyrographũ.ff.de probatio.&glo.&dd.in.c.eccleſia.2.vt lite pẽdẽte,&eſſe com.opin.not.Gre.Lopez in.l.11.tit.19.parti.3.iure regio ſiue alleget remiſsionẽ,ſiue ſolutionẽ, ſi doceat penes ſe habere inſtrumẽtũ datũ à parte,probat ſolutionẽ:& licet nõ probauerit traditũ à parte,pręſumitur ſolutio,ſi ſit cancellatũ,& non aliàs.d.l.11.titul.19.par.3. Villa.

27 Aduerte,nã licet iure ciuili debitor alleget ſolutionem,niſi probauerit inſtrumentum traditũ fuiſſe à creditore,non præſumitur ſolutio:& hæc eſt etiam com.& vera reſolutio.dd.in locis per Villa.allegat.Guid.Pap.ſing.269.&.401.& licet illa opinio cõmunis ſit:nõ inuenio cõgruentẽ rationẽ differentiæ,inter ſolutionem,& pactũ, ſeu remiſsionẽ.& vt Greg.Lopez ibi bene aduertit:eſt opinio impoſita verbis,& non rebus.

28 Inſtrumentũ tribus teſtib⁹ reprobatur iure cõi,vt not.dd.canoniſtę in.c.cũ Ioãnes.de fide inſtrum.& alij diligenter relati per.D.Præſi.Couar.in.c.13.li.2.variarũ reſolu.nu.11.iure regio quatuor copulatiuè req̃runtur,primo quod omnes teſtes,inſtrumenti concurrant,2.quod notarius ſit malæ famæ,& teſtes bonæ,& hoc eſt tertiũ,quartũ ꝙ res nõ ſit de lõginquo tẽpore.l.115.tit.18.par.3. Villa.

Hoc verum in reprobatione directa inſtrumenti,id eſt ad probãdum inſtrumentũ falſum eſſe,vt ſupra diximus,nã in probatiõe indirecta,tres tãtũ teſtes ſufficiũt.per l.32.tit.11.part.5.& ſaltim hoc caſu non erit antinomia.

29 Inſtrumentũ vt valeat,iure communi ſufficiunt duo teſtes.§.ſed inſtrumenta.de inſtrum.caut.& fide,col.6.glo.&.dd.in.c.1.de fide inſtrum.extr.iure regio tres teſtes ſunt neceſſarij.l.54.titulo.18.part.3.ſed Villa.exiſtimat duos ſufficere,per.l.114.eiuſdem tituli,quamuis conſuetudine prima ſit recepta,de qua.D.Præſes Couar.in.c.20.practi.quæſt.numero.præſertim.4. Villalo.

30 In eo quod dicit Villalo.ſibe ne attendatur.l.114.ſufficere duos teſtes in inſtrumento,fallitur,nam illa lex refertur ad ea quę ſupradixit ibi.*como de ſuſo moſtramos*,& de ſuſo in.l.54.non ſufficere duos teſtes dixit,niſi eſſent ambo tabelliones,& ſic intellecta,vitabis antinomiam iuris noſtri,& duarũ legũ eiuſdem tituli,quę maxime reprobatur omni iure.

31 Inſtrumentũ nõ habet executionẽ paratã iure cõm.Alex.in authẽ.prætor.§.ſi iudex.de re iud.C.Roder.Xuarez latè in declaratiõe legis regni poſt.l.poſt rẽ.ĩ prin.n.6.Did.de Segura in.l.ſi ex leg.cauſa.ꝺ ver.obli.art.101.verſi.tertia differẽtia,iure regio habet executionẽ

para-

paratã, & ſatis eſt ſi per tabellionẽ
ſit factum. ex. l. 5. tit. 8. libr. 3. ordin.
„ quæ eſt. l. 1. & 2. titul. 21. de las en-
„ tregas. lib. 4. recopil. & ex hoc elli
citur alia antinomia: quòd iure ci-
32 uili ad exequendum inſtrumentũ,
requiritur clauſula guarentigiæ
iuſſu notarij publici, vel ex forma
ſtatuti: de qua latè Xuarez vbi ſu-
pra. Sed iure regio non requiritur.
Villa.

☞ Quia res controuerſa eſt hęc de
inſtrumẽtorũ executione, vſuq; fo
33 rẽſi frequẽtiſsima, operepreciũ e-
rit, aliquãto diligẽtius eã diſcute-
re. Tres opiniões noſtrorũ Hiſpa-
norũ interpretũ inuenies in eluci-
datione huius quæſtionis, vtrũ in-
ſtrumentis publicis à tabellione,
ſeu notario publico confectis, ne-
ceſſario inſerenda ſit clauſula gua
rentigia, vt executionẽ paratã ha-
beant, prima eſt quòd neceſſaria
ſit illa clauſula, et ſi ea careant, nõ
habeant contractus paratam exe-
cutionem, hancque ſequuntur Ro
34 der. Xuarez in declaratione legis
regni, addita repetitioni. l. poſt rẽ.
ff. de re iud. in princ. numero. 10. &
17. & ex opinione aliquorum ean-
dem ſequitur Didacus de Segura
in repe. l. ſi ex legati cauſa. de ver.
obligat. nu. 78. illam etiam ample
ctitur Illuſtriſsimus dominus Prę-
ſes Couarr. in. c. 11. lib. 2. variarum
reſolut. nu. 3. & nouiſsimè. P. Nun-
nius de Auendaño in repetit. l. 4.
&. 5. de las exceptiones. Hi omnes
& ſi qui ſunt alij affirmãt, hãc eſſe
veram & com. praxim, & vſu foren
ſi receptam ſententiam: quã pro-
„ bare nitũtur ex ea lege Toleti, quę
„ eſt. 2. tit. de las entregas y execu-
„ ciones. 21. lib. 4. nouæ recop. & ex.
„ l. Henrici. quę eſt. l. 5. titul. 8. libr. 3.
„ ordin. & in recopilat. noua prima.
„ d. titul. de las entregas, & adeo ve-
ram exclamant, vt hodie non eſſe
huic controuerſię locum, cẽſeant:
quia. l. vlti. in curiis Matritiis anni.
1534. quę ad extenſionem, & inter-
pretationem prędictarum legum
fuit lata, de contractibus guarenti
giis intelligendas, expręſſe dicit.
*Que las nueſtras juſticias los executen cõ
forme a la ley de Toledo, que habla de los
contractos guarenticios.* Et quia con-
ſuetudo & praxis forenſis ſic eam
interpretauit, cuius interpreta-
tioni in caſibus dubiis inhærendũ
eſſe (vt ipſis legibus) iura ſtatue-
runt. l. ſi de interpretatione. ff. de
legib. cum ſimil.

35 Nihilominus tamen alia, & dire
cto contraria inuenitur opinio, q̃
omnes cõtractus publici etiam ſi
hanc clauſulam guarentigiam nõ
habuerint, paratam præ ſe ferant
executionẽ. Huius opinionis au-
thor eſt Ioã. Lupꝰ de Pala. Rubios
in. l. 63. Tauri. n. 1. Dida. de Caſtel-
lo in eadẽ. l. verſi. obligaciõ per-
ſonal. nu. 11. Ant. Gomez in lib. 64.
Tauri. nu. 4. & Ber. à Vill. in cõpil-
latione ſuarũ antinomiarũ, verſic.
inſtrumentũ. & verſic. oblig. & hi
oẽs etiã affirmant hanc eſſe verio
rẽ de iure noſtro, & cõmuni praxi

receptam ſententiam/eamq; probât ex ſupradictis legibus/quæ de contractibus publicis tantùm ,/& non de guarentigiis loquuntur,/& ex eadem lege fin.in curiis Madritiis, quæ ſchedulis priuatis coram tabellione recognitis, tribuit idẽ executionis remediũ/reſpondẽtque illud verbum guarentigios in fine illius legis appoſitum equiuocum,aut ſinonimũ eſſe, & idem ſignificare quod firmũ,/contractũq; guarentigium, ideſt publicum interpretandum.

opinio 36 /Tertia eſt opinio Didac.Perez „ in.l.3.tit.8.lib.3.ordi.quæ eſt.l.2.titulo.16.delos contractos y obligaciones.lib.4.recop.noue/Qui has contrarias opiniones ſaluare conatur,/& vtramque veram eſſe exiſtimat/poſterior autem quòd ſine clauſula guarẽtigię cõtractus executioni mandentur, ex eo ſuſtineatur,/quòd cum communi vſu notariorum receptum ſit,has clauſulas guarentigias in contractibus apponi,/ſemper cẽſeatur,& pręſuponatur appoſita/licet in inſtrumento non fuerit ſcripta.argumento.l. fin.C.de fideiuſſ/& quæ not.Segura in.l.3.ſſ.fin.nume.32.ff.delibe.& poſthu./&.D.Præſes Couarr. in.2. parte rub.de teſta.num.14./exiſtimat namque omnia inſtrumenta publica executioni mandanda/nõ ex eo tãtum quòd publica ſint/ſed quia guarentigia præſumuntur, ex fictione à lege inducta: quæ quidẽ lex finxit in contractibus adeſſe, quæ vſu communi poni conſueuerunt ;/& hanc putat ſingularem & notandam concordiam,/ſed eam non admittunt primæ opinionis authores/qui omnes intrepidè affirmant,/contractus ſine illa expreſſa clauſula minime habere executionẽ paratam, & ita vſu receptũ.

37 /nec ego quidem admitterem eius fictionem:quæ deſtrueret vniuerſum orbem, ſi in cõtractibus, omnia quæ ex conſuetudine notariorum ſolent inculcari in inſtrumentis,/licet ſcripta non inueniantur, ſubintelligi à lege deberent: & appoſita fingi/nunquam enim lex fingit nec pręſumit aliud à contrahẽtibus factum, quàm quod in inſtrumento ſcriptum inuenitur: & verba eius tenaciter vt (dicunt) & ad vnguem obſeruari iubet./Nã ver-

38 ba contractus habentur pro textu, cui credẽdum eſt.Oldr.conſi. 258. Inno.col.2.Bald.conſil.174.lib.1. Crauet. conſ. 105.num.2.l.non aliter.l.illæ, aut illæ.§.cum in verbis. deleg. 3,/& idem dici poſſet de reliquis clauſulis vſu receptis/ſicque nullæ eſſent neceſſariæ/quòd,quã alienum ſit à ratiõe iuris,nemo nõ videt/quinimo eſt contra tex. expreſſum pragmaticæ complutẽſis „ Eſt.l.13.tit.25. de los eſcriuanos li. „ 4.recopi.quæ ſic ſe habet. *Mandamos que cada vno de los eſcriuanos tenga vn libro de notas,&c.enel qual ſe contenga toda la eſcriptura que ſe huuiere de otorgar por extenſo,&c.y todas las condiciones,partes,y clauſulas,y renunciaciones,*

y ſum-

y ſummiſsiones que las partes aſsientan, &c. Nec quæ ipſe Dida. Perez allegat ex Segura, & Couar. quicquã faciũt: qui vt videbis loquũtur qñ in inſtrumẽtis inueniũtur ſcriptæ clauſulæ, quæ ex vſu notariorum apponi cõſueuerũt, & dubitatur, num ex conſuetudine notarij, an ex partium volũtate appoſita fuerint: tunc enim lex ſanctiſsimè prę ſumit, ex conſenſu partium appoſitas, ſi aliud legitimè non apparuerit.

40 Remanet ergo pugna indeciſa ex æquali numero militum, atq; ex eiſdem armis, & iuribus cõtexta. Dubito mediũ introire, ne mihi quòd Didaco Perez fortaſsis contingat, qui ex cõcordia vulnus (vt ſæpius pacem inter rixantes perquirentibus accidit) ſubſtulit. Sed quia ego tunicam vẽdidi, gladiumque emi, vt veritatem defenderem: contra prioris opinionis fautores verius exiſtimo, & affirmo iure nr̃o contractus ſiue inſtrumẽta publica (ſi alioquin liquida ſint) abſq; clauſula guarẽtigia executionem paratam habere, & antequam in arenam conſcendam, & vt veritas facilius innoteſcat, pponam quæ ſit clauſula guarentigia Italica, de qua iuris communis interpretes paſsim loquũtur, & quæ Hiſpanica de qua. dd. noſtri contendunt.

opinio autoris.

41 Guarentigia iuris communis, eſt præceptum quodam de ſoluendo, factum à tabellione, partibus confitentibus debitum corã ipſo in inſtrumento. not. Bald. in. l. etiã in princ. C. de executio. rei iudic. Bart. in. l. poſſeſsio. ſ. ſi poſſeſsio. de acquir. poſſ. Cin. in. l. vni. C. de confeſſ. & alij qui diligenter allegãtur. per Rod. Xuarez in loco nuper relato. num. 1. & Didac. de Segura in. d. l. 51. ex legatica cauſa, illud autem præceptum vim ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam ha-

42 bere dicunt, perinde ac ſi à iudice competẽti factum eſſet. Quia notarij ex conſuetudine, aut ſtatutis locorum, in quibus his cõtractibꝰ vtuntur, habẽt iuriſdictionem cartulariam, vt id facere poſsint, hacque ratione iudices cartularij vocantur, vt iidem. dd. fatentur in locis proximè relatis, & alibi ſæpe. Sed, vt omnibus exploratum eſt, apud nos notarij nullam nec cartulariã habent iuriſdictionẽ, ideoq; hoc præcepto & clauſulæ tenore non vtimur. Sed alia quæ ex Dida-

43 ci Perez ſententia talis eſt, *Que las partes dan poder a todos y qualeſquier juezes y juſticias, ante quiẽ la preſente carta e inſtrumento fuere preſentado, para que ſobre lo contenido en el hagan execucion en ſus perſonas y bienes, anſi e tan cumplidamente, como ſi contra ellas fueſſe dada ſententia diffinitiua, por juez competente, la qual fueſſe paſſada en coſa juzgada.* Ex qua facile ellicies differẽtiam harum clauſularum, nempe, quòd iure communi non fiebat executio contractus ſine illo præcepto iudicis cartularij, iure noſtro ſine

 illo,

illo,& ſine alio præcepto ſit,abſq;
hac clauſula,ergo defendim⁹ iure
noſtro inſtrumẽta executioni mã
danda per ea quæ ſupra adduxim⁹
pro hac parte. Quibus adde alios
tex. expreſſos de ipſo iure noſtro.
in.l.3.titu. de las entregas y execu
tiones. lib.4.recopila. quæ ſic ca-
44 uet, *Otro ſi por quanto por la ley por nos*
„ *hecha en las cortes de Toledo,* eſt lex de
„ cuius intellectu controuertimus.
ouimos ordenado, que ſi los deudores que
deuẽ algunas deudas en quien ſon hechas
execuciones, nota, *por contractos, o obli-*
gaciones o por ſentẽcias, a pedimiẽto de los
acreedores,&c. Vides quęſo, que no
dize por cõtractos, o obligaciões
guarentigias, & ita apertè inter-
pretatur mentem dictæ legis To-
leti, de contractibus, & obligatio-
nibus publicis indiſtinctè intelli-
gendam. Item eſt alius tex. in.l.fin.
eiuſdem tituli id exprę́ſsius deci-
45 dens. *Por que por no eſtar declarado por*
leyes deſtos Reynos, la forma que ſe ha de
tener en las execuciones, de los contractos
publicos, y otras eſcripturas que traen a-
parejada execucion, &c. Ecce ergo ꝙ
contractus publicus habet paratã
executionem, citra illam guaren-
tigię diſtinctionem, quam ſi exige
rent noſtri legiſlatores, non dubiũ
eſt, quin in his legibus ad illius in-
terpretationem factis dicerent.
46 Adde præterea alium & optimũ
tex. in.l.4. eiuſdem tituli quæ ſen-
tentiis arbitrorum, & tranſactioni
bus paratam tribuit executionẽ,
ſub his verbis, *Mandamos que luego q̃*
la tal ſentencia arbitraria fuere dada, de
que la parte pidiere execucion, ſe execute
libremente, pareſciendo y preſentandoſe el
compromiſſo, y ſentencia ſignada de eſcri-
uano publico,&c. & pauló poſt addi-
dit, *y eſto miſmo mandamos que ſe haga,*
y ſe execute en las tranſactiones, que fue-
ren hechas entre partes, por ante eſcriua-
no publico. Si in ſentẽtiis arbitrariis,
47 quæ ſæpenumero maioris momẽ
ti, controuerſiæ, ac præiudicij eſſe
ſolẽt, & in quibus non adeſt vtriuſ
que partis conſenſus, ex ſola tabel
lionis publici fide & atteſtatione,
exequi iubentur, vt vides, quis ne-
gare poterit in cõtractibus qui ex
communi conſenſu partium ſpon
te fiũt coram publico tabellione,
non dari paratam executionẽ? ne-
que proderit ſi quis dixerit, in his
arbitrariis inſtrumẽtis iudicis ſen
tentiam, & partium promiſsionẽ
quòd non appellabunt, & arbitro-
rum iudicio cõſentient, id facere:
nam cum lex, cũ iudex ea exequi
iubet, nihil horum ei conſtat ex a-
lia probatione, aut fide, quàm ex
ſolo teſtimonio, & fide tabelliõis
publici id atteſtantis: & ad præſtã
dam executionem autoritas eius
tantum exigitur. Et quid quęſo re-
48 ſpondebis ad trãſactiones, in qui-
bus nulla ſententia, præter partiũ
conſenſum, vt in obligationibus,
& ſimilibus ceteris cõtractibus ad
eſt? Inſuper ſi ob ſedandas litium
ambages, & debitorum fraudulẽ-
tas dilationes, Reges noſtri volue
runt, quòd ſi aliquo modo appa-
ruerit,

ruerit, quē obligandi animum ha-
49 buiſſe, cogatur obligatiōis vincu-
lū adimplere. Atque hac ratione
ſubſtulerunt ſtipulationum ſoléni
tates, acceptationis incontinenti
formā, & tabellionis publici præ-
ſentiā, facti, & nominis alteri⁹ ex-
ceptiones, atq; alia quę iure com-
muni magis neceſſaria exiſtima-
bātur, non tantum ad executionē,
immo ad robur, & ſuſtantiam con
tractuum: vt patet per l.3. titul.8.
,, lib.3. ordi. quæ eſt ſub titulo de los
,, contractos y obligaciones. 16. lib.
5. recopil. l.2. & quæ ibi not. abun-
dè Didac. Perez, & alibi ſæpe in-
terpretes noſtri: quis quæſo cre-
det interueniente notarij publi-
ci præſentia, & fide: hāc guarenti-
gię formā (meo iudicio inutilē) nō
50 fuiſſe abolitam? cum facilius po-
tuerit lex executionem paratam
contractibus dare: quā contrahen
tes ipſi. Si verum eſt maiorem eſſe
legis, quam hominis, qui legi ſub-
eſt poteſtatē. l. fin. & ibi. dd. C. de
fideiuſſo. glo. in rubri. de decretis
decu. li.10. C. & in ca.2. verſ. offic.
de cōſuetu. li.6. & æquū atq; neceſ
ſarium fuiſſe puto vt quod ab ipſis
cōtrahētib⁹, in ſingulis cōtractib⁹
faciendū erat, hoc ſemel & vnica
vice fieret per legem noſtram.
Et quia potiſsimū alterius factio
nis fundamentū cōſiſtit in ea lege
,, fin. Matritij conuentus. quæ eſt. 5.
,, ſub tit. delas entregas lib.4. cōpil.
,, nouæ, in illis verbis, que habla de
los cōtractos guarentigios, exiſti-
51 mo veriſsimū eſſe reſpōſum, quòd
illud verbū guarētigios, ſit ſynony
mū, & ibi apponatur ꝑ firmis, imo
ꝑ publicis inſtrumētis, quæ firma,
& guarētigia dr̄ apud nos. Sed qa
ipſi non probarunt, ego illud pro-
bo ex ipſamet lege, *Porque ſomos in-
formados* (principium legis eſt) *que
a cauſa de no ſe executar los conoſcimiētos
reconoſcidos por las partes, y las cōfeſsio-
nes que ſe hazen en juyzio, como los otros
cōtratos otorgados ante nueſtros eſcriua-
nos, q̄ traen aparejada execuciō, ſe ſiguen
muchas coſtas* &c. quos in hoc legis
prin. vocauit *cōtratos publicos*, q iux-
ta legem Toletanā paratā habent
executionē, in fine vocat *contractos
guarentigios*, & hoc apertius apparet
ex eo q nō dicit in fine illius legis,
cōtractos publicos y guarētigios, nā licet
cōtractus eſſet quantūuis firm⁹, &
guarētigius, ſi nō eſſet publicus, &
à tabellione publico factus, nō ha
beret executionē paratā: quādo-
quidē apud nos nullus q nō fuerit
creatus tabellio publicus per Re-
gē, aut eius conſiliū, poteſt cōfice
re, nec teſtificare inſtrumētū vali-
turū. l.2. tit.25. delos eſcriuanos de
cōcejo y publicos li.4. recopil. re-
manet igitur ſatis ſuperq; defenſa
& ſecura opinio, quod verior ſit
de iure nr̄o in cōtractibus publicis
nō exigi guarentigiū, & ea omiſſa
executionem paratam habere.
52 Sed quid dicemus de conſuetu
dine, vſu, & praxi. nā vt audiſti oēs
triticum ad ſuū molendinum tra-
hunt, & certo certius affirmāt ſuā
opi-

opinionem in praxi receptã, etſi doctori de cõſuetudine atteſtanti credendũ eſſe iura præcipiunt: vt not. Bar. & com. ſcribentes in. l. de quibus. ff. de legibus. Deci. conſil.
53 420. in fine. & cõſi. 559. & alij quos refert, & ſequitur Aimon Craueta conſ. 166. nu. 9. tot, & tam præſtantiſsimis doctoribus, de contrariis cõſuetudinibus atteſtãtibus quomodo credendũ erit, quin erraſſe etiã in facto alterutros fateamur? abſit tamen (quia etſi impoſsibile videatur) omnes verũ dixiſſe exiſtimo: nã vt à peritiſsimo quodam regio cõſiliario accepi opinio noſtra, q̃ ſine clauſula guarẽtigia cõtractus publici executioni mãdentur, recepta fuit in ſupremis regiis tribunalibus, & cãcellariis, & cùm
54 de hac re apud eos adducitur controuerſia: ridiculũ eſſe cẽſent. Opinio vero cõtraria vt plurimũ recepta fuit ab inferioribus iudicibus, correctorib⁹, & aliis ordinariis, q̃ errore (vt vidiſti) ducti exiſtimant cõtractus publicos, ſine inſertiõe illius clauſulæ nõ habere paratam executionem. Quamobrem operepreciũ eſſe reor, vt quãplurimas lites, & dãna quæ ex iſto recepto errore quotidie emanare videm⁹, ſedarẽtur: lege regia expreſsim caueretur, q̃ cõtractus publici, ſi ex reliquis à iure nr̃o requiſitis partibus, & qualitatib⁹ ſuffulti inueniãtur: ſine clauſula illa exequãtur. Et ne interim pretermittã: aduerte q̃ falsò allegat Did. de Segura prioris opinionis ſectator: nã expreſsè contrariũ affirmat in. d. l. ſi ex legati cauſa. nu. 73. & ſeq. vbi aſſeuerat ex conſuetudine noſtræ Hiſpaniæ
55 oĩa inſtrumẽta eſſe guarẽtigiata: & hac ratione conatur defendere etiã ſine cauſa executiõi mãdãda: quod ſupra nos impugnauimus: illud aũt quod poſtea. n. 78. de iſtrumẽtis guarentigiis dicit, intelligit de publicis, & equiuocatur in nomine, nã guarẽtigios appellat cõtractus publicos, quos omnes eſſe guarentigios ex conſuetudine noſtra ante dixerat, & ſic habebis alium, & non leuis opinionis authorẽ noſtram ſententiam ſectantem.

56 Iure regni Nauarræ inſtrumẽta publica, niſi clauſulã guarentigię habuerint nõ exequũt: & licet nõ ſit ſpeciali lege cautũ, ita vſu receptũ eſt: hocq; innuit pragma. 149. li. 2. de las pragmaticas y leyes de los tres eſtados, in quã chirographa recognita à parte exequi iubẽtur, como los inſtrumẽtos guarẽtigiados, verba ſunt legis. *itẽ & ſentẽtiæ arbitrorũ vt iure regio executionẽ paratã habent.* prag. 40. d. lib. 2. ex quo ſuſpicor illud etiam Nauarrę iuris errore introductũ: quandoquidẽ nulla ratio aſsignari poterit, cur ſcripturę priuatæ corã tabellione recognitę maior fides & prõptior executio adhiberi debeat, quã ſcripturæ publicæ ab ipſa parte recognitę, nã abſurdũ videtur, & cõtra legalẽ ſcientiam, priuatis, potius

quàm

quàm publicis documẽtis fauere.

57 Ius exequẽdi inſtrumentũ guarẽtigiũ iure ciuili durat ꝑ triginta annos, quia fit per officiũ iudicis, ꝙ regulariter ꝑ triginta annos durat. glo.ſing.iuncto tex.in.l.ſicut in rẽ. C.de pręſcrip.triginta,vel quadragĩta annorũ. verſi.ꝓſecuti.Balb.ꝗ quãplurimos refert ĩ tract.pręſcri. 4.part.4. partis principalis,quęſt. 30.l.22.tit.29.partit.3. & Ant. Gomez in.l.63.Tauri:quę eſt.l.6.ti.15. de las preſcriptiones lib.4.recop. Iure regio nouo per eandẽ.l. decẽ tantum annis durat.

58 Idẽ cauetur iure regni Nauarræ in cap.2.tit.3.de los ſecretarios, eſcriuanos, y cartas. lib.2.fori.

Inſtrumẽto publico nõ tenentur ſubſcribere contrahentes de iure cõi,not.Panor.& cæteri in.c.1. de fid. inſtrum. D. P. Couar. in.c.20. pract.qq.n.4.verſi.& licet.Iure regio debent ſubſcribere, aliàs non valet inſtrumentũ.l.13.tit.25.lib.4. recopila. Idem cauetur iure regni Nauarrę in ordin.5.de la viſita del Obiſpo de Thuy.

59 Inſtrumentũ ſi traducitur ex protocollo tabellionis mortui,ſeu impediti,neceſſaria eſt iudicis authoritas, vt fidẽ faciat, & hæc eſt cõis opinio, vt patet ex his quæ notãt dd.in.l.ſi quis ex argenteriis.§.coguntur. de edend. ff. D. P. Couar. in alleg.c.20. pract.quæſtio. nu.3. verſi.eſt obſeruandum.Iure regio poterit cõmittere tabellio impeditus alij tabellioni traductionem inſtrumẽti,abſq; iudicis licẽtia, & facit fidẽ.l.55.ti.18.par.3.D.Couar. vbi ſupra,verbo,verũ ad Panor.& idem facere poteſt tabellio, qui authoritate regia ſucceſsit alteri tabellioni: ſed hoc non vidi vſu receptũ ſine iudicis mandato, quod vulgo cõpulſorio vocamus, & meritò meo iudicio.

60 In inſtrumẽti traductione iure communi non ſunt vocandi teſtes inſtrumẽtarij, vt patet in locis ſupra allegatis,& not.D. Præſes vbi ſupra,verſic.tertio etiã.Iure regio vocãdi ſunt, & debent inſtrumẽto trãſcripto ſubſcribere.d.l.55. in fi. & idem author in eo loco.Sed nec hoc ſeruatur hodie, nihilominuſque inſtrumẽtis datur fides, & executioni mandantur.

61 Inſtrumẽta producuntur in cauſa poſt publicationẽ,& ante cõcluſionẽ.glo.& Cin.in authen.qui ſemel.C.de proba.& in.l.peremptorias.C.quę ſenten.reſcin. nõ poſſ. Iure regio debẽt ꝑduci ab actore cũ libello, & à reo cũ exceptionibus intra viginti dies,& in appellationis, vel ſupplicationis inſtãtia, cũ libello grauaminũ,& reſpõſione: aliàs nõ admittuntur ſine iuramento:ꝙ poſt nouiter in ſuã notitiã peruenerunt.per.l.1.8.&.22.in. ll.Matritiis: ſunt.l.1.&.2.tit. 1. &.l. 1.&.2.tit.5.lib.4. recopil. ſed malè Ab aduocatis ſeruatur, & multa ꝑiuria in animas partium, & ſuas cõmittunt. Villa.

62 Iudex debet reſidere in ꝓuincia

per quinquaginta dies poſt depoſitum officium iure cõmuni. l. nemo.C.vt oẽs iudices tã ciuiles,&c. l.cõſiliarios.C.de aſſeſſorib.l.6.ti. 4.par.3.iure regio nouo per triginta dies,& nõ amplius.l.16.tit.16.li. » 2.ordi.Eſt.l.23.tit.7. de las reſiden » cias. li.3.recopil. Villal.

63 / Iudex perpetuus de iure ciuili poteſt emere à ſubditis.l.prçſidis. verſi.quia perpetui ſunt. ff. ſi cert. peta/iure regio nec temporales, nec perpetui poſſunt emere.l.5.ti. 5.parti.5. Villal.

/ Sed non ſeruatur vt Gre. Lopez not.ibi,in iudicibus perpetuis.

64 / Iudex ordinari⁹ iure ciuili poteſt eſſe arbitrator,licet nõ arbiter.Prçpoſit.in can.fames.3.q.7. & Marc. Ant.de cõpromiſſ.q.2.nu.41. glo. in.l. ſed & ſi ſeruũ.§. ſi quis iudex. de arbi/iure regio nec arbitrator, nec arbiter eſſe poteſt. l. 9. de los » corregidores. Eſt.l.9.tit.4.li.3.re- » copil.Auend.in.alphabe.Hiſpan. verbo,Albedriadores.

65 / Iudex ſi conueniatur de neglig̃etia,actor debet probare aduerſarium cum quo litigabat corã eo ſibi eſſe obnoxiũ, vel quòd per iudicem ſtetit quominus probaret obnoxium eſſe.glo.& Platea.in.l. penul.C.de naufragiis.lib.11/iure regio ſufficere iuramentum partis affirmat Villa.per.l.9.titu.7.par.3. Villalo.

66 / Sed malè,nã in illa.l.ꝓbatio exigitur, ſicut & iure cõi. ibi. *ſi ſe lo pudieren prouar*.& quòd de iuramento tractat eſt quoad expẽſas, & de earũ taxatione, quç iuramẽto partis remittuntur, poſtquã iudex fuit cõdemnatus per legitimas probationes, quod etiam fit iure com. & in omnibus cauſis quibus fit cõdemnatio expenſarum.

67 / Iudex poſtquã protulit ſentẽtiã, nõ poteſt minuere,augere,vel mutare illã:nec circa fructus,& expẽſas,ſi de eis mẽtionẽ fecit:ꝗ ſi non fecit,intra vnum diem poterit cõdemnare , vel de eis pronuntiare iure cõmuni.Bal.in.l. generaliter. de arbi.ff.Iacob.de Rauẽ. & Guilliel. de Cun.Alex. numer.3.& Angel.in.l.Paulus.la.1.de re iudi. Innoc.in.c. audientiam. de procura. /iure regio diſponitur contrarium, quòd eadem die poteſt moderare, vel mutare condemnationem fructuum,& expenſarum. per.l.4. tit.22.par.3. Villa.

Sed illa lex nihil de hoc.l.3.eiuſdẽ tituli tractat quando iudex poſsit reuocare vel mutare ſententiam ſuam, tamen de caſu iſto nihil dicit: & ſic non erit antinomia.

68 / Iudex poſt quadraginta annos poteſt ſindicari iure cõmuni. Ioã. de Platea in.l.ordinariorum.C.de coarctal. lib. 11/Iure regio ſi per annum ſteterit, poſt non poteſt ſindicari.l.6.titulo.16.lib.2.ordin. Villa.

/ Hæc lex non fuit inſerta in noua legum regiarum recopilatiõe, nec ſeruatur , & ſic non eſt antinomia.

Iudex

69 Iudex nõ poteſt cõmittere receptionem teſtium in cauſa criminali iure communi: ſed ipſe debet eos examinare.l.iudices:& authẽ. ibi poſita.C.de fide inſtrum.Lanfran. in.c. quoniam contra,de probat.com.dicit.num.19. Iure regio per.l.27.titu.16.par.3. in cauſis arduis vbi pœna mortis, vel mẽbri mutilationis,aut ſimilis imponenda eſſet,iudex nõ committit, in aliis ſic. Villa.

Licet iure com. iudex non poſſit alteri committere receptionẽ teſtium, de cõſuetudine vniuerſali,quæ præualet, committit.notat Gram.in conſil.crimi.41.num.16. Boſſ. in tracta. de oppoſitionibus contra teſtes. num. 26. Iul.Clar.in praxi.crim.quęſt.26.verſi.ſed quęro.vbi alios.

70 Iudex ſindicator poteſt cognoſcere & cõdẽnare iudicẽ ſindicatũ de oĩbus criminibus.l.1. C. vt oẽs iudices tam ciuiles, &c.Iure regio ſi caſus ſit grauis,vt mortis, membri mutilatiõis,& ſimiles ad regẽ, aut curiam eſt remittenda condemnatio.l.6.tit.4.par.3. Villa.

71 Hodie iudicibus ſindicatoribꝰ expręſsè & ſigillatim tribui ſolet poteſtas ſeu cõmiſsio per regẽ, & eius cõſiliũ, circa caſus, & delicta de quibus cognoſcere, & ſindicare debent. Atque ex qualitate ſindicatoris,& eorũ qui ſindicari debent,& ex aliis cauſis quæ occurrere ſolent,aliquãdo reſtringunt, & limitant poteſtatem, vt de quibuſdam tantum delictis: aliquando vero latiorem eis tribuunt, vt indiſtinctè de omnibus criminibus cognoſcant, & ſententiã proferant, non attẽta legis partitę limitatione, & ita vſu receptũ videmus: idque innuit.l.13.tit.7. de las reſidencias lib.3.recopila. ibi, *la comience a hazer ſegun el tenor de la carta de poder que lleua*, &c. Et paulo poſt, *y aueriguada la verdad, determine y execute lo que buenamente pudiere*, intellige, iuxta poteſtatem ei conceſſam, *y en lo que no pudiere determinar*, quia nõ habet commiſsionem, *lo remitta al nueſtro conſejo con la mayor informacion que pudiere hauer*, &c.

72 Iudices artificum iure communi habent iuriſdictionem.l. fin. C. de iuriſ. omniũ iudic. Innoc. in. c. cum eccleſiarum.de offic.iudi.Iure regio reuocatur iudicium medicorum & aliorum officialium ſine noua approbatione regis. per. l.17.titu.5.lib.2.ordin.& ſic remanet correcta. l.1. titulo. 4. part. 3. quæ concordabat cum. d. l. fin. Villal.

73 Hęc lex ordina. non fuit recepta in noua legum reductione: verum tamen eſt in noſtris Hiſpaniarum regnis,nulli competere iuriſdictionem ipſo iure,niſi ex cõceſſione,& priuilegio regis (qui fundatam habet intentionem in toto regno in iuriſdictione.l.2.titulo.1. de la juriſdiction real.lib. 4. recopilat.) concedatur. Et idem quod in illa lege ordin.cauebatur de iu-

dicibus medicorum, & aliorũ officialium ſentit.l.1.tit.16.delos protomedicos libr.3.recopilatio. ibi, *que de nos tuuieren poder*, &c.vbi inuenies quam iuriſdictionem habeãt „hodie prothomedici, chirurgij, & „tonſores, &c.Et hac ratione ſtatuta, ſeu ordinationes quę faciũt cõſilia, & officiales in ſingulis locis, congregationes, & confraternitates non admittuntur ſine cõfirmatione regis.

74 / Iudex cauſarũ ciuiliũ poteſt punire teſtẽ corã eo falſum deponẽtem iure ciuili.l. nullũ. & ibi Bart. C. de teſtib/Iure regio debet remittere illum ad iudices cauſarũ criminalium.l.42.tit.16.par.3. Couar.pract.q.c.18.nu.7. Villa.

75 / Vide.l.57.tit.5.de los preſidẽtes y oydores lib.2.recopi.quę hodie conſiliariis regiis, & auditoribus cancellariarum, & iudicibus cauſarum nobilitatis, quos Alcaldes de hijos dalgo dicimus, qui non habent iuriſdictionem criminalem, tribuit poteſtatẽ puniendi teſtes, qui in cauſis corã ipſis vertẽtibus falſum teſtimoniũ dixerint/& ita vſu receptum eſt, nec erit antinomia/Et de intellectu.l. nullũ.C. de teſtib.vide Illuſtr.D.Præſ. Couar. in.c.18.pract.q.nu.8.

76 / Iudex ſecularis iure cõmuni nõ poteſt de cauſis eccleſiaſticis, nec de poſſeſsione, quæ tẽporalis eſt, inter clericos, nec quãdo reus clericus eſt tractare.nota.in.c. qualiter.de iudiciis.authent.ſtatuimus de epiſc.& cleri. Martinus ab Azpilcue. doctiſsimus compatriota meus in.c. cùm contingat. de reſcript.remed.1.Dom. Præſ.Couar, in.c.35.pract.quæſt.num. 1. verſic. primum enim/Iure regio de violẽtiis illatis per iudices eccleſiaſticos clericis, vel laicis, maximè in deneganda appellatione ad ſuperiorẽ, cognoſcunt auditores regij, & iudices cancellariarũ.l.2.titu.6. lib.1.recopil.l.35.36.&.37.tit.5.lib. 2.de quibus diligentiſsimus magiſter, & diſcipulus Azpilcuet.& Couar.vbi ſupra.

77 / De cõſuetudine regni Nauarræ iudices cõſiliarij regij de oĩbꝰ cauſis poſſeſſoriis indiſtinctè cognoſcunt inter clericos, de bñficiis, & aliis rebꝰ eccleſiaſticis, & inter clericos & laicos, quã cõſuetudinem defendũt multi doctores per eundẽ Couar.relati in.d.c.35.n.1.prac./ quęſt.quibus adde, quæ dixi ſupra ver. clericꝰ.n.34.&.35. ex doctiſsi. pręceptore meo Berengar. Ferdi. in repeti.ſſ.nihil commune. l.naturaliter.de acquirẽ.poſſ. præfact.5. vbi numer.4. iudicio diuino id introductum affirmat, vt cohiberetur iudicum eccleſiaſticorũ auaritia.vide ordi.20.de la viſita del ſeñor licẽciado Pero Gaſco, vbi prędicta cõſuetudo approbatur, & cõfirmatur, iudiceſq; ſeculares exhortat, vt quãtum fieri poſsit à negotiis eccleſiaſticis abſtineant.

28 / Iuramentum non prohibetur in contractibus iure ciuili.l.fin.C.de

non

non nume.pecu.l.1. & authent. ibi poſita.C.ſi aduerſ. vendi. iure regio prohibetur.l.6. titulo primo, libro.3.ordin.& in pragmatic.172.
» &.141.ſunt leges.10.11.&.12. titulo
» primo,libro quarto.recopi. niſi in contractibus in quibus ad ſui validitatem ſit neceſſarium. Villalo.

79 Illa.l.12. probat hanc prohibitionem iuſtam eſſe, & non contra libertatem eccleſiæ:Ex qua colligitur alia differentia,quòd iure communi, in cõpromiſſo arbitrorum non poteſt apponi iuramentum. authent. decernimus. C. de arbit. Iure regio per dictam pragmaticam poteſt. iuxta capit. cùm tempore. & capitul.2. de arbit. & ibi Abb. in compromiſſo autem arbitratorum, etiam iure ciuili apponitur iuramentum: vt not. Bart. in dicta authen.decernimus.

Idem quod iure regio, cauetur in Nauarra de iuramento contractuum,prouiſion.12.de las ordenãças reales.libro primo.

80 Iuramentum iure ciuili permittitur fieri in creaturas, & ſupra ſepulcra,& altare : allegat Villalo.l. generaliter. in fine.C.de reb.cred. l.1.&.2.l.qui per ſalutem.ff.de iure
» iuran.Sed melius allegaſſet.l.3. in
» fin.&.l.4.&. 5.in principio eod.ti-
» tulo.Iure regio per.l.67.Tauri: eſt
» l.fin.titulo ſeptimo,lib.4. recopil. prohibetur iuramentum ſuper altare, vel ſepulcrum, & alia ibi expreſſa. Villalob.

81 Iuramentum iure ciuili, non eſſe neceſſarium in accuſatione ponit Villalob. & allegat Albe.in.l. libellorum.ff.de accuſatio.Iure regio per.l.14. titulo primo, part. 7. eſt neceſſarium,& ſic obſeruatur. Villalobos.

Hodie etiam ex generali conſuetudine neceſſarium eſt iuramentum in accuſatione, & communi vſu, & praxi ita receptum, affirmat Curcius Senior in titulo de iurament. calum. in principio, num.2.Iulius Clarus in praxi. crimin. quæſtione.18. verſiculo, dicit etiam.Greg. Lopez in.d.l. verſiculo, la iura.

82 Iuramentum iure ciuili non releuat à condemnatione expenſarum.Bald.in authent. generaliter. C.de epiſcopis & cleric.de iure regni releuat.l.7.titul.22.part.3. quã intellige de præſumpta calumnia, non de notoria: nam tunc melius debet condemnari. vt Greg. Lopez ibi. Villalobos.

83 Tu cùm caſus contigerit dic, hoc arbitrio iudicis relinquendum: ſi viderit litigantem iuſtam habuiſſe cauſam litigandi,& ita communi praxi receptum in his Hiſpaniarum regnis, & illi legi abrogatum eſſe teſtatur ſcientiſſ. Præſes Dominus Couarru.in capit. 27. pract. quæſtionum num.1. Et de iuſta cauſa litigandi,vide Iacob.Menoch.lib.2. quæſtionum arbitr. centuria.2. caſu.175.

Iuramentum vnius nocet,& prodeſt aliis correis, nec requiritur,

L quòd

quòd ſint ſocij, iure communi. Bar.Alber.& alij, in cap. duobus. in prin.de iure iuran.& dicit commun.Gregor.Lopez in.l.17.tit.11. par.3.verſi.que fueſſen compañeros. Iure regio requiritur, quòd ſint ſocij, aliis non pręiudicat.d.l. 17.approbata opinione Azon.in ſum.de iure iur.l.duobus. Villal.

85 Iuramentum delatum in actione populari in defectum probationis, non pręiudicat aliis de populo, iure ciuili.Bar.in.l.eum qui. ſ. in popularibus.ff.de iure iuran. Iure regio pręiudicat, cùm defertur ſine fraude.l.10.tit.11.par.3.quã intelligit Grego.ibi verſiculo, deheſas y prados.cùm ſuper iure nõ ſuper facto iurant:iuxta magis cõmun.opin. Villal.

Ille.ſ. in popularibus. concordat cum lege regia hîc allegata, & pro concordanti allegatur à Montal.& Gre.Lopez ibi, nec video in quo differat.Hęc ſunt verba tex. *In popularib⁹ actionib⁹ ius iurandũ exactum ita demum aduerſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit.* Bona fide idẽ eſt, quòd in lege regia dicitur. *Si la jura es dada a buena fee ſin mal engaño.*

86 Iuriſdictio conceditur iure communi, cõceſſo territorio. Cur. Iun. in.l.1. de iuriſdictio.omn. iud. nu. 103. communem dicit.Iure regio, niſi expreſsè concedatur iuriſdictio, non cenſetur conceſſa cùm territorio.l.9.tit.4.part.5.l.2.tit.9. „lib.2.ordina.eſt.l.1.titu.10.libro.5. „recopil.&.l.partitæ nihil facit, quę „de regalibus tantùm loquitur. Villalobos.

87 Iuriſdictio delegata iure ciuili perpetuatur per ſolam citationem.l.& quia.ff.de iuriſdict.omn. iudi.iure regio per litis conteſtationem.l.21. tit.4.par.3. iure canonico ſufficit mandatum de citando, etiam non executum.Petr. de Rauen.dicit commun.in compendio iuris, de officio delega.in fine. Villalob.

88 Gregorius Lopez in ea.l.glo. fina. affirmat intelligendum iuxta communem doctorũ opinionem quæ vult, per ſolam citationem fieri perpetuam iuriſdictionem iudicis delegati.per.l.35.titu.18.par. 3.& ſic intellecta non erit antinomia.Sed meo quidem iudicio illa lex.21.expreſsè ſentit, quòd per litis conteſtationem tantùm perpetuetur.ibi, *En ante que el delegado lo començo à oyr por demanda, e por reſpueſta.* vide copulatiuam *&*, quæ vtramque partem veram requirit.l. ſi hęredes plures.ff.de condi. inſti. l.ſi is qui ducenta.ſ. vtrum. de re-

89 bus dub.cap.2.ibi gloſ.de reſcrip. ſicque non ſolum libellum, verum reſponſionem rei exigit, & paulò poſt: *Pero ſi el pleyto començado por reſpueſta ante que ſe murieſſe, &c.* Quare ego verius eſſe cenſeo, legum noſtrarum authores ſequutos fuiſſe opinionẽ glo.Rayn.Iacob. de Rauen.& aliorum quamplurium legiſtarum quos recenſit Iaſ. in.l. & quia & iubere, cauere. (vtramque ſi-

que ſimul repetit). ff. d iuriſ. omn. iud.num.57. Nec refragatur l.35. ſupra allegata, quę Greg. Lopez mouit: quia nihil agit de perpetuanda iuriſdictione, idque ſolum intendit oſtendere tempus, intra quod
90 litigantes teneantur, vti literis citatoriis, à iudicibus quibuſcunque impetratis quas lex illa, cartas foreras vocat. iubet autem intra anni tempus partibus intimandas, ſeu notificandas eſſe, alioquin nō valere: quòd ſi notificatione facta, iudex vel aliqua partium moriatur, voluit lex litem ſine noua citatione proſequendam. Sed ex eo non ſequitur, quòd iuriſdictio perpetuetur: & idem quod in ordinario, ſeruatur illo caſu in delegato, niſi electa eſſet induſtria illius: ſi verò induſtria eſſet electa, etiam poſt litem conteſtatam, & concluſam expiraret delegatio, & iuriſdictio. vt not. in capit. quoniam Abbas. de offic. deleg. extr. cùm ſimilib. vera ergo erit. Villalobos antinomia.

91 Iuriſdictio iudicis delegati non prorogatur ex litis conteſtatione iure ciuili, vt poſsit cauſam delegare. gloſſ. in capitu. cum cauſam, de appella. Iaſ. in. l. à iudice, eſtque communis opinio. not. Didacus Perez in. l. 2. titulo. 4. libro tertio. ordin. Iure regio per. l. 17. titulo. 4. part. 3. poteſt delegare approb. gloſ. l. fina. C. vbi, & apud quem. & in. l. & quia. de iuriſdicti. omn. iud. Villalob.

Supra verſiculo delegatus, probaui contrarium de conſuetudine ſeruari.

92 Petr. Nun. de Auend. in tract. de exequen. mand. reg. capitulo. 1. num. 21. ponit ſex antinomias, inter ius regium, & ciuile, ex eo quod in. l. 6. titulo. 13. libr. 3. ordin. cauetur, vt iuriſdictio criminalis contra regem poſsit præſcribi centum annis, & ciuilis quadraginta, cùm iure communi non pęrſcribatur minori ſpatio, quàm immemoriali, vt not. præ cæteris Balb. in tract. præſcrip. part. 2. quintæ, partis num. 4. Caſſan. in conſuetu. Burgun. rubrica. 1. §. 2. gloſ. la picique. Sed illa lex non eſt recepta, neque inſerta in recopil. legum, & lex. 161. titulo. 15. de las preſcriptiones. lib. 4. Tempus immemoriale exigit in præſcribenda iuriſdictione ſiue ciuili, ſiue criminali. Sicque ceſſant prædictæ ſex antinomiæ.

Ius ſubſtitutionis potentius eſt iure accreſcendi, iure ciuili. l. vni. §. 1. de cadu. tollen. iure regio ex Villalob. opinione contrarium ſtatuitur: & potentius eſt accreſcendi ius. per. l. 34. tit. 9. par. 6. ſequendo ordinem literæ. Villalo.

Sed nec ex ordine literæ id probat ea lex: nam licet prius ponitur coniunctus, quàm ſuſtitutus, loquitur alternatiuè. *Huuieſſe compañero, o ſi huuieſſe ſubſtituto en ella.* Quo caſu quęlibet pars alternatiuè trahit ſecum ſuum effectum, & perin

perinde eſt, ac ſi de coniuncto ſine ſubſtituto, & de ſubſtituto ſine cōiuncto loqueretur: neque ex eo benè ſequitur, quòd ſi coniunctus & ſubſtitutus concurrant, præferatur coniunctus. notat præ cæteris Nicolaus Euerard. in locis legalib. à natura alternatiuorum. Preterea coniunctus, & ſubſtitutus proponuntur ibi gratia exempli, vt ſi legatarius non impleat conditionem, quilibet eorum in ſuo caſu præferatur: & cùm exempli gratia quid proponitur, non curamus de ordine, nec ordo inducit prerogatiuam: vt not. dd. in cap. decernimus. de iud. & Eue-
95 rard. vbi ſupra loco ab ordine, in fine. & ego vidi authores iuris regij, Grego. Lopez in ea lege, Antonium Gomez in tom. vltim. volunt. cap. 10. num. 36. & Ferdinand. Menchac. in præfactio. libri. 2. de ſucceſſ. progreſſ. in principio qui commun. opin. iure regio ſequuntur, & nullam conſtituunt differentiam, immo legē noſtram concordare cum lege vni. ſ. 1. de cadu. tollen. affirmant.

96 Iudices & officiales Iure ciuili ex plurimorum ſententia poſſunt recipere eſculenta, & poculenta. vt notat Paris de puteo in tract. ſindica. verb. eſculenta. & verſiculo conſiliarij. Auendaño in tract. de exequendis mādatis reg. capit. 2. num. 4. Iure regio ex. l. 2. de los corregidores: quæ eſt. l. 1. titulo. 6. libro tertio. recopila. nec quid minimum poſſunt recipere. Villalobos.

Idem cauetur iure regni Nauarræ in ordin. 18. de la viſita de Valdes.

SVMMARIVM.

FVRES quando impunè occidantur. num. 1.

Diſtinctio furis nocturni, & diurni periculoſa. num. 2.

L. 4. tit. 23. de los homicidios. lib. 8. recopil. intellectus. num. 3.

Occidens furem, an debeat prius clamare contra eum. nu. 4.

Legatarius qui propria authoritatæ occupat rem legatam, qua pœna puniatur. num. 5.

Legatum tertiæ partis hæreditatis in quo differat à legato tertiæ partis bonorū. num. 6. & 7.

An intelligatur ære alieno deducto. ibid.

Legis tituli ne liceat potentioribus, &c. an iure noſtro locum habeant. nu. 8.

Legitima aſcendentiū quæ ſit, iure noſtro. num. 9.

Quæ ſit legitima filiorum. num. 10.

Iure regni Nauarræ aſcendentibus non debetur legitima. num. 11.

Quæ ſit legitima filiorum ibidem. num. 12

Legitima quo titulo relinquenda iure noſtro variæ opiniones. nu. 13.

Verior probatur quòd titulo inſtitutionis ſit relinquenda cum Gregorio Lopez, D. Ludouico Molin. & ſequen. contr. D. Antonium de Padilla, &

Ferdinan.

Ferdinand. Menchaca. num. 14.
Duo Roder. Xuarez loca intelliguntur. num. 15.
Vtrum iure authenticorum legitima, titulo inſtitutionis ſit relinquenda diligentius quàm alibi diſputatur. numer. 16. & ſequent. & communis ſententia defenditur.
Berengarius Ferdinandus, & Stephanus Forcatulus Tholoſanę academię regentes authoris præceptores defendũt quocunque titulo relinqui poſſe. nu. 17.
Fundamenta eorum proponuntur. nu. 18.
Nemo præſumitur ſtatim ſe ipſum corrigere. ibidem
Intellectus Berengarij Ferdinandi. ad. §. aliud quopue capitulum. nu. 19.
Ferdinandi intellectus impugnatur. numero. 20.
Exceptio debet eſſe de contentis in regula. num. 21.
Exceptio ſequens declarat regulam præcedentem. ibidem.
Lex de caſu dubitabili intelligenda. ibid.
Alius Forcatuli & Menchacæ intellectus. num. 22.
Prædictus intellectus impugnatur. nu. 23.
Vna determinatio reſpiciens plura, æqualiter ea debet terminare. nu. 24.
Legis intellectus non eſt diuidendus, nec ſeparandus. ibid.
Verba geminata fortius operantur. numero. 25.
Quando negatiua pręcedit verſiculo poteſt, tollit omnino potentiam, & annullat actum. ibidem.
Intellectus. §. legis. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtamento. nu. 26.
Legitima, grauamen nec conditionem non admittit, & quid in eo, quòd vltra legitimam relictum fuerit. num. 27.
Remedium. l. 2. C. de reſcin. vendi. an habeat locum re perempta. nu. 28.
Remedium Huius. l. 2. intra quod tempus intentari debeat. num. 29.
Et quid Nauarræ.
Libellus incertus quando admittatur. num. 30.
Libellus alternatiuus an admittatur. num. 31.
Libellus ineptus an admittatur. nu. 32.
Libellus an in cauſa ſummaria ſit neceſſarius. num. 33.
Alias differentias libellorum remiſſiuè. num. 34.
Litis conteſtatio intra quod tempus facienda. num. 35.
Lite non conteſtata an procedatur ad ſententiam diffinitiuam. nu. 36.
Litis conteſtatio an fiat abſente parte. num. 37.
Litis conteſtatio quibus verbis fiat. numero. 38.
Litem conteſtare an compellatur quiſque. num. 39.
Locans horreum an teneatur de cuſtodia. num. 40.
Ludens alleam intra, quod tempus repetat, quod perdidit. num. 41.
Ludentes alleam qua pœna pecuniantur. numero. 42.

1 LATRO nocturnus iure ciuili poteſt occidi, diurnus non, niſi tello ſe defendat. l. itaque. ad. l. acquil. ff. Iure regio nocturnus, ſi ſe

defendat cum armis poteſt occidi, diurnus non poteſt, cùm ſine periculo poſſet capi.l.3.tit.8.part. 7.& tunc intelligit Grego.Lopez eſſe ſine periculo, cùm fur cognoſceretur, & eſſet ſoluendo: quia via ordinaria poterit domino ſubueniri, & recuperare rem furatam. Villalobos.

2 Hæc diſtinctio furis nocturni, & diurni periculoſa nimis videtur, eamque reprobant Iacob.de Arena.Petr.Cinus.Bart.& alij quã plures doctores qui diligenter recitantur per Gregorium Lopez in ea.l.3.verſiculo, ſe amparaſſe: quia eadem æquitas quæ ſuadet ne fur diurnus occidatur, ſi capi poſsit, ſuadet etiam ne nocturnum occidamus.& licet lex noſtra videatur aliquo modo hanc diſtinctionem probare, intelligenda tamen eſt, prout.l. itaque. ff.ad.l.aquil. nam verba illius legis. *Niſi tello ſe defendant.* idem ſignificant, quod verba. l.partitæ. *Si lo pudiere prender ſin algun peligro.* Sicque intellecta, nulla erit antinomia.

3 Sed.l.4.titul.23.de los homicidios.lib.8.recopil.citra vllam diſtinctionem, videtur permittere furis nocturni occiſionem: ibi. *Si no ſe quiſiere dar a priſion, o ſi lo hallare hurtando lo ſuyo, o no lo quiſiere dexar.* Quod fortaſis odio furum introductum fuit, quia non tantùm conſulere voluit dominis rerum furto ſubtratarum, vt eas recuperare poſſent: quantum reipublicæ, vt capti punirentur: eaque ratione, ſi fur non patiatur ſe capi, vt iuſtitię tradatur, occidi poſsit ab ipſo domino, quem lex eo caſu ſuum facit miniſtrum, & executorem: ſed diutius cogitabis.

4 Aliam antinomiam poſſes conſtituere, quòd iure communi non aliter furem nocturnum, aut diurnum occidere licet, quàm ſi prius fur clamore teſtificetur: id eſt, occidẽs priuſquam eum occidat clamet, & vociferetur contra furem. d.l.itaque.Iure regio in.l.3.titul.8. part.7.& in.d.l.4.non exigitur clamor, aut vociferatio cõtra furem.

5 Legatarius ſi iacente hęreditate apprehenderit poſſeſsionem rei legatæ, non amittit legatum, licet poſſeſsio poſsit ab eo per hæredem amoueri: iure communi, vt not.Illuſtr.D.Prę ſ. Coua.in. ca. 16.libro.3.vari.reſolut.num.7.Iure regio amittet rem legatam: per „ l.1.tit.14.lib.3.ordin.eſt.l.3.ti.13.li. „ 4.recopi. Villalob.

6 Legatum tertiæ partis hæreditatis eſt vniuerſale, & poteſt peti in ſingulis rebus hæreditariis: legatum vero tertiæ partis bonorum in genere non dicitur vniuerſale, & datur electio hæredi, ſi vellit ſoluere ęſtimationem, vel res ipſas traddere iure communi. gloſſ.in.l.non amplius. verſiculo ęſtimatio. delega.1.per. l.linnea margaritarũ. ad.l.Falcid. &.§.ſi quis.inſtit.de fideicommiſ. liberta.Iure regio per.l.20.Tauri: ſiue per

ſiue per vniuerſale, ſiue generale verbum concipiatur, tollitur ele-
» ctio hæredi.eſt.l.4.ti.6.li.5.recop. Villalob.

7 Legata parte bonorum, intelligitur ære alieno deducto: legata vero certa hæreditatis parte, debetur, non deducto ære alieno. l.non amplius.§.cum bonorum. & ibi, doctores.ff.de leg.1.Iure regio ſiue per quotam bonorum, ſiue hęreditatis legetur, intelligitur æ-
» re alieno deducto.l.21.Tauri:eſt.l.
» 5.titulo.6.libro.5.recopila.de cu-
» ius ratione, & intellectu vide Te-
» llum Ferdinand.vide infra, verſicu
» lo melioratus. num.34. Villalob.

8 Leges. C. ne liceat potentioribus, &c. Iure communi habent locum tam in actore, quàm in reo.vt not.doctores, ibi & in. l.1. C. de aliena. iud. mut. cauſa fact.& Gregorius Lopez qui dicit commun. in.l.16.tit. 7.part.7. Iure regio ex Villalo.ſententia non habent locum in reo: per.d.l.

Sed fallitur, nam indiſtinctè & grauioribus pœnis prohibentur potentiores iudices, & officiales regij patrocinium litigantibus præſtare: in.l.25.titul. 4.lib. 2.recopil.licet malè obſeruetur, & non ſine multorum damno & iudicantium periculo.

9 Legitima aſcendentium de iure communi eſt triens.notat gloſ. in authent.nouiſsima.C.de inofficio.teſtament. Iure regio omnia bona ſunt legitima, excepta tertia
» parte bonorum.l.6.Tauri: eſt.l.1.
» titul.8.libro.5.recopil.&.l.9.tit.5. lib.3.for.leg. Villalob.

10 Legitima filiorum ſi ſunt quatuor aut pauciores triens eſt, ſi plures, ſemis, d.authen.nouiſsima.Iure regio omnia bona præter quintam partem ſunt legitima.l.2.titu. 6.lib.3.for. leg.l.17.& ſequen.l.30.
» Tauri:ſunt.l.13.&.17.tit.6. lib.5.re-
» copil.Sic corrigitur.l.17.tit.1.par. 6. Villalob.

11 Iure regni Nauarræ non debetur legitima aſcendentibus. cap.3. titu.7.de los teſtamentos.lib.3.fori, ex quo ellicies pulchrã differentiam inter ius regiũ, & illius regni.

12 Iure regni Nauarrę filiorum legitima inter nobiles, & liberæ cõditionis homines ad minimum bonorum reſtringitur, & poſſunt parẽtes vni filiorum plus quàm aliis relinquere.cap.3.tit.8.lib.3.fori, & vſus illud minimũ reſtringit. A vna arinçada, o robada de tierra, & cinco ſueldos, ſi immobilia poſsideat. Si vero mobilia tantùm quinque pro mobilibus, & alios quinque pro immobilibus. Y aſsi dizen communmente, dexo a fulano mi hijo cinco ſueldos, y vna peonada de viña, o vna robada de tierra en tal hæredad, por ſu legitima herencia, y por parte de bienes rayzes, y cĩco ſueldos por bienes muebles, y con eſto lo deshe-redo y a parto de mis bienes, y ſi no tiene el teſtador bienes ſitios, dize, dexole cinco ſueldos por bie

nes muebles, y porque no tengo bienes rayzes le dexo otros cinco, o diez ſueldos en lugar de bienes rayzes. Si vero teſtator non ſit nobilis aut francus, y fuere villano pechero poteſt diſponere de bonis mobilibus, & de bonis liberis: de quibus nõ ſoluit tributũ (quod ibi pecha dicitur) de bonis tributariis (pecheros) non poterit diſponere, & omnia ſunt legitima filiorum, & æqualiter ſuccedunt. d. cap. &. ca. 5. tit. 2. de las arras, y viudaje. lib. 3. fori.

13 Legitima titulo inſtitutionis eſt relinquenda iure communi, aliàs teſtamentum ipſo iure nullum erit. §. aliud quoque capitulum. vt cum. de appella. cognoſ. col. 8. dd. in authent. nouiſsima. C. de in offi. teſtamento. D. Præſes in cap. Rainun. §. 1. num. 2. &. 3. de teſta. idemque cauebatur. Iure regio partitarum in. l. 5. par. 6. tit. 8. Sed iure nouo ordina. quocunque titulo relinqui poſſe, & teſtamentum valere per. l. 1. titulo. 2. lib. 5. ordi. quæ eſt. l. 1. titul. 4. libro. 5. recopil. affirmat eruditiſsimus Dominus Anto. de Padilla ordinum militarium Præſes; mihi obſeruantiſsimus in. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. num. 74. qui allegat Roder. Xuarez idem ſentiẽtem in. l. quoniam in prioribus. ampliatione. 1. num. 8. de inoffi. teſtamẽto. & Ferdinã. Menchac. libro. 3. de ſucceſſ. creatione. §. 20. numero. 245. contrarium tamen defenſat Didacus de

14 Caſtillo in. l. 24. Tauri: gloſſ. 1. Gregor. Lopez in. d. l. 5. titul. 8. part. 6. Burg. de Paz in. l. 3. Tauri: nu. 888. Rojas in epitom. ſucceſſ. ca. 8. nu. 29. & nouiſsimè ac diligenter more ſuo Dominus Ludouic. de Molina. lib. 2. de primogenit. Hiſpan. cap. 15. num. 17. quorum opinio verior mihi videtur, per eaquę ipſi adducunt: quibus nihil addendum inueni. Aduerte tamen quod Ferdinand. Menchaca in loco ſupra al-

15 legato allegat Roder. Xuarez in. l. quoniam in prioribus. amplia. *11.* pro contraria opinione, ſcilicet, legitimam etiã hodie iure noſtro titulo inſtitutionis relinquendam: quod ſi verum eſſet, palinodiam caneret. Sed ego vidi illum, & in loco per. D. de Padilla relato. & in neutro affirmat id ad quod allegatur, nam licet in ampliatione. 1. dixerit doctrinam Bald. de qua, ibi tractat, notandam ad. l. ordin. deciſionem: non decidit; nec aſſeuerat vtrum quocunque titulo poſsit relinqui legitima: & in ampliatione. 11. per Mencha. allegata nequa quã loquitur de legitima iuris noſtri, ſed communis: ſicque non bene allegatur Xuarez ad vllam huius controuerſię partem.

Verùm quia de iure communi:

16 res maximè controuerſa eſt, atque in foro, & ſcholis frequentiſsima, multique audacter affirmant, etiã eo iure legitimam quocunque titulo relinqui ſufficere, & communem, atque receptam à iure noſtro ſenten

ſententiam irrident, operepreciū duxi fundamenta eorū proponere & ſi fieri poſsit (quòd ipſi negant) eis ſatisfacere communemque ac à noſtris legumlatoribus ſelectam ſententiam defendere.

17 Primus ergo qui ex recētioribus iuris communis interpretibus hāc receptiſsimam impugnauit ſentētiam, fuit Berengar. Ferdinan. Toloſanę academię regēs, pręceptor meus, à quo reſponſionum mearum cum licentiæ gradu in eadem vniuerſitate inſignitus fui, patronus multis nominibus collendus. is inquam in repetitione. l. in quartam. ff. ad. l. Falci. præfactio. 2. articulo. 3. nume. 5. & ſequen. & ſępius inter legendum, me audiēte, viua voce affirmauit, iure authenticorū legitimam quocunque titulo relinqui poſſe: idem etiā conſtanter aſſeruit Stephan⁹ Forcatulus eiuſdem academię profeſſor, & pręceptor meus ſubtiliſsimus in necyomancia iuris, dialogo. 35. & ex noſtris Hiſpanis interpretibus doctiſſimus Ferdinand. Mench. libr. 2. de ſucceſſ. creat. ꝟ. 18. nu. 23. & ſeq. qui omnes hoc pręſertim fundamento

18 vtuntur: quòd Imperator Iuſtinianus in authent. nouiſſ. C. de inoffi. teſtam. & in corpore ex quo ſummitur, nempe in. §. primo de triēte & ſemiſſe. col. 3. quoquo relicti titulo legitimam relinqui ſufficere dixerint, & non ſit præſumendum quod ſtatim ſe ipſum corrigere voluerit: contra legem namad ea. de cond. & demonſt. & alia iura vulg. his addidit Menchaca. l. ſi quis in ſuo. ꝟ. legis. de inoffi. teſtamento. C. vbi ſi filius infans à matre exhæredetur, valere teſtamentum, idem imperator aſſeruit, licet per querellam ſubuertatur.

19 Quare Ferdinand. alium, & nouum intellectum ad eum. ꝟ. tradidit. nempe quod ibi non agatur de titulo aut materia legitimæ: ſed de ſolennitate teſtamenti: illudque tantùm velit Imperator, non ſufficere, vt teſtamentum valeat, ſi filio legitima, titulo legati, aut fideicommiſſi, vel alio particulari relicta ſit, cùm per. l. inter cætera. de liber. & poſthu. alia requirantur: nempe quòd expreſsè inſtituatur, vel exhæredetur: ſed non dixit quin teſtator ſatisfecerit legi, quæ vult filium habere ſuam legitimā: quinimo ſatisfactum putat per iura ſupra allegata. & hac ratione in eo. §. deſtrui teſtamētum, quòd peccauit aduerſus legem, ſolēnia teſtamenti præſcribentem, non autem quia peccauerit aduerſus legem, quæ legitimam filiis dare præcepit.

20 Sed pace præceptoris dixerim, nunquam mihi placuit ille intellectus: quia merè diuinatiuus eſt, & illi text. congruè adaptari non poteſt: qui nullum verbum de ſolennitate teſtamenti continet. Item, quia ſic intellectus, eſſet ſuperfluus, & inutilis: quando quidem nemini vnquam dubium

fuit, teſtamentum minime valere, ex eo ſolo quòd filio legitima relinquatur, ſi teſtamentum alia iuris ſolennia non haberet, non tãtùm quæ in. d.l.inter cætera, exiguntur de inſtitutione, & exhęredatione, verum alia quàm plurima, quæ accuratè pręcipiuntur in titulis de teſtam. ordinan. Sicque malè diceret imperator, aliud quoque capitulum præſenti legi addendum proſpeximus: cùm nihil adderet,& capitulũ ſæpius repetitum,de quo nulla dubitatio erat, proponeret. Præterea,ſi vt Berengarius exiſtimat,imperator in principio illi9. §. voluit teſtamentum non valere, etiam ſi filio legitima quocunque titulo relicta ſit, niſi expreſsè inſtituatur aut exhæres fiat, cùm in verſiculo ſequen.ibi, *Niſi ingratus forſam probabitur*. Excipit caſum hunc ingratitudinis, ab illa regula: ſequeretur ex eo, quòd ſi filius fuerit ingratus valebit teſtamentum abſque inſtitutione aut exhęredatio-
21 ne illius filij ingrati, aliàs illa exceptio inepta, & ſuperflua eſſet, & non contineretur in regula: contra.l. nam quod liquidè. §. fin. de penu.legat. ff. & capit. quæ ad agendum. de procurat. libr. 6.D. Præſes latè in capit.5.libro. 2. var. reſolut.capit.6.quod quàm abſurdum ſit, & à iuris principiis alienum, nemo ignorat, qui titulum de exhęreda.liberorum.inſtitu.legerit.hæc ergo exceptio ſingulariter declarat mentem imperatoris fuiſſe, quam doctores communiter perpenderunt,ſcilicet legitimam filiis titulo inſtitutionis relinquendam eſſe: niſi probentur ingrati, nam tunc cùm iuſtè exhæredentur,expreſſa ingratitudinis cauſa, ſi legitima eis à patre relicta fuerit quocunque titulo, multò magis teſtamentum ſuſtineri debet:Iuxta regulam quæ habet per exceptionem ſequentem, declarari regulam pręcedentem, de qua doctores in locis nuper relatis, & latè Euerardus in loco ab exceptiõe ad regulã. Sicq; erit caſus dicti.§. dubitabilis. l. quod Labeo.de Carbo.edict. &.l.1.in.fi.ad municipal.& vitabis abſurdum ſuperfluitatis de quo ſuprà.

22 Alium intellectum tradidit huic.§.Forcatulus,eumque ſequitur Menchac. (licet tacito authore) ſcilicet, quòd ſi filius iniuſtè fuerit exhęredatus, non ſufficiat ad impediẽdam inoffi.quęrellam, ſi legitima integra titulo ſingulari ei ſit relicta: quia per tale relictum non deletur contumelia exhæredationis: quòd ſi non fuerit exhæredatus iniuſtè, aut fuerit in aliquo inſtitutus,tunc ſufficere legitimam quocunque, titulo eſſe
23 relictam. Sed nec hic quidem intellectus licet colore circundatus, mihi placet: nam text. in eodem.§. non tantùm diſponit in caſu, quo filius exhæredatus fuerit: verum cùm præteritus, ibi.

Suos

Suos liberos præterire, &c. Et eo caſu ceſſat illa ratio contumeliæ exhæredationis, nec illi poterit aliquo modo adaptari: cùm notiſsimum ſit ex cauſa præteritionis nullum fieri teſtamentum vulga. aut ex cauſa,&.l.maximum vitium. C. de lib.pręter.ſ.1.inſti.de exhæred. liber.& cùm ſub eadem determinatione, ac prohibitione vtrumque interdixerit legiſlator, non video cur æqualiter non debeat
24 ea determinare. Secundum regulam.l.iam hoc iure.ff.de vulg.cùm ſimilibus: ſeparando (vt dicunt) legis intellectum, & caudam à capite, quod abſurdum, & non admittendum cenſet gloſ.in capitulo conſuetudinis.11.diſtinct.& capitulo maiores.verſiculo tota. de baptiſmo.præterea verba illa legis negatiua geminata,non licere pœnitus, circa prohibitionem à dicto fortius operantur.l. Baliſta. ff.ad. S. C. Trebell. & cum pręcedant ante verbum, licere, nullum faciunt actum, & tollunt omnino potentiam:gloſſ.in.cap.1.verſiculo non poteſt de regul. iur. libr.6. Bernar.Diaz Epiſcopus Calagurritanus in reg.487.vbi alios.

25 Nec his obſtat quod diximus ſupra non præſumi quenquam ſtatim ſeipſum corrigere: quia vbi de veritate apparet,ceſſant præſumptiones, & coniecturæ.l. continuus.§.cùm ita. de verb. oblig. nec item obſtat.§.legis.per Menchac.inductus: quia ibi filius ex-
26 preſsè fuit à matre exhęredatus, & licet iniuſtè cùm voto, & ſolennitati legis paruerit, non mirum, ſi teſtamentum ſuſtineatur, & remedio querellæ reſcindatur. Nos vero agimus, quando filius nec inſtitutus, nec exhęredatus fuit: ſicque text. ille nihil facit difficultatis: & communis ſententia remanet ſatis roborata,ac ab impugnatione neotericorum interpretum defenſa.

27 Legitima grauamen, aut conditionem non admittit iure communi, & hac ratione ſi filius hæres inſtituatur. ſub conditione,aut grauamine, conditio de legitima reiicitur,& in reſiduo tantùm ſuſtinetur.l.ſcimus.ſ.cùm autem.de in offi.teſtamento,& ibi omnes, Roder.Xuarez in.l.quoniam in prioribus.ampliatio.6.per totum. Iure regio ſi conditio ſit poteſtatiua in reſiduo ſuſtinetur: ſi vero caſualis, aut mixta in totum reiicitur: per.l.11.titulo quarto.par.6.ſic intellecta per Xuarez vbi ſupra,ampliat.2.numero primo.Segur.in. l. cohęredi.ſ.cum filię.folio mihi.9. col. 3. de vulg. Emanuel Acoſta in.§.& quid ſi tantùm.numer.105. qui omnes duram nimis, & contra legalem ſapientiam eſſe affirmant. Sed Dominus Ludouic. de Molina in libro.2. de primogenit. Hiſpan.capitulo.1. nume.31. & ſequen. verius probat caſum illius. l. partitæ non eſſe vlla lege iuris communis deciſſum. Sed cùm de hac

de hac re variȩ eſſent doctorũ ſententiæ iuris regij latores, inter illas opiniones mediam elegerunt viam, nihil tamen immutarũt. Sicque ceſſat antinomia.

Lenones vide infra in Epilogo leg. correctarum. part. 7.

28 Lex ſecunda de reſcin. vendi. C. locum habet etiam ſi res vendita, ſit perempta: Salicet. ibi quæſtion. 14. & 19. Iure regio nec emptori, nec venditori competit remedium. d. l. Villal.

Ad confirmationem eius, quod de iure regio aſſerit, adde text. in l. 56. titul. 5. part. 5. Tamen non credas antinomiæ, nam Salicet. in loco per Villalob. allegato contrarium tenet: & dicit commun. re perempta iure ciuili non teneri, idque diligenter probat Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 5. nu. 36.

29 Legis ſecundȩ de reſcin. vendi. remedium iure communi intra triginta annos intentari poteſt: vt not. gloſſ. & communiter doctores, ibi, & Pinelus capit. 1. num. 2. part. 2. Sed iure regio intra quatuor annos. l. 1. titu. 11. de las ventas. lib. 5. recopi.

Nauarræ intra decem annos; orden. 18. de las cortes de Tudela, anno. 1568.

30 Libellus incertus etiam incertitudine quȩ non cauſatur ex facto rei, non admittitur iure ciuili. l. 1. ʃ. 1. ff. quorum legat. &. ʃ. curare. inſtit. de actio. &. l. fin. in rem. de rei vendi. ff. De iure regio admittitur ſi ex actis certificetur. l. 11. tit. „ 3. lib. 3. ordina. eſt. l. 4. titul. 11. lib. 4. „ recopil. Villalob.

31 Libellus alternatiuus de iure ciuili non admittitur, gloſſ. in. §. ſed iſte. inſtit. de actio. Iure regio per. d. l. admittitur. Villalobos.

32 Libellus ineptus de iure ciuili reiicitur. gloſſ. in. l. 1. ſi menſ. falſ. mod. dixerit. &. §. 1. inſtit. de oblig. Alex. &. dd. in. l. 1. de offi. aſſeſſ. Iure regio ex Villal. opin. non reiicitur per. d. l. 11. Villalo.

Sed reiiciamus eius opinionem, qui loquitur contra text. expreſſum in. d. l. ibi. *Y ſi las tales demandas no fueren ciertas en la manera ſuſo dicha, mandamos que no ſe reciban y ſe repelan.*

33 Libellus neceſſarius eſt in cauſa etiã ſummaria iure ciuili: & inſcriptis debet dari. gl. in ſũma. 2. q. 1. & gl. in. c. đ cauſ. de offi. deleg. l. 41. ti. 2. part. 3. Iure regio nouo arbitrio iudicis relinquitur: per. d. l. 11. in fi- „ ne, eſt. l. 10. ti. 17. li. 4. recop. Villa.

34 Alias antinomias quæ elliciuntur ex. d. l. 11. quæ eſt. 4. titu. 11. lib. 4. recopil. ponit Nun. Auend. in reſponſo primo, quas non tranſcribo, quia omnibus communis eſt & rectè intuẽti, ſub iis quas hîc propoſuimus continentur.

35 Litis conteſtatio iure communi facienda eſt intra viginti dies: authen. offerat. C. de litis cõteſt. Iure regio intra nouẽ. l. 1. ti. 3. li. 3. ordin. „ quȩ eſt. l. 1. ti. 3. li. 4. reco. Supra verſ. „ cõteſtatio. contrariũ dixit. Villa.

Lite

36 Lite non conteſtata iure communi non proceditur ad diffinitionem cauſæ. cap. quoniam frequenter. ſ. in aliis. vt lite non conteſt. & iure noſtro partitarum. l. 1. titul. 9. part. 3. Iure regio nouo ſi eligitur, via probationis proceditur ſine conteſt. l. 1. titul. 9. lib. 3. ordin. eſt. l. prox. alleg. ſub titu. 17. libro. 4. recopil. & l. 2. titul. 11. lib. eod. Villalo.

37 Litis conteſtatio non fit abſente parte iure ciuili. Bartol. in. l. 1. C. de lit. conteſt. & Imol. in capitu. 1. vt lit. non conteſta. dicit communem opin. Iure regio fit. l. 2. tit. 3. lib. 3. ordin. eſt. l. 2. tit. 4. lib. 4. recopil. Villalo.

38 Litem conteſtatur reus iure communi ſi neget narrata, prout narrantur, petita, prout petuntur. Bartol. in. l. ſi dubitet creditor. ſ. ita demum. ff. de fideiuſ. Imol. & Alexand. in. l. etiam. ſ. 1. ſolut. matrim. Iure regio non conteſtatur lis, niſi ſimpliciter neget, aut confiteatur: per. l. 11. de Madrid. eſt. l. 1. titulo. 5. libro. 4. recopila. Villalobos.

Melius facit. l. 1. tit. 4. eiuſdem. lib. 4. ſed ibi non dicit quòd neget aut confiteatur ſimpliciter: & vſu receptum eſt hanc negationem, ſcilicet, niego la demanda como en ella ſe contiene: eſſe veram conteſtationem. Sicque non erit antinomia.

39 Litem conteſtare nemo compellitur iure ciuili. gloſ. in authen. quòd locum. C. quomodo, & quãdo iud. Iure regio ſic. l. 10. tit. 3. par. 3. vel ſaltim habetur pro confeſſo.
„ ex. l. 1. titul. 3. lib. 8. ordina. quæ eſt.
„ l. 1. titulo. 4. recopila. ſupra allega. Villalob.

Non poteſt conſtitui antinomia in hoc, cùm per. d. l. non compellitur conteſtare, ſi habetur pro confeſſo. Antinomia ergo erit hæc, quòd iure communi non habetur pro confeſſo, vt ſupra prędictum fuit, verſiculo, conteſtatio litis, iure regio ſic, per hãc legem.

40 Locans horreum tenetur cuſtodire illud iure commun. l. cùm in plures. §. fin. ff. loca. niſi dominus tacitè vel expreſsè cuſtodiam ſuſceperit, vel intra ſtationem, vel domum ſuam horreum habuerit: vt notat Alber. in. l. dominus horreorum. ff. locat. Iure regio indiſtinctè dominus non tenetur, & cuſtodia pertinet ad locatorem per. l. 25. titulo octauo, part. 5. Villalob.

Nemini ſanæ mentis dubium eſſe poterit, quòd ſi Iure regio dominus cuſtodiam ſuſcipiat horreorum, vel intra domum ſuam, cuius cuſtodiam ipſi domino pertinet, horrea habeat, quin teneatur de cuſtodia nec. l. part. hoc negat. quinimo ita intelligendam cenſet Gregorius Lopes ibi, quare incautè nimis antinomiam conſtituit.

41 Ludẽs ludo ꝓhibito iure ciuili, ſi perdet, poteſt petere qđ perdidit intra

intra quinquaginta annos.l. allearum vſus.C.de relig.& ſumpti. funer.tam ipſe ludens, quàm hæres eius.Iure regio intra octo dies debet petere.l.2.tit.7.de los juegos. lib.8.recopil. Villalo.

Ludens iure communi non punitur dit.l.allearum vſus. ibi. *Nulla ſequatur cõdemnatio.*Iure regio, ſi luſſerint vltra duos regales,puniuntur.d.l.2.iuncta.l.10.eiuſdem tituli: ſed vtinam ſeruaretur.

SVMMARIVM.

MAIORATVS an indiſtinctè perpetui ſint.num.1.

Decem & nouem caſus qui aduerſus cõmunis iuris regulas deducuntur ex maioratuum perpetuitate, remiſſiuè notãtur.nu.2.

Maioratus poſſeſſio an ipſo iure tranſeat in ſucceſſorem.num.3.

Et quid ſi à tertio ſit occupata. nu.4.

Meliorationes in bonis maioratus factæ cui pertineant.num.5.

Filij naturales: quando admittantur ad maioratus ſucceſſionem.num.6.

Filij legitimati an ad maioratus ſucceſſionem admittantur: & quando.nu.7.

Dominij tranſlatio: quando impeditur in rebus maioratus alienatis. nu.8.

Diſtinctio inſtitutionis maioratus in contractu, vel teſtamento facta, iure noſtro non admittitur.ibidem.

An alienata viuente maioratus poſſeſſore reuocentur, vel poſt.ibidem.

Per tacitam alienationis prohibitionem non impediri iure noſtro dominij tranſlationem, contra Dominũ Ludouicum Molin.num.9.

Quarta Trebellianica, aut falcidia an iure noſtro de bonis maioratus detrahatur.nu.10.

Bona maioratus an aduerſus ſucceſſores præſcribi poſſint.nu.11.

Cùm expreſſè prohibita fuit alienatio, à die alienationis incipit præſcriptio. num.12.

Iure noſtro præſcribi poſſe bona maioratus aduerſus ſucceſſionem: contra Dominum Ludouic. Moli.probat. num.13. & ſequent.

Intra quod tempus amittatur poſſeſſio iure noſtro.nu.14.

Et intra quod iure communi.15.

Non operatur plus fictio in caſu ficto, quã veritas in vero.n.16.

Maioratum quis facere poſſit ſine regis licentia.num.17.

Quid Nauarræ. ibidem.

Qui admittantur ad agendum pro alio ſine mandato.num.18.

Maritus an fruct⁹ rei vxoris ſuos faciat. num.19.

Maritus retinens vxorem adulteram an puniatur.nu.20.

Nobilem in adulterio inuentum an maritus occidere poſſit.num.22.

Adulteros an ſimul accuſare teneamur. num.23.

Maritus an poſſit accuſari de adulterio ab vxore, & qua pœna puniendus. nu.24.

Mater ſi detur tutrix in teſtamento patris, an teneatur renunciare ſecundas nuptias.nu.25.

Cùm

Cum mater tutrix filiorum ad ſecundas nuptias conuolat, quis tutor detur filiis legitimus, an datiuus.nu.26.
Mater ſecundò nupta an filiis prioris matrimonij teneatur ſeruare bona in eo acquiſita.num.27.
Bona conſtante matrimonio acquiſita an ſoli marito pertineãt, vel ſint communia vxoris.num.28.
Si maritus ſuo nomine emat, an ſibi ſoli acquirat.nu.29.
Matrimonium prohibitum contrahens, qua pœna puniatur.nu.30.
Matrimonium clandeſtinum contrahens, qua pœna puniendus.num.31.
Quid Nauarræ.ibidem.
Melioratio à patre facta, an per hæredem in æſtimatione ſolui poſſit.nu.32.
Intellectus legis non amplius.& ſequent. de legat.primo.explicatur.num.33.
Melioratus in re certa an ad onera hæreditaria teneatur iure noſtro.& de intellectu.l.21.Tauri.num.34.
Melioratio facta extraneo, aut filio emancipato, an poſſit reuocari.nu.35.
Intellectus.l.17.Tauri:ex Tello Fernand. contra communem interpret. ſententiam approbatur.nu.36.
Melioratio facta maioratus cauſa, reuocari poteſt.num.37.
Metalli venæ inuentæ cui pertineant. num.38.
Metalla an ſine principis licentia perquiri poterunt.nu.39.
Metus qui poteſt cadere in conſtantem virum, quis ſit arbitrio iudicis relinquitur.nu.40.
Mercatores falliti, quos alçados Hiſpani dicimus, qua pœna puniantur. numero.41.
Horum mercatorũ receptatores an puniantur.num.42.
Minor vigintiquinque annorum an pœna ordinaria puniendus ſit.num. 43.
Concordatur.l.octaua, titulo.13.part.7. cum.l.quarta, titulo.19.part.ſexta. ibidem.
L.9.tit.11.de los ladrones.libro.8.recopil. declaratur.num.44.
Minor quando admittatur ad accuſandum.num.45.
Et quid Nauarræ.ibid.
Minor an reſtituatur ad retrahẽdum poſt tempus retracti elapſum.nu.46.
Quid Nauarræ.ibidem.
Filius familias minor an mutuo accipere poſſit.nu.47.
Et an poſſit ratum habere contractum in minori ætate factum. nu.48.
An liceat mutuum accipere quoad nubat, aut hæres ſit: & in ſimiles euentus.num.49.
Minor decem & ſeptem annorum an poſſit conſtitui procurator ad negotia. num.50.
Miſſio in poſſeſſionem ob rei contumaciã quomodo fiat.num.51.
Reus comparens an reuocet poſſeſſionem actori, ob eius contumaciam traditam. num.52.
Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an faciat fructus ſuos.nu.53.
Quid in actione perſonali.nu.54.
An miſſus in poſſeſſionem ex actione perſonali verè poſſideat.num.55.
Et quid ſi ex primo decreto mittatur ſine ſecundo.num.56.
Tertius oppoſitor qua via, ordinaria, an ſumma-

ſummaria audiendus.num.57.
Moræ purgatio ante litis conteſtationem an liberet ab intereſſe creditoris. numero.58.
Mora intra quod tempus purgatur in iudicialibus ſtipulationibus.num.59.
L.36.titulo vndecimo,part.5.intelligitur. num.60.
Mortui an poſſint de delicto accuſari, & in quibus delictis.num.61.
Melius eſt bonũ nomen quàm diuitiæ multæ.ibidem.
Honor & vita æquiparantur.ibid.
Mulier intra annum luctus an nubat honeſtè.nu.62.
Mulier an pro debito ex delicto deſcendenti poſſit in carcerem mitti.num.63.
Et quid pro debito proueniente ex adminiſtratione tutelæ.nu.64.
Mulieres an ſint idonei teſtes. num.65.
Mulier an conſtante matrimonio ob delictum perdat dotem:& in quibus caſibus.num.66.
Mutuum factum ſcholari an per patrẽ ſolui debeat.num.67.

1 MAIORATVS iure communi non egrediunt quartam generationem, niſi teſtator, vel fundator dixerit, & perpetuò durare velle declarauerit.§.nos igitur.in authent. de reſtitu. fideicommiſſ. colat.9. Illuſtriſsimus Dominus Preſes Couar.in capitulo.5.libro.3.variar. re reſolut.num.4. Iure regio indiſtinctè perpetua ſunt, reiiciturque illa differentia.l.11.titulo ſexto, lib. 5.recopil.latè Dominus Ludouic. Molina in capitulo quarto, li.1.de primogen.Hiſpaniarum.

2 Dominus Molina in eodem libro,capitulo ſexto proponit decem & nouem caſus, qui aduerſus communes,& generales iuris cõmunis regulas deducuntur, ex hac maioratuum Hipaniar. perpetuitate: quos non tranſcribam, quia liber omnibus cõmunis eſt, & nemo aliquantulum iuris ſtudioſus eo carere debeat: & quia licet aduerſus communes regulas ſint, tamen iuri communi non aduerſantur, immo ab eius ratione,& interpretibus deſumpti ſunt. Sicque non omnino pertinebant ad inſtitutum noſtrum.

3 Maioratus poſſeſsio non tranſfertur in ſucceſſorem iure communi, nec iure partitarũ, citra apprehenſionem veram, vel fictam.l.1. in principio.&.l.3.de acqu.poſſ.ff. l.eaque ciuiliter.de acq.rer. dom. l.6.titulo.30.par.3. Quinimo ex ſententia Bald.& Aret.non poteſt lex aut princeps illud ſtatuere: ſed non eſt verum, vt diligenter probat doctiſſ.Præſ.vbi ſupra,numer. 6.& ideo iure regio nouo in his maioratibus transfertur poſſeſsio ciuilis,& naturalis in ſucceſſorẽ ipſo iure, abſque aliqua apprehenſione.l.8.titul.7.lib.5.recopi.eſt.l. 41.Tauri,vbi latiſsimè interpretes noſtri, & Dominus Molina vbi ſupra libr.2.cap.12.

4 Maioratus, vel bonorum illius poſſeſsio ab alio occupata, nõ trãſiit ipſo iure in ſucceſsiorem iure communi, nec ex cõſuetudinibus Italiæ, & Galiæ, quibus ſicut, & iure noſtro maioratus poſſeſsio tranſiit in ſucceſſorẽ ipſo iure: not. latè Andr. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. par. 4. declarat. 3. nu. 7. Iure regio etiã ſi ab alio à tertio occupata fuerit, in vita poſſeſſoris maioratus trãſiit ipſo iure in ſucceſſorẽ: quod quomodo intelligẽdũ ſit accuratè aduertit D. Molina, lib. 3. de primog. Hiſpan. ca. 12. nu. 8. & ſeq.

5 Maioratus bona meliorans, poteſt vel hęres eius meliorationem in eis factam repetere, & non pertinent ſucceſſori iure communi, & ſi fiant per maritum, & vxorem cõmunicantur. gloſ. Angel. & cæter. in l. emptor. de rei vendi. ff. Bald. in l. inſulam. ∬. fructus. ff. ſolut. matrim. diligenter Pala. rub. in repet. rubr. de dona. inter vir. §. 26. nu. 15. & 16. Iure regio pertinent ad ſucceſſorem maioratus, & non repetit. l. 6. tit. 7. lib. 5. recopil. quam diligenter defenſat Molin. lib. 1. cap. 26. num. 14.

6 Si ad maioratus, ſeu fidei commiſsi, ſucceſsionẽ filij ſimpliciter vocentur, admittuntur etiam naturales iure communi, & excludunt ſuſtitutum. l. ex facto. ∬. ſi quis rogatus primi. ad Trebel. & ibi commun. dd. Anton. Gabriel. libro. 4. commun. opin. titulo de fideicommiſſ. concluſione. 2. nu. 68. D. Molina, li. 3. de primog. Hiſpan. c. 3. nu. 41. & 42. iure noſtro non procedit in maioratibꝰ ſeu primogeniis Hiſpa. Greg. Lopez in. l. 2. titu. 15. par. 2. verſ. ſi en el hijo mayor. idẽ Molina. eo. loco: n. ſi. niſi id expreſsè in maioratus cõſtitutione caueatur.

7 Si in maioratu, aut fideicommiſſo fiat ſubſtitutio ſub hac conditione, ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, expirat ſi filius legitimatus ſuperſit iure communi, Alber. in. l. generaliter. ∬. cùm autem. C. de inſtitu. & ſuſtitu. & ibidem Alexand. num. 2. Iaſ. num. 7. commun. teſtantur Ripa in. l. ex facto. ∬. ſi quis rogatus. num. 44. Tiraque. in. l. ſi vnquam. verſi. ſuſceperit liberos. nu. 69. Greg. Lop. in. l. 4. ti. 15. par. 4. & alij diligenter allegati per D. Lud. de Molin. li. 3. de primoge. Hiſpan. ca. 3. nu. 2. Sed in primogenitis noſtris contrarium eſſe tenendum probat ibi, num. 3. & ſequent.

8 Maioratus in contractu inſtitutus iure communi non impedit dominij trãſlationem: ſi autẽ in teſtamẽto fiat impedit. l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. l. 43. tit. 5. par. 5. & ibi Greg. Lopez verſiculo, nõ vale. Sed in maioratibus Hiſpanię non admittitur hæc diſtinctio, & ſiue in contractu, ſiue in teſtamento fiant impedit dominij tranſlationem. not. Xuarez alleg. 9. circa finem. Tellus Ferdinan. in. l. 27. Tauri: num. 2. D. Ludouic. Molina. lib. 1. de primogenit. Hiſpan. ca. 12. nu.

 31. &

31.& ſequen. Sed alienatio non reuocatur in vita poſſeſſoris maioratus alienantis, vt not. idem Molin. ibi num.33. niſi expreſsè prohibita fuerit, tunc enim ſtatim admittetur ſucceſſor. l. cum pater. ꝟ. libertis. iuncta gloſſ. de leg.2. idem Molina diligenter in. d. lib. cap.16. nu. 32.& ſequen.

9 Ex quo mihi verius videtur, etiam iure noſtro per tacitam prohibitionem quæ ex conſtitutione maioratus à lege inducitur, non impediri dominij tranſlationem, & per alienationem à poſſeſſore maioratus factam, dominium quidem trãsferri, licet reuocabiliter, quoad vixerit tantùm: nam veriſsimum eſt, iure noſtro maioratus ſucceſſorem dominum eſſe rerum illius, verumque dominium habere in vita ſua: vt diligenter probat Pinell⁹ in. l.1. de bonis mater. part. 2. nu.4. & idem Molina in eo. tract. & niſi expreſsè prohibeatur, illud dominium alienari poterit, ſcilicet & vſusfructus & alię commoditates ac iura, quę morte terminantur, vt ſatis notum eſt. In hoc ergo nõ eſt antinomia inter ius regium & commune: ſed in eo quòd iure cõmuni illud dominium, item & poſſeſsio remanent penes poſſeſſorem rei alienatę, donec ab eo iudicis decreto aut ſententia reuocet, vt patet ex locis ſupra allegatis. Iure noſtro poſt mortẽ alienantis, ſtatim & ipſo iure tranſiit dominium, & poſſeſsio in ſucceſſorem maioratus: vt ſupra diximus per. l. 41. Tauri.

10 Ex bonis maioratus, aut reſtitutioni ſubiectis quarta Falcidia ſeu Trebellianica detrahi poterit, iure communi, niſi id expreſsè prohibeatur. authen. Sed in ea. C. ad. l. Falcid. & in corpore vnde ſummitur. Franc. Piſcina in tract. de ſtatutis excludentib. fœmi. nu. 54. Anton. Gabriel. lib.4. commun. opin. titulo ad Trebell. concluſione. 9. num.1. D. Molina vbi ſupra lib.1. c. 17. num.18. qui alios refert. Iure regio in maioratib⁹ noſtris, licet nõ prohibeatur, non detrahitur: vt diligenter probat idem Molin. ibi. num.26.& ſequen. contra Grego. Lopez & Peraltam, qui cõtrarium tenuerant.

11 Maioratus bona aduerſus ſucceſſores pręſcribuntur iure cõmuni, ſi ab ipſis pręſcriptio incipiat. Pau. Caſt. in. l. fin. ꝟ. & quia. C. cõm. de lega. Anto. Gabriel. lib.5. com. opin. titulo. de pręſcri. concluſ.17. num.17.&.18. D. Moli. li.4. de primog. Hiſpan. ca.10. nu.6. com. eſſe affirmãt. ſed in maioratibus Hiſpanorum non pręſcribi, nec procedere pręſcriptionem defendit idem Molina. hac potiſsimum ratione, quia in eis adueniente ſucceſsionis die, dominium, ac poſſeſsio ciuilis, & naturalis bonorum maioratus in ſucceſſorem ipſo iure pertrãſiit. per. l.41. Tauri. ſine poſſeſsione autem pręſcriptio nõ procedit. l. malè agitur. de pręſcri. triginta

ginta vel quadraginta annorum. regula ſine poſſeſsione.de regulis iur.libro.6. ergo non poteſt contra ipſos ſucceſſores præſcriptio incipere.

12 Ex quo aliam deducit antinomiam, quòd cum iure communi per expreſſam alienationis prohibitionem admittatur ſucceſſor ad rei alienatæ reuocationem, ſeu vindicationem, viuente poſſeſſore maioratus alienante, vt ſupra diximus, & latius probat Rubeus in.l.non ſolum.ſſ. morte.nu.30.de nou.ope. nunt. Loazes. in.ſſ. diui. num.191.& alij diligenter allegati per ipſummet Molinam in li.4. de primogent.Hiſpan.capitul.10. num.7. ab eo tempore alienationis incipit currere præſcriptio contra ſucceſſorem, ſed cum iure noſtro poſſeſsio tam ciuilis, quàm naturalis, transferatur fictione legis in ipſum ſucceſſorem: vt ſæpe dixi, & ſine poſſeſsione non poſsit rei detemptor præſcriptionem incipere, non procedit illa iuris communis ſententia.

13 Tamen hæc opinio, ſalua tanti viri venia, mihi ſuſpecta eſt: nam licet verũ ingenuè fateamur, poſſeſsionem rerum maioratus, & dominium in ſucceſſorem transferri: non ſequitur ex eo, quin præſcriptio contra ipſum incipere, & procedere non poſsit: quia ipſe maioratus poſſeſſor, & dominus poſſeſsionem ipſam, ab alio tertio re, & actu occupatam, poterit perdere, atque amittere, cùm iure noſtro per anni, & vnius diei tempus, ſi titulo & bona fide (vt hìc præſuponitur) & ſciente ac patiente eo, detineat rem, & occupet, poſſeſsionem ciuilem, & naturalem amittere non eſt dubium. per tex.l.1.ti.

14 2.de las coſas que ſe ganan o pierden por tiempo.libr.2.fori.leg.& „ l.242.ſtili, quæ reaſſumptæ fuerunt „ in.l.3.tit.15.de las preſcriptiones. „ lib.4.recop. & ſic nequaquam dubium erit, quin poſt lapſum illius temporis, rei detentor poſſeſſor verus fiat, & præſcriptionem contra ſucceſſorem incipiat, ac proſequatur.

Quinimo poſſes dicere, & fortaſis non leuiter ex mente.l.9.titu. 7.de los mayorazgos.libr.5.recopila. quòd poſt ſex menſium ſpatium poſſeſsionem amittat: quandoquidem illa lex eo tranſacto nõ admittit ſucceſſorem intẽtantem remedium poſſeſſorium, & tenutæ legis Toleti, quod pro maioratibus, & rebus illis ſummiſsis conceditur. Sed hoc non affirmo.

15 Præterea iure communi poſſeſſio etiam ab alio non occupata, per decennium ſaltim amittitur. not.commun.dd.Schola, in.l.ſi de eo.ſſ.ſi forte. &.l.ſi id quod.de acquir.poſſe.ff.& alibi ſæpe.& idem eſſe iure noſtro affirmat Gregori⁹ Lopez in.l.17.titulo.30.part.3.verſiculo.porque ſoſpecha. Inſuper

16 non plus operatur fictio in caſu ficto, quàm veritas in vero.l.filiuſ-

familias.ff.ſi cert.pet.l.lex Cornelia.ff.de vulg.l.bona.in fin.ff.de capti. cùm ergo verè poſſeſsio per annum amittatur,ſi ab alio cum titulo, & bona fide occupata fuerit, multò magis hæc, quæ fictione legis inducta fuit, ergo præſcriptio contra ſucceſſorem maioratus procedit, etiam iure noſtro.

17 Maioratum nullus poteſt facere Iure regio, ſine regis licentia, ſi plures filios habeat.l.3.d.titulo.7. libro.5. recopil. l.10.titulo.6.eiuſdem lib.&.l.3.&.12.titul.8.eodem. Iure regni Nauarræ poteſt ſine licentia, relicta legitima aliis filiis, quæ ad quinque ſolidos, & glebam terræ reſtringitur: vt ſupra.d. verſiculo, legitima, vide Antoniũ Gom.in.l.40. Tauri. nu.57.

18 Mandatum exigitur iure communi ad agendum pro abſente: allegat Villalob. Iaſon in.l.his, qui. num.7.C.qui teſtam.face.poſſunt. Iure regio coniunctus pro coniuncto, intra quartum gradum, & maritus pro vxore, & ſocius pro ſocio admittuntur ſine mandato ad agendum, & defendendum, cum cautione de rato.l.10.titu.5.part.3. Villalob.

Non poſſum me continere quin deſidiam hominis Toletani carpiam, cùm iure communi vulgatiſsimum ſit, coniunctum pro coniuncto, & reliquas perſonas per ipſum hîc enumeratas admitti ſine mandato ad agendum, & defendendum, cum cautione rati. text.in.l.ſed & hoc.ff.& in.l.exigẽdi.C.de procura.Marſil. in ſing. 636.nec Iaſon in loco ab eo allegato hoc negat: nam licet dicat regulariter non admitti, tamen regula fallit hoc caſu per.d.iura.

19 Maritus tenetur reſtituere fructus rei vxoris, ſi ſint magnæ æſtimationis, iure communi.Felin. in capi.lator.de re iud.Dominus Pręſes Couarru. in epitom. 4. part.2. capitulo.7.§.6.nume.5.Iure regio omnes fructus indiſtinctè ſunt mariti ad onera matrimonij ſubleuãda, & ſi ſuperſint ſunt communes. „ l.3.titulo.2. libro.3.for.leg. eſt.l.4. „ &.5. titul.9.lib.5. recopila.

Vide Gregor.Lopez in.l.17.ti.11. par.4. Villalob.

20 Maritus retinens vxorem deprehenſam in adulterio, iure ciuili punitur pœna lenocinij.l.2.§.lenocinij.ff.de adult. l. auxilium. ff. de minoribus.Iure regio non punitur aliqua pœna.l.1.titulo. 7.lib. 4.fori. leg.quę concordat cum capit. ſi vir ſciens. de adulter.ſi ab adulterio deſiſtat, aliàs ſi maritus ſciat, & permittat, punitur iuxta. §. lenocinij.vt not.Gregorius Lopez in.l.fin.titulo.22.part.7.Adde „ tu text.expreſſum de iure regio, in „ l.2.titu.19.de los amancebados. li. „ 8.recopil. Villalob.

22 Maritus non poteſt occidere nobilem in adulterio deprehenſum cum vxore ſua. Iure ciuili.l. Gracus.ff.de adulteri. Bartol. in.l. maritus.§.illud. eodem titulo.l.13. titu.17.

+ si intelligas sine peccato damnatum est a . c. D. Alex. 7.

titul.17.part.7. Iure regio nouo indiſtinctè licet occidere quemcunque inuenerit in fraganti delicto. l.2.tit.15.lib.8.ordina.&.l.8. Tauri: » ſunt.l.1.&.2.titul.20.de los adulte- » rios.li.8.recopi. Villa.

23 Maritus non poteſt adulterum, & adulteram ſimul accuſare iure communi.l.2.in princ.ad.l. Iul.de adult.ff. Iure regio non poteſt vnũ ſine altero accuſare. d.l.80. Tauri. Villalo.

24 Maritus iure ciuili non poteſt accuſari criminaliter ab vxore de adulterio.l.1.& ibi.dd.C.de adulte. notat.D.Prȩſ. Coua.in epitom.4. par.2.cap.7.§.6.num.5. Iure regio » accuſatur.l.3.tit.15.lib.8. ordin.eſt » l.5.titu.19.lib.8. recopila. intellige ad pœnam ibi poſsitam, non ad pœnam ordinariam adulterij, prӕterea licet marit⁹ criminaliter non accuſetur, ciuiliter tamen ad thori ſeparationem, & reſtitutionem bonorum vxoris accuſatur.l.conſenſu.de repud.C.d.l.2.tit.15.lib.8. ordina. Et iure canonico mutua cõpenſatione tollitur.capi.nemo ſibi blandiatur.32.quӕſtion.4. licet non ſic iure ciuili: vt not.gloſſ.in.l. viro & vxori. ff. ſoluto matrimonio. Villal.

25 Mater, ſi ſit tutrix filiorum ex teſtamento patris, non tenetur renũtiare ſecundas nuptias iure commun. Alber.in authẽ.matri & auiȩ. quando mulier tutoris officio. Iure regio renuntiare tenetur.l.4.ti. 16.par.6. Villal.

Immo quòd renuntiare teneatur, licet detur teſtamẽto, eſt communis opin.de iure commun. vt tenet Bart.in.d.authẽ.matri & auiӕ. num.17. Petr.de Ferra.in praxi ſua, rubrica de forma ad reddẽdam ration.tutel. verſiculo in ſuo vltimo teſtamento.num.3. & Michaël Graſſus inter commun.opin.q.17.

26 Mater tutrix filiorum, ſi tranſeat ad ſecunda vota, iure ciuili datur illis tutor datitius, non legitimus: alleg.Villal.gloſſ.in authen.ſacramentum.C. quando mulier tutor. off.fung.& Barto.aſſerentem eam communem. Greg.Lopez.in.l.infra allegata, verſicul.maſcereano. Iure regio per.l.5.d.tit.16.par.6.legitimus tutor datur. Villalob.

Bar.in loco per Villal.allega.nõ dicit gloſſ.commun.quinimo ipſe contra illam tenet, quòd detur legitimus tutor: idẽque tenent Bal. & Salice.ibidem.non eſt ergo antinomia.

27 Mater tranſiens ad ſecundas nuptias iure ciuili tenẽ ſeruare filiis prioris matrimonij bona in eo acquiſita.l.fœminӕ.C.đ ſecũd.nupt. Iure regio de bonis acquiſitis conſtante eo matrimonio diſponere ad libitũ poteſt, nec filijs ſeruare tenetur.l.14.Tauri eſt.l.6.titulo.9. de las ganancias.lib.5. recopila. & commun.interpre.noſtri ibi. Menchac.in.lib.1.de ſucceſſ.creatio.§. 1.num.25.

Sed Pinellus in.l.4. C.de bonis mater.num.2.&.3. & Tellus Ferdi.

ea.l.exiſtimant non eſſe iuri communi contrariam, quia.l. fœminæ: loquitur de bonis acquiſitis per vxorem, titulo lucratiuo, & ex liberalitate mariti.l.vero regia de acquiſitis titulo oneroſo matrimonij, ac ſocietatis per matrimoniũ inter ipſos contractę, & ex beneficio & liberalitate legis, & hoc verius eſt, ſicque vitabis antinomiã.

28 Ex his colige etiam antinomiã, quòd iure communi bona conſtante matrimonio multiplicata pertinent marito, & non vxori, & ſi quid vxor acquirebat ex eis, dicebatur, titulo lucratiuo acquirere/Iure regio ſunt communia, & acquirit titulo oneroſo. Idem cauetur iure regni Nauarræ titulo.4.de las conquiſtas. lib.3.fori.

29 /Ex qua etiam ceſſat alia iuris cõmunis doctrina: nam ſi conſtante matrimonio maritus ſuo nomine quid emebat, ſibi acquirebat, ſi ſuo & vxoris, ambob⁹ acquirebat. l.multum.ibi Bart.&.Bal.C.ſi quis alteri, vel ſibi.l.cũ propria.eod/Iure regio etiam ſi ſuo nomine emat communicãtur re empta.l.16. Tau„ ri:eſt.l.1.titul.9.lib.5. recopil. me„ lior in.l.103.del eſtilo. Villalo.

30 / Matrimonium prohibitum contrahens, iure communi amittit bona, & applicantur fiſco.authen. inceſtas.C.de inceſt.nuptiis/Iure regio mediam partem bonorum, & non amplius amittit.l.5. tit.16.&.l. „ 7.titul.18.lib.8.ordin.eſt.l.6.titul. „ primo.de los caſamientos.li.5.recopil. Villalo.

31 /Matrimonium clandeſtinũ contrahens, iure communi canonico arbitrio iudicis condigna pœnitẽtia puniri, in.c.fin.ꝟ.fin.de clãdeſt. deſpõſatio.& in.ſanct.cõcilio Trident.ſeſsio.24.c.1.de reformatione matrimonij: grauiter puniri iubentur, & matrimoniũ aliter quàm ibi præcipitur contractum, nullius momenti eſſe diſcernitur/Iure regio vltra prædictas pœnas, contrahentes, & intereſſentes perdunt omnia bona, & perpetuò relegantur exilio.ac iuſtè exheredantur. l. 1.tit.1.li.5.reco/Quæ eſt.l.40.Tauri: quam defenſat Illuſt. D. Præſes in epitom.4.par.2.ca.6. in princip. n.17.&.18/immo expreſsè per.d.S. concil.c.12. confirmatur.ibi, *Si quæ prouinciæ aliis vltra prædictis laudabilibus conſuetudinibus, & cęrimoniis, in hac re vtuntur, eas omnino retineri ſancta ſynodus vehementer optat, &c.*

Iure regni Nauarræ relegantur vt iure regio, ſed non amittunt niſi mediam bonorum partem. prag. 147.li.2.pragmaticarũ illi⁹ regni.

32 /Melioratio facta à patre filio, poteſt per hæredem ſolui in æſtimatione iure cõmuni.l.non amplius. & ſequen. de leg.1/Iure regio res „ ipſa eſt tradenda.l.20.Tauri: eſt.l. „ 4.titul.6.lib.5.recopil. Villal.

33 /Tu diligentius aduerte, nam in ea.l.non amplius.ꝟ.fin. & in.l.ſeq. tres caſus deciduntur. primus, quãdo pars bonorum legatur, nam ſuccurritur hæredi, & datur ei electio

ſi vellit

ſi vellit partem, vel eſtimationem prȩſtare, qui caſus corrigitur per.l. 20. Tauri. Secũdus eſt, quando res legatȩ naturaliter non diuiduntur, vel ſine incommodo diuidi non queũt, quo caſu hæres cogebatur, æſtimationẽ legatario prȩciſè tradere: & hîc etiam corrigitur per legem noſtram qua datur hȩredi electio, vellitne dare ȩſtimationem: ibi, *Que puedan dar los herederos el valor del tercio, y quinto en dineros.* Idque not. Ant. Gom. & Tell. Ferdina. in eadẽ lege. Tertius caſus qui deciditur in.l. ſequenti eſt, quando hæres non dat res legatas, nec eſtimationem in pecunia: ſed elligit vnã rem ex hæreditariis, quam tradat legatario, quo caſu hȩc facultas hȩredi datur, cum legatarij cõſenſu: eo autem contradicente, cum ȩſtimatione, & auctoritate iudicis, qui quidem caſus nõ eſt lege Taurina deciſus, vt rectè aduertit Tell. Ferdinand. & ſaltim in eo non erit antinomia, & ſequẽda erit iuris cõmunis deciſio. de qua Alex. in. d. §. cum bonorum. nu. 8. & Tellus Ferdinand. in ea lege, quod nota, quia quotidianum.

34 Melioratus in re certa non tenetur ad onera hæreditaria, nec in eũ tranſeunt actiones actiuè, aut paſſiuè iure communi: melioratus autem in quota hæreditatis, tenetur. l. ſi quis ſeruum. §. fin. & .l. cùm autem. ff. de leg. 2. l. iuris conſultus. & ibi interpretes. ff. ſi certũ petatur. Xuares in. l. quoniam in prioribus. ampliat. 7. num. 12. & .13. D. Ludo. Molina diligenter in. c. 10. lib. 1. de primog. Hiſpan. num. 6. & ſeq. Iure regio ex ſentẽtia Pala. Rub. Ciſontȩ. & Tell. Ferdinan. in. l. 21. Tauri: „ eſt. l. 5. tit. 6. lib. 5. recop. & Illuſt. D. Præſ. Coua. in lib. 2. var. reſol. ca. 2. nu. 2. Xuarez in. d. ampliat. nu. 8. ſublata eſt hȩc differentia, & ſiue in re certa, ſiue in quota melioratio fiat: ad onera & debita hȩreditaria pro rata tenetur. Sed ex Gre. Lop. ſententia in. l. 2. tit. 9. part. 6. verſic. la manda. illa lex in omnibus eſt iuri communi conſona. idemque affirmat Peralta in. l. 3. ℐ. qui fideicõmiſſ. nu. 143. cum ſeq. ff. de hæred. inſtit. & eos ſequutus. D. Molina vbi ſupra nu. 14. & ſeq. quia de quota bonorum, & non de re certa diſponit: ſicque perperam eius deciſionem reſtringũt ad meliorantẽ, qui filios habet, cùm ſic intellecta, in quocunque locũ habere poſsit.

35 Melioratio facta extraneo, vel filio emancipato ſtatim valet. Et nõ reuocatur iure cõmuni. l. perfecta donatio. C. de reuo. donatio. l. vel lis necne. eo. ti. l. ſiue emancipatis. cùm ſimilib⁹. C. de donatio. Iure regio reuocari poteſt ex cõmuni noſtrorũ interpretũ ſentẽtia. per. l. 17 „ Tau. quȩ eſt. l. 1. ti. 6. đ las mejoras, „ đ tercio y quinto. li. 5. reco. Sed ex Tell. Ferd. opinione ibi. n. 10. & D.
36 Ludo. de Moli. in lib. 1. de primog. Hiſpa. c. 12. nu. 19. contrariũ verius eſt: nam illa lex quæ meliorationẽ reuocare permittit, loquitur in fi-

 liis

liis in poteſtate patris conſtitutis: & caſus ab ea omiſsi iuris cõmunis diſpoſitioni cenſentur relicti. Iuxta quã talis melioratio extraneo, aut filio emãcipato facta ſtatim valet, nec reuocatur per iura ſupra allegata: quam veriorem puto, vt fugiamus legum correctiones, & an-
37 tinomias. Hoc tamẽ fallit in melioratione facta maiorat⁹ cauſa, quia ſiue filio emãcipato, ſiue extraneo maioratus nomine fiat, donatio re
„ uocari poteſt: per. l. 44. Tauri, quæ
„ in noua recopil, eſt. l. 4. tit. 6. libr. 5. quod notandum cenſet. D. Molina vbi ſupra. nu. 20. nam prima facie cuilibet videretur cõtrarium, ſi legem non haberet.

38 Metalli venæ auri, vel argenti, aut alterius, ſi inueniãtur in fundo priuato ab ipſo dño fundi ipſius erunt, & non regis. Io. de platea in. l. cuncti. C. de metal. li. 10. ſi autem inueniantur ab alio, regi decima tantum pars pertinet. d. l. not. diligenter AEgidius Boſſ. in tract. de metallis, & argenti fodinis. nu. 3. &. 4. qui alios allegat. Iure regio omnes venæ metallorũ, ſiue argenti fodinæ (quas vulgo minas vocamus) ſiue à domino, ſiue ab alio inueniantur, ſine diſtinctione ſunt regis. l. 2. tit. 13. lib. 3. recopi. & ſolutis expenſis, inuentori tertia pars, & duæ regi tribuuntur. l. 3. d. titu. & l. 4. cap. 4.

39 Metalla, nec argenti, aut metalli fodinas nemo poteſt quærere in alieno ſolo, ſine principis licentia: poteſt tamẽ ſine domini licentia, modo ſine eius damno faciat: not. Bart. Platea & cæteri in. d. l. cũcti. Pau. Caſ. in. l. diuort. §. ſi vir. ſoluto matri. ff. Boſſ. vbi ſupra. nu. 1. &. 2.

Iure regio è conuerſo quiſque poteſt perquirere ſine licentia regis, non tamen ſine licentia domini prędij. d. l. 3. ſed hodie in. d. l. 4. c. 2. poteſt etiam ſine domini licentia, modo reſarciant damnum.

40 Metus qui poteſt cadere inconſtãtem virum quis ſit, iure ciuili arbitrio iudicis relinquitur. gloſſ. in.
„ l. interpoſitas. C. de tranſactio. vbi
„ per Illuſtriſsimum & acutiſsimum
„ Dominuum Ant. de Padilla conſi-
„ lij regis ordinum militariũ Præſid.
„ meritiſ. nu. 12. &. 13. qui allegat tex.
„ in. l. 3. ff. ex quib. cauſ. maior. & quę
„ de metu deſiderare poſſet more
„ ſuo proſequitur. Iure regio ſi Villalobos credamus, ſublatum eſt arbitrium. per. l. 7. tit. 33. part. 7. vbi declaratur quòd talis metus eſt mortis, mutilationis membri, vel cruciatus corporis, perdendæ libertatis, vel famæ.

Sed errat, nam non tollitur, quinimo expreſsè datur arbitrium iudici in ea. l. ibi. *O otro ſemejante, &c.* ex quo ellicitur illos caſus in ea expreſſos gratia exempli: nec etiam vt vir doctiſſ. Padilla docet, certa regula dari potuit ad talẽ metum cognoſcendum, cùm variæ ſint hominum conditiones, & fortunæ. & Greg. Lopez in ea. l. part. concordare cum. l. metum. cum ſequẽ. ff. qui

qui metus cauſa dicit.

41 Mercator qui feſellit creditores; (vulgo alçado vocatur) iure cõmuni extra ordinem punitur.l.fin.§.fi. ff. quę in fraud.credit.l.ob fœnus. de adminiſtrat.tut.Montal.in.l.17. tit.fin.li.3.fori leg.Auenda.in repetitione lib.4.&.5.titul.de las exception.nu.56.verſi.tertio pręmitto.

" Iure regio per dictas leges, quę ſunt

" l.1.&.2.tit.19.lib.5.recopil.punitur pœna publicorũ latronum,& inhabilis fit ad exercendam mercaturam, neq; ſi nobilis ſit gaudet priuilegio nobilitatis.l.3. eiuſdem tituli de quarum intellectu, & praxi. vide Auend.vbi ſupra.nu.35.& ſeq. ad fin. vſque.

42 Talium mercatorum receptatores iure communi non puniuntur. Hypo.Marſi.ſing.366.vbi concor. allegat.Iure regio eiſdem pœnis, quibus mercatores falliti, puniuntur receptatores.d.l.1.&.2.

Minor viginti quinque annorũ iure ciuili non punitur pœna ordinaria delicti ſed minori.l. auxiliũ. de minori.ff. c.1.de delictis puerorũ.Iure regio minor decẽ & ſeptẽ annorũ, nõ punitr̃ pœna ordinaria: maior vero punitr̃:niſi iudici viſum fuerit pœnam moderandam. allegat.Villal.l.8.tit.13.part.7. Villal.

43 A contrario ſenſu videtur id probare: vt not.Anton.Gomez in tertio tomo de delictis.ca.1.num.62. &.63.qui concordat eam legem, cum.l.4.tit.19.par.6.quæ expreſsè contrarium dicit,& eſt omnino cõformis iure cõmuni: nempe quòd iudex debet minuere pœnam, ſi ſit minor decem & ſeptem annorum, & hoc caſu procedat.d.l.8.ſi vero maior ſit decem & ſeptẽ annorũ, relinquatur iudicis arbitrio, & nõ teneatr̃ minuere, ſi ei ita viſum fuerit:ſicq; intelligatur.d.l.4.quę concordia mihi ſatis æqua noſtris tẽporibus videtur.

44 Poſſet etiã dicere, quòd pragmatica inuictiſsimi Philippi ſecundi

" Regis noſtri, quæ eſt ſub ti.11.đlos

" ladrões.li.8.reco.l.9. iubet puniri latrones minores viginti annorũ, maiores tamen decẽ & ſeptẽ tamquã ſi eſſent maiores viginti quinque annorũ,& hoc caſu eſt antinomia:ſed non eſt extẽdẽda ad alios, contra.l.part.quę corrigeretur.

45 Minor ante vigeſimũ annũ nõ poteſt accuſare, niſi ſuã vel ſuorũ iniuriã proſequatur, iure cõmuni: cõmunis eſt opinio teſte Anto.de Tremo.in additio.ad Bona cur.in prac.exceptio.rubricę quib.mod. ſuo nomine.verſ.illos caſus.n.6.Iure regio p.l.2. ti.1. part.7. ætas quatuordecim annorũ requiritr̃.Villal.

Vide tu Grego.Lopez in ea.l.2. verſi.menor.vbi eius deciſionẽ cõcordare cũ.l.2.§.pupillus. &.l. qui accuſare. ff.de accuſatio. probat. quę minores quatuordecim annorũ ab accuſatione repellũt. Sed de maioribus adultis nihil diſponũt, nec lex nr̃a, ergo nõ eſt antinomia nã licet varię ſint opiniones, coĩs, & verior eſt, quòd adulti maiores

 tantũ

tantũ viginti annorum admittantur, cũ authoritate curatoris, not. Bart. Angel. & alij. in. d. §. pupillus. & iure noſtro ab ea opinione non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, cõſuluit Gre. Lopez.

Idem quòd iure regio, cauetur iure regni Nauarræ in capit. 13. titul. 7. lib. 3. fori.

46 Minor iure communi reſtituitur aduerſus tranſuerſum temporis præfixi ad retractum bonorum conſanguineorum, vel maiorum ſuorum. c. cõſtitutus. de in integr. reſti. Iure regio non reſtituitur. l. 7 „ titu. 7. lib. 5. ordina. eſt. l. 8. tit. 11. de „ las compras. lib. 5. recop. Villal. Idem quod iure regio, cauetur iure regni Nauarræ in pragmat. 29. lib. 2. pragmat.

47 Minor filiusfamilias iure cõmuni poteſt accipere mutuo quaſlibet res preter pecuniã, & valet contractus. vt not. dd. in. l. 1. &. 2. ad Mace. l. 4. tit. 1. par. 5. ſic intellecta per gl. Pau. Caſtren. in. l. filiũ habeo. eod. titul. Iure regio nouo non valet cõtractus mutui, nec alius in quo fidẽ faciant ei de pretio. l. 22. titul. 11. libro. 5. recopila.

48 Minor filiusfamilias ſui iuris factus, poteſt ratificare contractum, quem fecit in poteſtate patris, iure cõmuni. l. item ſi filiusfamilias. in fin. ad. S. C. Macedo. Iure regio per. d. l. non poteſt.

49 Minor ſui iuris, & maior pater familias iure cõmuni poteſt mutuo accipere, vel emere, vt ſoluat cùm nubat, vel cùm hęres erit alicuius, aut in alium euentum, vel tempus incertum. l. 1. & toto. tit. de pactis. l. contractus. ff. de reg. iuris. Iure regio per. d. l. non poteſt, nec valet contractus: & ſi fideiuſſores dederit non tenentur: hos vulgo vocamus parturas, quia ſępius de partu mulierum fiunt.

50 Minor. 17. annorum iure communi poteſt conſtitui procurator extra iudicium ad negotia. l. ſed ſi quis. §. vult. ff. de inſtitoria. idque cõmuniter receptũ teſtatur Alex. in. l. exequend. C. de procura. Iure regio nec extra iudicium ad negotia poteſt. l. 19. ti. 5. par. 3. Illuſtr. Pręſes in. c. tua. de teſta. extr. num. 4.

51 Miſsio in poſſeſsionem ex contumatia rei non comparentis, iure ciuili nõ fit ſine aliqua ſummaria, ſaltim in cognitione debiti: glo. in l. cum proponas. de bon. auto. iud. poſſ. C. & in. c. quoniam frequẽter. §. fin. vt lite non cõteſta. Bar. in. l. 2. C. vbi in rem actio. exer. debeat. Iure regio ſufficit iuramentũ partis ď iure ſuo. l. 29. ti. 2. par. 3. Villalo.

Vide. l. 1. tit. 10. de los aſſentamiẽtos. lib. 4. recopila. quæ tradit formam, qua & intra quod tempus hodie ſit mittendus in poſſeſsionẽ: & minimè requirit illud iuramẽtum. fortaſis: quia ex cõmuni ſtilo in omnibꝰ libellis apponitur, Iuro que no pongo eſta demanda con malicia, y es cierta: y los marauedis q̃ en ella pido, me ſõ ďuidos, y no pagados: y ſi la pone por ꝓcurador, Iuro

Iuro en anima de mi parte, &c. vide etiam Auend. in tract. 1. & 2. decreti. numero præſertim. 10.

52 Miſſus in poſſeſsionem ex contumacia rei, poſt litē conteſtatā, & ſi reus intra annum compareat, nō reuocat poſſeſsionem iure ciuili: ſed audit ſuper proprietate. Abb. in. c. prout. de dolo, & cōtuma. gl. in. l. conſentaneum. & ibi Bart. C. quomodo, & quādo. Iure regio renocat poſſeſsionem per. l. 10. tit. 22. part. 3. iuncta. l. 6. titu. 8. eiuſd. part. Villalob.

Quæ leges mihi id non probant, & contrarium expreſsè ſtatuitur in l. 29. tit. 2. par. 3. & l. 1. tit. 11. lib. 4. recopila. non eſt igitur antinomia in hoc, ſed quòd iure cōmuni, & parti tarum ſtatuitur annus ad comparendum. l. 4. titul. 8. part. 3. Iure regio nouo duo menſes, in actione reali: & vn⁹ in actione perſonali: vt patet in. d. l. 1. đ los aſſentamiētos.

53 Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto, iure ciuili facit fruct⁹ ſuos. gl. & cōmuniter legiſtę in. l. 3. §. genera. poſſeſsio. de acquirend. poſſ. Iure regio per. l. 1. titu. 9. lib. 3. „ ordin. eſt. l. 1. titul. 11. lib. 4. recopil. ſupra allegata, & l. 6. tit. 8. par. 3. nō facit ſuos. Villalob.

Sed caue, nam iure cōmuni non facit fructus ſuos in actione perſonali, & hæc eſt communis & vera opi. vt refert Iaſ. in. d. §. genera. n. 23

54 Ex quo elice aliā antinomiam, quòd iure regio per. d. l. 1. tit. 11. de los aſſentamientos. li. 4. recopil. in actione perſonali poſt menſem facit fruct⁹ ſuos, & efficitur poſſeſſor earum rerum in quibus mittitur, ſi non eligat potius rem vendere, vt debitum accipiat. Auend. in tract. 1. & 2. decreti part. 3. num. 5.

55 Idem, ex eo ſequitur alia, quòd miſſus in poſſeſsionem ex actione perſonali, non poſsidebat iure cōmuni, ſed tantùm cuſtodiam habebat. Abb. in. c. quoniā frequenter. col. 4. vt lit. non conteſt. Iure regio actor miſſus in poſſeſsionem, verè poſsidet poſt lapſum menſem, & colligit ac facit fruct⁹ ſuos, vt dixi: ſicque ceſſant ambages & controuerſiæ, quæ tradduntur per eundē. Abb. & alios in. d. c. perquirentes: quare pingui⁹ remedium ponatur in actione reali, quàm perſonali.

56 Miſſ⁹ in poſſeſsionē ex primo decreto in actione perſonali nunquā acquirebat poſſeſsionē, nec ſi per triginta annos poſsideret, ſine ſecūdo decreto: vt not. in locis ſupra allegatis. Iure regio p. d. l. 1. lapſo menſe, ſine alio decreto acquirit.

57 Miſſo in poſſeſsionē ex primo decreto, ſi tertius contradicat, & ſe opponat, dicens rem illam in qua miſſus fuit nō eſſe rei cōuenti, ſed ſuam, ſi intra annum compareat ille tertius oppoſitor, ſummariè de contradictione, & iure illi⁹ cognoſcitur, ſi poſt annū cōpareat, via ordinaria auditur. Bar. in. l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ. qui allegat tex. in. l. àdiuo Pio. §. ſi poſt aditū. đ re iud. Auēd. in. d. tract. n. 1. ver. & p

iſtam

iſtam legem qui allegat.l.3.verſic. finali, titulo.8.par.3. hodie iure nouo Regio ſi intra duos menſes cōpareat, auditur ſummariè, ſi poſt, via ordinaria.d.l.1.

De iure Nauarrę, vide ſupra verſiculo contumax.

58 Moræ purgatio quæ iure communi admittitur per.l. inſulam. de verb.obliga.ante litis conteſtationem, non liberat reū ab intereſſe creditoris. glo. ibi cōmuniter approbata. Iure regio liberat.l.35.tit.11.part.5. Villalob.

Vide ibi Greg.Lopez qui diligenter probat deciſionem noſtræ legis veriorem eſſe, etiam in terminis iuris communis, & poteris vitare antinomiam.

59 Mora purgatur in ſtipulationibus iudicialib⁹, quibus dies, & pœna apponitur intra modicum tempus cum ius actoris non eſt factum deterius.l.ſi poſt tres.ff. ſi quis cautioni.Iure regio etiam ſi ius actoris factum ſit deterius, arbitrio iudicis admittitur purgatio moræ.l.36.titul.11.part.5. Villalob.

60 Caue, nam in ea lege non fit ius actoris deteri⁹: quinimo expreſsè cauetur ne fiat deterius.ibi, *Mandamos q̃ no pierda ni ſe menoſcabe al otro nĩguna coſa, de ſu derecho q̃ ha en la demãda principal, mas que le finque en ſaluo, para poder ſe lo demandar bien aſsi como faria al primer plazo, que le ſeria pueſto.* Non erit ergo antinomia hęc. Sed quòd iure communi ſi ius actoris factum erat deterius, & actio præſcripta, non admittebatur purgatio moræ.d.l.ſi poſt tres. Iure noſtro admittitur purgatio: ſed non fit ius actoris deterius, nec ex dilatione prę́ſcribitur actio: quod ſumma ęquitate introductum eſt, vt rectè Grego.Lopez aduertit, verſiculo, que no pierda.& ſic vides legem noſtram plenius quàm communem conſulere & actori, & reo.

61 Mortui de iure communi de criminibus exceptis non poſſunt accuſari, niſi quoad bona, nec alia pœna irrogãda eſt.l.fi. C.ad.l.Iul. mag.glo.in cap. accuſatis. de hæret.lib.6.Iure regio per.l.7. titul.1. part.7.indiſtinctè poſſunt accuſari, approbata opinione canoniſtarum in ſumma.24.quæſt.2. Villal.

Errat tota via Villal.nam.l.fi.ad l.Iuliã mageſt. C.etiam damnatur memoria mortui delinquentis: & hæc grauior pœna eſt, quàm bonorum: nam melius eſt habere bonum nomen, quàm diuitias multas. prouerbiorum.22.capitu. & honor, & vita æquiparantur. l. iſti quidem.de eo quòd met.cauſ. &.l.7.part.1.licet dicat, quòd poſſint accuſari, non dicit qualiter debeant condemnari, nec diſcedit à iure communi, vt gloſſ.ibi notat.

62 Mulier iure cōmuni non poteſt nubere intra annum luctus, aliàs efficitur infamis.l.1.C.de ſecun.nup. Iure regio poteſt nubere ſine infamia.l.5.tit.1.lib.5. ordin.eſt.l.3. tit.1.de los caſamientos.lib.5.recop.

corrigi

„ corrigiturque.l.3.tit.6. part.7. &.l.
„ 3.titu.12.part.4.&.l.5. tit.4. part.6.
„ quę heredem inſtitui prohibebat.

63 Mulier iure communi non poteſt in carcerem mitti pro debito, etiam ſi deſcendat ex delicto. not. Bald.in.l.3.C.de epiſ.audi.per tex. in authen. ſed nouo iure.de cuſto. reorum. Iure regio pro debito deſcendenti ex delicto carceri manci
„ patur.l.62. Tauri.eſt.l.10.tit.3.li.5.
„ recopil. Villalob.

64 Mulier poteſt in carcerem detineri pro debito proueniente ex administratione tutellę, iure communi.Bart.in authent.matri, & auiæ. quando mulier tute.offi. quod intellige ſi renunciauit legum auxilio, vt refert Dueñas in reg.212. Iure regio ex generalitate. d.l. 62. Tauri: non incarceratur. Et ita affirmat Roder. Xuarez in.l.2.titul. de los gouiernos.lib.2.fori leg.nu.12. Villalobos.

65 Mulieres iure ciuili idonei teſtes ſunt, niſi in teſtamento.§. mulier. de teſta.inſti. Iure regio per.l.9.ſtili, non ſunt idonei teſtes, niſi in rebus quæ ad mulieres ſpectāt, quod etiā probat.l.8.ti.18.li.2.fori. ſed.l. 17.tit.16.part.31.admittit mulieres bonæ famæ in teſtes indiſtinctè, & ita obſeruatur. Villal.

66 Mulier iure communi propter delictum non perdit dotem, durante matrimonio, niſi in quinque caſibus.l.quinque legibus.ff.de bon. damnatorum, ſcilicet lęſæ maieſtatis, violentiæ, parricidij, veneficij, homicidij, & hæreſis.cap.decreui. de hęreti.lib.6. Iure regio, indiſtinctè in omnibus caſibus quibus bona iure confiſcari poſſunt, confiſ-
„ catur dos.l.78.Tauri: eſt.l.11.tit.10.
„ libro.2.recopil. Villalo.

Quod de iure communi dicit, intellige vt dos fiſco applicetur, ſolū in illis quinq; caſibus procedere: nam etiam propter adulteriū amittit mulier dotem, & applicātur marito.l.conſenſu.C.de repudiis.

67 Mutuum factum ſcholari filiofamilias, poteſt peti à patre iure ciuili.l.ſed Iulianus.§. proinde.ff.ad Macedo.ibi Bart.gloſſ.& Alex.in. l.fin.de negot.geſt.l.6.titul. 1.par. 5. Iure regio nouo non poteſt peti
„ à patre.l.anni.1542.eſt.4.titulo. 7.
„ lib.1.recopil. quàm reſtringit Dueñas in regula.360. quādo pater pręſtabat filio neceſſaria, ſecus ſi non præſtabat. Villalob.

SVMMARIVM.

NATVRALITER natus quis dicatur.nu.1.

Natiuitate poſthumi quando rumpitur teſtamentum ipſo iure.nu.2.

Naturalibus & ſpuriis an ſit relinquenda legitima.nu.3.

Nepos legitimus ex filio illegitimo, quando inſtitui poteſt ab auo.numer.4. & ſequent.

Nepos filij inceſtuoſi non poteſt inſtitui ab auo.nu.6. & ſequen. vbi declaratur. l.9.Tauri.

Nepos quando ſequatur originem aui. num.8.

numero.8.

Nobilis an prodebito mittatur in carcerem.num.9.

An gaudeant priuilegio ne conueniantur, vltra quam facere poſſunt.nu.10.

Priuilegium ne conueniantur, vltra quã facere poſſunt, quid contineat.nu.11.

Nobilis occidens aliquem, an puniatur pœna mortis.num.12.

Nobiles non ſubiiciuntur pœnis ignobilium.nu.13.

Quatuordecim priuilegia nobilium, ex quibus quatuordecim differentiæ elliciuntur inter ius regium, & commune remiſsiuè:not.nu.14.

Nobilis an dicatur qui auum ignobilem habuit.nu.15.

Nobiles an ſoluant tributa realia.numero.16.

Et quid Nauarræ.ibidem.

Nobiles an ſoluant monetas.num.17.

Quid Nauarræ.ibidem.

Nobiles an potiantur paſcuis, & nemoribus, aliiſque prouentibus populorum, in quibus non habitant.nu.18.

Quid Nauarræ.ibidem.

Vezinos foranos de Nauarra, como ſe entienden.nu.19.

Nobiles an habeant plus commoditatis in prouentibus populorum, quàm plebei.num.20.

Nobilis ſi inueniat metalla, aut metallifodinas, an ſuas faciat.nu.21.

Nobiles an ſint exempti à reparatione murorum, & Caſtelli.nu.22.

Nobiles Nauarræ poſſunt vni filiorum pluſquàm alteri dare, & extraneum hæredem inſtituere, ac maioratum ſine licentia regis facere.nu.23.

Clauſulæ ſolitæ, à notario in inſtrumento omiſſæ, an poſsint per ipſum notarium ſuppleri.nu.24.

Quid Nauarræ.ibidem.

Notarius an poterit inſtrumentum abreuiatum extendere.num.25.

Et quid Nauarræ.ibidem.

Quis poteſt creare notarios.num.26.

Clericus an poſsit notarij officium exercere.nu.27.

Nouatio quando præſumatur in obligatione.nu.28.

Nouum opus an quis poſsit facere in loco publico, ſine principis licentia.nu.29.

Concilia locorum quomodo conſentiant alienationi rerum communium.nu.30.

Nouum opus an poſsit nuntiari per ſeruos vel amicos.num.31.

Minor an poſsit nuntiare nouum opus.num.32.

Nuntiatio noui operis an requirat præſentiam perſonarum.nu.33.

Nuntio dicenti citaſſe, an parti neganti potius credatur.num.34.

Venientes ad nundinas à quibus non poſſint conueniri.num.35.

Nullitas ſententiæ intra quod tempus ſit proponenda.num.36.

Et Nauarræ.ibidem.

Nuptias inceſtas contrahens qua pœna puniatur.num.37.

1 NATVRALITER natus dicitur, qui viuus naſcitur, licet vocẽ nõ emittat: dũ tamen integer naſcat̃, ad mõſtrum non declinans, iure ciuili.l.

uili.l.vxoris.cũ ſequẽ. C.de poſth. hæredi.inſtit. Iure regio per.l.13. Tauri præter ſupra dicta debet viuere vigintiquatuor horas, & baptizari: aliàs non dicitur naturaliter natus.eſt. l.2.titu.2.lib.5. recopil. Villalobos.

2 Ex hac lege reſecatur alia doctrina. gl.in.l.1.C. de poſth.hęred. inſti.quæ dicebat, quòd natiuitate poſthu.rumpitur teſtamentum patris ipſo iure, licet ſtatim moriat̃. iure noſtro non rumpitur, niſi prędicta concurrant. Villalo.

3 Naturales filij & ſpurij non rumpunt teſtamentum iure ciuili, licet eis legitima non relinquatur.l. fin.C.de naturalib.l.ſi quis inceſti. C.de inceſt.nup. Iure regio ſi deficientibus legitimis, mater non relinquat eis legitimam, irritum faciunt teſtamentum: quia noſtro iure mater legitimam debet illegitimis.per.l.9.Tauri.eſt.l.7.tit.8.lib. 5.recopil.D.de Caſtello ibi, verſiculo hęrederos legitimos.

4 Nepos ex filio clerici iure cõmuni inſtitui poteſt ab auo.not.Mattheſil.in ſingu. verſicu. fornicatio. vbi concordantes vide. Iure regio per.d.l.9.Tauri. nõ poteſt. Villa.

5 Illa lex non loquitur in nepotibus legitimis, ſed in filiis tantùm ſpuriis: nec lex Regis Ioan. Numãciæ facta, quam.l. Taurina confirmat.caſus ergo hic omiſſus, iuris communis diſpoſitioni relinquitur: de quo latè Didac.de Caſtello in ea.l.9.verſiculo ex teſtamento, & Illuſtriſsimus Dominus Præſes Couarru.in epitom.4.part.2. cap. 8.§.5.num.13.quô recurre. Et quod dicit de iure communi nepotem legitimum ex filio clerici inſtitui poſſe, intellige ex filio ante ſacros ordines ſuſcepto: nam ſi poſt ſacros ordines filium genuerit clericus, ex inceſtu natus dicitur, & eo caſu non poteſt inſtitui nepos: vt diligenter not.Dominus Pręſes vbi ſupra.nu.14.& in ſequenti antinomia dicitur.

6 Nepotem filij inceſtuoſi non poteſt inſtituere auus iure communi, not.Hypol.Marſil.in ſing. 143.Corſet. in ſing. verſiculo hæres. 4. Dueñas in regula.365. Dominus Præſes vbi ſupra.Iure regio poteſt eum inſtituere.allegat.l.9. Tauri. iuncta.l.3. titulo.28. part.7. quia inquit, mater nõ incurrit pœnam mortis ob inceſtum, & filius inceſti ſuccedit matri ex teſtamento, & ab inteſtato. Villal.

7 Hęc antinomia eandem correctionem meretur, quam proxima, nam.l.Tauri, de filijs tantùm loquitur, vt ibi dixi, quod autem Villalob.tradit de inſtitutione nepotis filij inceſtuoſi, verum erit in auo materno, modo inceſtus non ſit neceſſarius, ex quo mater incurreret pœnam mortis, veluti ſi inceſtus eſſet ex adulterio, aut cũ aſcendẽti, vel deſcendẽti, quod delictũ grauius eſt adulterio: vt.not. Boſsi.in tract.de coitu damna.numero. 5. & ius noſtrum non minuit

nuit,immo auget iuris communis pœnas cõtra inceſtuoſos: vt patet in.l.7.titulo.20.lib.8.recopil.nam his,& ſimilibus caſibus non poſſet auus nepotem inſtituere,ſicut nec mater filium, nihilq; immutatum inuenio circa hoc ex iuris communis ſanctionib⁹:nec circa ſucceſsione patris aut aui paterni inceſtuoſi: quod memoriȩ commendabis, nam frequenter accidere poteſt.

8 Nepos iure communi dicitur originis aui.l.aſſumptio.§.1.ff.ad munici.& com. dd.ibi.& magis com. dicit Gre.Lopez in.l.32.tit.2.part. 3.Iure regio, cũ filius per matrimonium ſit emãcipatus, eſt liberatus à patris poteſtate,dicit̃ nepos originis patris ſui,& nõ aui. Villal.

Quod de iure communi tradit, intellige ſi nepos naſcatur viuente auo: nam ſi eo mortuo naſcatur, vel filius eſſet emancipatus,ſequeretur nepos originem patris, & nõ aui:ita not. communiter. dd.in locis ſupra allegatis.& in his caſibus non eſſet antinomia.

9 Nobiles iure ciuili pro debito carcerantur , & non gaudent priuilegio, ne conueniantur vltra quàm facere poſſunt. Iaſon in rubrica de ſucceſso. ædicto. num.1. in fine.Iure regio pro debito non carcerantur, nec fit executio in domo habitationis, nec in armis,nec in equo.l.3.titulo.2.lib.4. ordina. „ eſt.l.3.&.4.titulo.2.lib.6.recopil. Villalobos.

10 Falſo allegat Iaſon in rubric.de ſucceſſ. edict.nihil ibi dicit. id tamen ex eo probatur, quod non inuenimus tale priuilegium conceſſum niſi militibus armatæ militiȩ. l.milites.&.l.item miles. ff. de re. iudi. Dominus Præſes in libro.2. variar. ca.1.num.40.& quod dicit iure noſtro non conueniri nobiles, vltra quàm facere poſſunt, etiam eſt erroneum:nam non habent hoc priuilegium, ſed hoc ſolum quòd non mittatur in carcerẽ, & non fiat executio in rebus ſupra dictis, ex eo vero nõ ſequitur, ne poſſent conueniri, vltra quàm facere poſsint : cùm longè diuerſum ſit , & priuilegium ne vltra quàm facere poſſunt conueniantur, intelligitur deducto ne egeãt, & quatenus facultates debitorum
11 patiuntur, habita ratione ſtatus, temporis & conditionis perſonarum.l.in condemnatione.ff.de regulis iuris.l.inter eos. ff.de re iud. not.Faber.& Angel. in. §. item ſi de dote.inſtitut.de actio.quȩ non attenduntur iure noſtro, vt cuilibet notum eſt, & not.Otalõra in tract.nobilitatis Hiſpaniæ,ca. fin. num.3.

12 Nobilis iure ciuili occidens aliquem, non punitur pœna mortis. l.1.ff. ad.l. Cornel. de.ſicar.&.l.4. Iure regio pœna mortis punitur.l. „ 1.titul.13.lib.8. ordina. eſt.l.2.&.4. „ titu.23.lib.8. recop. Villalob.

13 L.1. de ſicar. loquitur in eo qui vxorem in adulterio deprehẽſam: propria authoritatæ occiderit: nã humi-

humilem exilio perpetuo, nobilē ad tempus relegat. &.l.4. nihil facit, ſicque non eſt verum quod dicit de iure ciuili: & miror quàm ſegniter ius illud intelligit, cùm contrarium ſtatuatur, & ſeruetur. Hoc autem nobilib⁹ indulgetur, quòd non tam ſeuerè, nec ignominioſis pœnis ſubiiciuntur. Ideoque non ſolent ſuſpendi: vt not. gloſ. in.c. cum quidam. de iniur. Dominus Præſes libr. 2. var. reſolut. cap. 9. numer.3.com. dicit.& Iul. Clar. in praxi crim. §. fin. quæſt.60. verſic. prodeſt.

14 Nobilium quatuordecim priuilegia contra, aut præter ius commune, ex iure regio ponit Nun. Auenda. in alphabeto Hiſpano, verbo, Caualleros. quę nō trāſcribam, quia omnibus cōmunis eſt. ſed vt leges regias ab eo allegatas in noua recopilat. inuenire poſsis ad ordinem illius reducam. Leges ☞ primi priuilegij de exēptione cōtributionis tributorum ſunt. l. 10. tit.2.li.6.&.l.14. tit. 14. eodē li. in noua recopi. leges ſecūdi priuilegij ne mittātur in carcerē, nec capiātur arma eorum niſi debitū ſit regis, ſunt.l.3.4.5.&.6.d.titu.2.lib. 6.recop. ſupra allegatæ, lex quarti priuilegij quòd non torqueantur eſt.4.d.ti.2. lex quinti priuilegij ꝙ habeant carcerē ſeparatā ab aliis, eſt. l.11. titul.2.lib.6. leges ſeptimi priuilegij de blaſphemia ſunt. l. 3.&.5.titulo.4.lib.8. recopilat. reliquæ leges non ſunt immutatæ & ſuis locis inuenientur: eadem & alia priuilegia enumerat Otalora, vbi ſupra.

15 Iure communi nobilis dicitur, qui habuit patrem nobilem, licet auum ignobilem habuerit. l. lege Iulia. ꝟ. hoc capite. de ritu nuptia. Ad hoc pro ſingulari allegata per Bart. de Capua ſingul. 72. Iure regio non eſt nobilis, nec gaudet priuilegiis nobilium, ſi auū ignobilē habuerit, & niſi de ſua, patris, & aui nobilitate cōſtiterit. l. 7. &. 8.tit.11.lib.2.recopil.

16 Alias antinomias inter ius regiū, & regni Nauarræ: nam iure regio nobiles non ſoluūt tributa realia, id eſt no pechan, vt ſupradictū eſt, iure regni Nauarræ, ſi acquirunt prædia à plebeis, & tributariis, quos pecheros vocamus, pechan. nobiles pro rata: quia illud onus ſequitur rem, nec perſona liberat bona. ibi. ordi.101.li.2. de las pragmaticas del reyno.

17 Nobiles non ſoluūt monetas iure regio.l.10.tit.11.li.6.recop. Iure regni Nauarræ ſoluūt. del ſeruicio de los quarteles. ordi.63. del otorgamiento. lib.2. pragmaticarum.

18 Nobiles iure communi, & regio, non potiuntur paſcuis, aut nemoribus, cæteriſque prouentibus populorum, in quibus non habitant: nam ea ad municipes & vicinos habitantes pertinent. vt notat. in. l. teſtatrix. ꝟ. 1. ff. ſi ſer. vindice. ꝟ. vniuerſitatis. inſtitut. de rerum. diuiſio. gloſ. in. l. ſicut.

N quod

quod cuiuſque vniuerſit. & in. l. Lucius. C. de incol. Matthæ. de afflict. Deciſ. Neapol.384. Illuſtr. Præſ.Couar.in. c. 87. pract.quæſt. in princ.Nun. Auenda. in tract.de exequend.mand.reg.c.4.num.25. latè Burgos de Paz in.l.3. Tauri.n. 388.&.463.

19 Iure regni Nauarræ ſi nobilis habeat ſolum vicinale in locis regalibus, aut ordinis, ibi vocant caſal, o caſa vicinal. licet nõ habitet, potietur omnibus emolumentis, paſcuis & nemoribus, quibus potiuntur, & gaudent vicini habitantes. eſtos llaman vezinos foraneros, & hoc eſt potiſsimum nobiliũ illius regni priuilegium, & de eius obſeruantia, & intellectu plures oriuntur lites text.eſt in.c.4.titu.1. lib.5.fori.leg. alias erat cap.7.titulo de los fiadores lib. 3. & confirmatur per pragmat. 108. libr. 2. pragmat.

20 Nobiles iure communi non habẽt plus commoditatis in paſcuis, & nemoribus, & laboribus, quàm alij vicini plebei, vt probat diligẽter Alber.in.l.Imperatores.de ſerui.ruſti.præd. Greg. Lopez in.l.9. titulo.28.par.3.verſic.como los ricos.Et Burgos de Paz in.d.l.3.Tauri nu.498.& ſequen.per tex. in.l.1. C.de apoc.publi.lib.10.&.l.de modo.iuncta glo. fin. regund. ff.l. fin. ſ.Lucius. de lega.2.Iure regni Nauarræ ſi nobilis habitat in loco in quo omnes, aut maior pars vicinorum ſunt ignobiles, id eſt labradores pecheros, duplicẽ habet portionẽ in emolumẽtis, aliis prouẽtibus cõibus.per.c.2.tit. 4. de tallazones, y roturas lib.5.fori.

21 Nobiles ſi inueniãt metalla, aut argẽti fodinas in ſuis propriis prędiis, iure regio ad regem pertinẽt, ſolutis expenſis inuentori, vt ſupra probaui. verſi.metalla. Iure regni Nauarræ, ſi nobilis inueniat metalli fodinas, vel theſauros in ſuo ſolo, ſoluto quĩto regi, ad ipſũ pertinent, & non ad regem.c.2.tit. 13.de los hidalgos.lib.1.fori.

22 Nobiles iure regio tenentur cõtribuere in reparatione, ſeu reędificatione murorum, ſeu caſtelli loci, in quo habitant.l.3.tit.5.lib. 6.recopila.quæ omnes ligat, præter eos qui conſuetudine non ſoluendi exempti ſunt.Iure regni Nauarræ nobiles non tenentur contribuere, & ſunt exempti de todos los reparos, y obras de muros y fortalezas. cap.3.tit.13.lib.1.fori.

Iure etiam regni Nauarræ habent nobiles ea priuilegia quę iure regio habere diximus, ne torqueãtur, & pro debito non carcerantur. l. 49. de las cortes de Sanguessa anni.1565.&.42. de las cortes de Tudela. 1565. hoc dempto, quòd in domo habitatiõis fit executio ibi.

Et adde, quòd illud priuilegiũ ne nobiles torqueantur, non eſt peculiare, nec præter ius commune: quia eo iure id conceſſum eſt nobilib⁹ per.l.nullus.ad.l.Iul.mageſt.C.

geſt. C. &. l. à Diuo Marco. C. de
quęſt. dn̄s Pręſes in cap.9.lib.2.va
riarum reſolutio.nu.4.

23 Nobilis iure regio non poteſt
diſponere de bonis ſuis, ſi liberos
habeat, neque maioratum facere
ſine principis licētia: quia omnia
bona præter quintam partem ſunt
legitimæ filiorum: vt ſupra proba-
uimus verſic.legitima filiorum. Iu
re regni Nauarræ nobilis poteſt
diſponere de bonis ſuis, & vni fi-
liorū relinquere, vel extraneo reli
cta filiis legitima quinq; ſolidorū,
& gleba terrę, & poteſt maioratus
conſtituere ſine principis licētia:
vt ibidem dixi.

24 Notarius ſi prætermiſit clauſu-
las ſolitas in inſtrumēto, habentur
ꝓ inſertis, iure ciuili. Soci.in.l.Gal
lus.ſ.idē credendum.ff.de liber.&
poſthu.cōmunem dicit. Iure regio
totus inſtrumenti tenor in pręſen-
tia partiū eſt inſerēdus, nec nota-
rius poteſt quicquam addere, aut
mutare pragm.204.eſt.l.13.tit.25.
lib.4.recopilatio. Idem Nauarræ
per ordin.5.de la viſita del Obiſpo
de Thuy.

25 Notarius ſi conficiat inſtrumē-
tum ſub verbis abreuiatis, ſaltim
quæ cōiter intelligantur, iure cōi
valet, & poteſt inſtrumentū exten
dere.l.quoties.ſ.1.ff.de hæred.in-
ſtit.Bal.in.l.verbum volo.C. de fi-
de com. & alij qui allegantur per
Grego.Lopez in.l.7.tit.19.par.3.
verſicu.ciento por ciento. Iure re-
gio nō valet per.d.l.& notarius te-
netur ad intereſſe parti.

Idē ſeruatur Nauarræ ꝑ.d.ordin.
5.de la viſita del Obiſpo de Thuy.

26 Notariū creare poſſunt dn̄i lo-
corū, qui habent iuriſdictionē, iu-
re cōi.vt not.Greg.Lopez in.l.3.in
fine verſi.juzgadores.tit.19.part.
3. Iure regio ad acta iudicialia tan-
tùm, non extra iudicialia: quia ſoli
regi hoc ſpectat: vt idē notat per
eam.l. Villa.

Nauarræ nullus præter regem
creare poteſt notarios, aut conſi-
lium regium eius nouę ordi.26.de
la viſita de Valdes.

27 Notarij officiū poteſt exercere
cleric⁹ bn̄ficiatus in minorib⁹ ordi
nibus cōſtitutus, iure ciuili.vt not.
Illuſt.Præſ.in.c.19.pract.q.cōclu.
4.qui cōmu.dicit. Iure regio non
poteſt per.l.17.titu.3.lib.1.ordina.
» Eſt.l.3.tit.4.lib.5.recopi. Villa.

Idē ſeruatur Nauarræ, per cap.
5.7.&.8.ti.3.lib.2.fori, prouiſio.10.
lib.1.de las ordenanças.

28 Nouatio obligationis præſumi-
tur, ſi ex coniecturis appareat par-
tes animū nouādi habuiſſe. Carol.
Molin.in additio.ad Alex.cōſil.13.
vol.2.cōmunē dicit. Iure regio niſi
expreſsè dixerint, velle nouare,
non fit nouatio.l.15.tit.14.par.5. &
Auend. in alphabeto Hiſpa.verſi.
delegatio. Villal.

Illa.l.part.& Auend.loquuntur
in caſu delegationis debiti: ſicque
ceſſabit antinomia in aliis caſib⁹,
immo vt Gre.Lopez in ea.l.aduer
tit, in delegato qui nō eſt debitor

diligentis conformis eſt communi opinioni.

29 Nouũ opus nullus poteſt facere in publico, ſine cõſenſu principis, iure cõi. l. quod principis. ff. de aqua pluu. arcen. l. ſeruitutes. ſ. publico. de ſerui. ff. l. 2. ſ. ſi quis à principe ne quid in loco publi. Iure regio ſufficit conſenſus populi, aut concilij vbi ædificatur. l. 3. & 18. ti. 32. par. 3.

Leges per Villa. allegatę nõ negant iure cõi poſſe fieri opus nouum in publico loco, cum conſenſu concilij ciuitatis. Quinimo expreſsè hoc admittunt. l. quod principis, ibi *aut ſenatus iuſſu*, &. l. quominus. de fluminibus. ff. &. ſ. publico. intelligit ibi gloſ. in ſenatu: ſenatus autem vicem populi habebat. ſ. ſenatuſconſultum. inſtitut. de iur. natura. gentium, & ciuili. & in hac ſignificatiõe legum noſtrarum latores tranſtuliſſe credendũ eſt, & ſi hodie non habeant cõcilia populorum tantam poteſtatem, quantã olim ſenatum habuiſſe inuenimus.

30 Hoc tamen de conſenſu concilij, intellige ſanè cum in vtilitatẽ populi fieret. vt not. Greg. Lopez gloſ. 1. nam concilia populorum, aut ciuitatum iure communi non donant, nec iure noſtro poſſunt alienare bona communia (quę proprios vulgo vocantur) ſine principis, aut ſenatus regij licentia, nec aliter conſentire alienationi, & Rex, aut ſenatus non ſolent has licentias concedere ſine populi vtilitate, aut vrgenti neceſsitate. l. 1. titu. 5. de los propios y rentas &. l. 6. 8. 9. 10. & 11. ti. 7. de los terminos publicos &c. lib. 7. recopi. idemq; fit Nauarræ.

31 Nouum opus non poteſt nunciari per ſeruos, aut amicos, vel alios ſine mandato, iure communi. l. 1. ſ. nuntiatio. ff. de noui oper. nũtia. & ibi gloſ. & comm. dd. Iure regio poteſt cum cautione de rato. l. 1. tit. 32. part. 3. vbi Grego. Lopez notat. Villa.

32 Nouũ opus nuntiare nõ poteſt minor decem & ſeptem annis, iure ciuili. l. popularis. ff. de popul. actio. glo. in. l. de pupillo. de nou. oper. nuntia. Iure regio per. l. 3. tit. 32. par. 3. admittit̃ in decimo quarto anno. Villal.

Approbata opiniõe Rapha. Cuma. de qua Iaſ. in. d. l. de pupill. in princi. & intellige in nuntiatione quæ fit de opere publico, vel quæ fit in loco publico. Nam in opere priuato, & ad commodum minoris, poteſt etiam pupillus nuntiare: vt expreſsè dicit text. in. d. l. de pupillo. in princ.

33 Nuntiatio noui operis non requirit pręſentiam alicuius in opere, vt domino præiudicet, & teneatur deſtruere, quod poſt eius ſcientiam ædificatum fuit: allegat Villalo. gloſ. in. l. 1. §. nuntiatio. de noui operis nuntia. & Alexand. ibi, dicentem commu. Iure regio requiritur quod ſit aliqua pſona cui nuntia-

nuntiatio fiat.per.l.1.titu.32.par.3. Villal.

Hæc antinomia non poteſt eſſe vera, quia iure communi nullo modo poterit fieri nuntiatio, niſi aliquis ſit preſens, cui fiat, & ita expreſsè dicit text.in.l. de pupillo.ꝶ. nũtiari.eo titu.glo.hîc allega. nec Alexan. non dicunt quæ Villalob. ſed quòd nũtiatio poteſt fieri abſentibus his, quorum nomine fit opus: tamen ex eo non ſequitur fieri poſſe aliis abſentibus: fabri enim operarij, aut famuli, vt plurimum præſentes eſſe ſolent, & his fit nuntiatio.

34 Nuntio dicẽti citaſſe aliquem, plus creditur, quàm parti neganti. glo.in.c.venerabilibꝰ.ꝶ.1.verſi.in iudiciis.de ſent.exco.in.6.quã cõmunẽ teſtatur Alciat.de preſump. reg.3.preſum.14.& Did.Perez in. l.1.tit.9.lib.3.ordin.Iure regio per. l.1.titu.7.part.3.ſi nuntius ſit regis cum vno teſte creditur, ſi alterius cum duobus, & non aliàs creditur. Villal.

35 Nundinæ ſi alicui cõcedãtur, nõ poteſt impetrãs cõuenire in iudicio veniẽtes ad nundinas.l.1.C.de nũdi.Iure regio nec impetrãs, nec alij ciues vbi nundinæ ſunt cõceſſæ, poſſunt cõuenire venientes ad eas.l.3.tit.7.par.5. Villa.

Si vidiſſet Villa. d.l.1.C.denun. nõ ſolũ impetrãti, verũ & omnibꝰ ciuibus loci in quo nundinæ fiunt, prohibitũ inueniſſet, ne veniẽtes ad eas conueniãt.malè ergo vt ſæpè concipit antinomiam.

36 Nullitas ſentẽtiæ poteſt opponi ab actore per tempus actionis, & à reo in perpetuũ.l.purè.§.fi.de dol. excep.Bal.in.l.data opera.eo.tit. Ant. de Tremol.in addi.ad Bona cur.rubr.de imped.execut.verſic. perpetuo.Sebaſt.Vanci.de nullit. C.quoties, & intra quod tẽpus de nullit. agi.poſſ.n.8.Iure regio intra ſexaginta dies proponẽda eſt. »l.2.tit.15.lib.3.ordin.Eſt.l.2.tit.17. »lib.4.recopil. Villa.

Idem cauetur iure regni Nauarræ, ordin.7.dela viſita del Obiſpo de Thuy, vide Illuſt. Præſ. Couar. in.c.25.pract.q.nu.4.& quæ ſupra dixi verſi.exceptio nullitatis.

37 Nuptias inceſtas cõtrahens iure cõi perdit bona, & applicãtur fiſco.authen.inceſtas nuptias.C.de inceſtis nuptiis.Iure regio, ſi maritus ignorauit impedimẽtũ, ei applicãtur bona dotalia, & cetera cõſtãte matrimonio acqſita.l.50.tit. 14.par.5.Xuar.in.l.1.tit.3.lib.3. fori leg.quæſt.1. Villal. Vide ſupra, verſi.matrimonium.nu.30.

SVMMARIVM.

Obligatio an habeat paratam executionem.nu.1.

Obligatus dare aliquid quod conſiſtit in numero, põdere, aut menſura, ſi nõ dederit, cuius temporis valorem ſoluat.n.2.

Intellectus verus.l.8.titulo.11.part.5. num.3.

Greg. Lopez intellectus improbatur.ibi.

Per obligationem procuratoris an domino acquiratur actio ſine ceſsione.nu.4.
Obligatus ad factum an liberetur præſtã do intereſſe.nu.5.
Obligatus ad dandum fideiuſſorẽ, an liberetur præſtando pignus.nu.6.
Obligatio generalis omnium bonorũ quæ compræhendat.nu.7.
Obligatio naturalis ſola an producat actionem.nu.8.
Obligatio facti alieni an valeat.nu.9.
Occidens in rixa qualiter puniatur.nu.10.
Percutiens gladio animo occidendi an puniatur vt homicida.nu.11.
Percutiens gladio an præſumatur animo occidendi percuſsiſſe.nu.12.
Occidendi animo ambulans cum tello, an puniatur vt homicida.nu.13.
Occidens ſe ipſum qua pœna dignus.n.14.
Occidens ſe ipſum poſt accuſationẽ, quam pœnam incidat.nu.15.

1 OBLIGATIO parata non habet executionẽ iure ciuili.Bartol.&.dd.in.l. poſſeſſio quoq;.§.ſi poſſeſſio.ff.de acquirend. poſſeſſ. Alex. in authent. prætor. §. ſi iudex. C. de re iud.Iure regio per. l.4.&.5.ti
,, tul.8.lib.3.ordin.habet. Eſt.l.1.&.
,, 2.titu.21.lib. 4.recopil. vide ſupra verſi.inſtrumentum. Villa.

2 Obligatus ad aliquid tradendũ de rebus quæ conſiſtũt in põdere, numero,& mẽſura, ſi nõ tradat, tenetur ſoluere preciũ iuxta valorẽ tp̃is, in quo etiã extra iudiciũ interpellat⁹ fuit iure cõi. glo. in.l.vinũ.ff.ſi certũ petatur. & ibi cõmu. dd.ſchol.Iure regio tẽpus litis cõteſtatę tantũ inſpicitur.l.8.titu.11. part.5. Villal.

Fallitur ingenuè, vt ſæpe, nam lex partitę omnino cõformis eſt. l. inter ſtipulantem. ∬. ſi ſtipulante me. ff. de verb. oblig. vt rectè Gre. Lopez notat: nec. §. ſi qs. ſimpliciter refragatur: qui vt glo. & cõmu. dd. aduertunt ibi, non habet locũ in promiſsione ſpeciei copulatiuè facta. vt loquitur. l. partitæ ibi. *Eſto ſeria como ſi vn hõbre a otro dixeſſe, prometes me dar vna mula e vn cauallo,* &c. Si reſpondieſſe que le daria la vna tan ſolamente, en aquello que otorga valdria la promiſsiõ, y no en la otra. verba. §. ſi ſtipulãte ſunt hæc. *Item ſi ego plures res ſtipulor, ſtichum puta, & pamphilum: licet vnũ ſpoponderis teneris, videris enim ad vnam ex duabus ſtipulationibus reſpondiſſe.*

77 Promittẽs ſine die, & cõditione poteſt ſtatim conueniri, iure ciuili. l. eũ qui kalẽdis. de verb. oblig. Bar. in. l. ita ſtipulatus. eo titul. Iure regio eſt aſsignandus terminus arbitrio iudicis. l. 13. titul. 11. part. 5. Villal.

Iure ciuili etiam aſsignandum eſſe tempus arbitrio iudicis, tenet gloſ. &. dd. in. d. l. eum qui kalẽdis. & in. l. in omnibus. ff. de reg. iur. nã non poteſt venire (vt dicunt) cum ſaco paratus: & licet ſtatim debeatur, non ſtatim peti poteſt: donec tantum tempus pertrãſierit, intra

quod ſolui poterit: idque arbitrio iudicis relinquitur.l. interdum. in princip.l. continuus.ʃ. cum ita.ff. de verb.oblig.l.2.ʃ.ſi quis ita ſtipulatus.de eo quod certo loco.ff. cũ ſimilibus.

78 Promittens ſe facturum, vt alter quid faciat, iure ciuili liberatur, ſi fecit quod potuit, licet alter non adimpleat.l.ſi vehenda.ʃ. penul. ad.l. Rod. de iact. Panor. in. c.gema.deſponſal. eſtque comm. opinio vt teſtatur. Illuſtr. Præſes in. c. quamuis. part.2.ʃ.5. de pact. lib.6. iure regio etiã ſi faciat quod potuit, tenetur ad damna, & intereſſe ſi non compleuerit.l.11.titu.11. par.5. Villal.

79 Promittens ſub conditione ſe aliquid præſtaturum certo die, ſi conditio ante diem aduenerit, & pendebat ex facto promittentis, non tenetur reddere ante diem promiſsi, ſi vero conditio pendebat ex facto tertij, tenetur etiam ante diem iure ciuili.l. in illa. iuncta.l. hoc iure. & ibi gloſ. de verb. obligatio. Iure regio indiſtinctè ante diem non tenetur. l. 17. titulo. 11. part. 5. approbata opinione Azon. prout declarat Gregorius Lopez ibi. verſiculo, el dia. Villalo.

80 Promittens plures præſtationes ad tempus, quælibet præſtatio debet fieri in principio anni, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus: ſi autem vna præſtatio ſit facienda, vt ſi promittat quis decem hoc anno, debet fieri in fine anni.Bar. & Alber. in. l. qui in hoc anno. de verbo. obligatio. Faber in. ʃ. qui in hoc anno. inſtitut. ne inutilib. ſtipula. commu. dicit Grego.Lopez in. l. 15.titu.11.par.5.verſiculo, darle cada año.Iure regio per dictam legẽ aliter diſtinguitur, nempe ſi præſtatio eſt facienda ſingulis annis, in fine: ſi per tempus vitæ, in principio cuiuſlibet anni. Villa.

81 Proximus pubertati quis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur iure communi. l. 3. ff. de teſtam. l. mora. de vſur. Salicet. in. l. impunitus. ff. de teſtib. Iure regio per. l. 9. titulo. 1. part. 7. taxatur tempus decem & dimidij annorũ, niſi appareat non eſſe doli capacem, quia hoc caſu etiam relinquitur arbitrio iudicis.l.9.titul.29. part.7. Villal.

82 Si plures abſque propoſito occidendi, aliquem occiderunt, & homicida ignoretur, nullus punitur. gloſ.in.l.mella.ʃ.ſi plures. ad. l.acquil. Bartol.in.l.fin.de ſicar.ff. Iure regio omnes tenentur. l. 57. ſtili. Adde nõ ſine diſtinctione vtroque iure, de iure commu. diſtingue, vt Iulius Clarus in praxi ſua crimi.§.homicidium.verſicul.alia eſt etiam. de iure regio lex ipſa ſtili diſtinguit.

SVM-

SVMMARIVM.

Ratificatio an in prǫiudiciũ tertij fiat. num.1.
Reductio ad arbitrium boni viri intra quod tempus peti poßit. nu.2.
Recuſatio iudicis an ſit iuranda. nu.3.
Recuſato iudice ordinario, quis adiungẽdus erit ei. nu.4.
Cauſa recuſationis an neceſſario ſit exprimenda. nu.5.
Et quid Nauarræ. ibidem.
Recuſanti iudicem ſi cauſa nõ ſit ſufficiẽs, aut ſufficiẽter probata, an puniatur. n.6.
Et quid Nauarræ. ibidem.
Remediũ. l.2. de reſcind. vẽd. C. an detur experto in rebus ſui officij. nu.7.
In contractibus an ſit locus remißioni. num.8.
Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ facta in eadem ſcriptura, an valeat. num.9.
Datum iudici vt rectè iudicet, an repeti poßit. nu.10.
Replicatio quotuplex fieri poßit. nu.11.
Reſcripta principis contra ius, quãdo valeant, & ſint exequenda. nu.12.
Res inuentæ ſi non appareat dominus cui pertineant. nu.13.
Et quid Nauarræ. ibidem.
Si res legata cõmodè diuidi nõ poßit, quis cogatur ſoluere æſtimationem. nu.14.
Litigantes an ſimul probare teneãtur intẽtionem. nu.15.
Reo contumace, an procedatur ad teſtiũ receptionem. nu.16.
Et quid Nauarræ. ibidem.
Reus conuentus quando teneatur ſatiſdare. nu.17.
L.2. titu. de las ferias lib.2. fori. leg. hodie correcta per. l.13. ti.16. lib.5. recop. n.18.
Reus quando cogat actorem, vt eum conueniat. nu.19.
Reus cũ re ſubtracta inuẽtus, quãdo cõueniatur in loco, in quo inuẽtus fuit. n.20.
Reus qui poßidet immobilia, quãdo cogatur nihilominus ſatiſdare. nu.21.
Qui ſuſpectus dicatur iure communi, & regio. nu.22.
Debitor ex confeßione ſua intra quod tẽpus ſoluere condemnandus. nu.23.
Reus qui propter veniam à iudice promiſſam confeſſus fuit delictum, an poßit dãnari. nu.24.
Reus qui mãdato iudicis non exibet rẽ, ſi interim pereat, & erat penes actorẽ peritura, an teneatur. nu.25.
Reus qui iuſtam cauſam litigandi nõ habuit, ſi res pereat, omni caſu tenetur iure noſtro. nu.26.
Duo rei debẽdi inſolidum obligati, an habeãt diuiſionis beneficium. nu.27.
Beneficium diuiſionis an concedatur, cum plures factum promiſerunt. nu.28.
Intellectus. l.10. tit.12. part.5. diligẽter proponitur. nu.29.

1 RATIFICATIO iure ciuili nõ poteſt fieri in prǫiudicium tertij. Dec. cõſ.247. num.5. Curci. Iunior cõſ.76. n.6. Iure regio ſi res aliena ematur, põt dñs ratificare emptionẽ, etiam ea perempta: cum damno emptoris. l. 54. titulo. 5. part. 5. Villa.

In ea. l. 54. non fit ratificatio in dam-

damnũ tertij: q̃a emptor tenetur ad ſolutionẽ pretij, ex natura contractus, licet dñs non ratificaret emptionẽ, & illud damnum quod re perempta teneatur emptor ad ſolutionem pretij, non emergit ex ratificatione: & ſic non eſt antinomia: idemque cauetur iure cõi eo caſu in. §. cum autem. de emptio. & vendit. inſtit. l. fi. ff. de neg. geſt. l. mater. & ibi gloſ. C. de rei vendi. cum ſimil.

2 Reductio ad arbitriũ boni viri poteſt peti intra triginta annos. Iure ciuili. not. dd. in. c. à iudicibus. 2. q. 6. Balb. in tractat. præſcriptio. 4. part. 4. partis. q. 33. Iure regio intra decem dies debet peti. l. 35. tit. 4. part. 3. quam intelligit Auenda. in Alpha. Hiſpa. verſi. Albedriadores. in arbitris, non tamen in arbitratoribus. Villalo.

Sed malè, nã. l. 23. d. ti. & part. de arbitris, & arbitratoribus loq̃tur expreſsè: & in fine concludit poſt decẽ dies non appellari ab eorum ſentẽtia: & praxi ita receptum eſt.

3 Recuſatio iudicis iuramento faciẽda eſt, iure cõi: licet à parte contraria, non petatur. gloſ. in. l. apertiſsimi. C. de iud. Iure regio partitarum ſi à parte nõ petatur, non tenetur iurare. l. 22. tit. 4. parti. 3. ſed iure nouo per. d. l. 1. tit. 5. li. 3. ordi. „ Eſt. l. 1. tit. 16. lib. 4. recopila. Iurare tenetur, licet nõ petatur, ſicq; non eſt antinomia. Villal.

An poſt litem conteſtatam poſſit iudex recuſari: vide infra. in epil. ll. correct. 3. par.

4 Recuſato iudice ordinario, iure ciuili epiſcopus adiungebatur ei, authen. ſi vero contigit. C. de iudi. Iure regio per. l. 1. titu. 16. lib. 4. recopi. in cauſis ciuilibus datur vnꝰ, in criminalibus duo homines populi, aut decuriones, qui cũ iudice recuſato iudicent.

An ſit differentia inter ordinarium & delegatũ, vide infra in epilogo. ll. correctarum. 3. par.

5 In recuſatione iudicis non eſt exprimenda cauſa recuſationis, & ſufficit iurare iudicem eſſe ſuſpectũ, iure cõmuni: gloſ. in. l. apertiſſimi. C. de iud. quã cõmu. dicit Panor. in. §. ſi quis cõtra. de foro compe. nu. 12. Iure regio ſi recuſetur iudex cãcellarię, ſeu auditor regius, vel cõſiliarius. Alcaldes de corte, de chancilleria, oydores, o Alcaldes de hijos dalgo. cauſa eſt exprimenda, & probanda. l. 1. & . 2. tit. 10. lib. 2. recopila.

Idẽ in regno Nauarrę. ordi. 11. de la viſita de Valdes y ordi. 22. de la viſita del ſeñor licenciado Pedro Gaſco.

6 Recuſanti iudicẽ, nulla ponitur pœna, quãuis cauſa recuſatiõis nõ ſit iuſta, nec probata, iure cõi. Iure regio ſic, per. l. 2. & . 3. & . 17. d, titul. 10. lib. 2. recopil.

Idemq; cauetur iure regni Nauarræ, in ordi. 11. de la viſita de Val des & . 3. del doctor Caſtillo.

7 Remediũ. l. 2. C. de reſcin. vẽd. iure cõi, datur etiã experto, ac perito of-

to officiali, in rebus ſui officij: & hoc veriꝰ eſſe ꝓbat Pinel. in repet. d.l.2.par.2.cap.2.nu.19. Iure regio non datur l.3.tit.11.lib.5.recopil.

8 Remiſsio non habet locum in cõtractibus, iure cõmuni. text. vbi commu.dd.in.c.Romana. §. contrahentes. de for. cõpe. & in l. hæres abſens.ff. de iudi. & l. ſi cõuenerit. de iuriſdict. omni. iud. Iure regio habet locum remiſsio, ſicut in delictis: quia ſi debitor nõ ſoluat, creditor habet ius in pſona illius. l.1.ti.16. de la remiſsiõ de los delinquẽtes, y deudores. li.8. recopi. de cuius intellectu. vide Nun. Auẽd. in repe.l.4.&.5. de las exceptiões. nu. 10. vbi ex prædicta ratiõe probat, ꝙ in caſibus quibꝰ creditor nõ habet ius in perſona debitoris, nõ eſt locus remiſsioni iure regio: & ius cõe remanet incorrectum.

9 Renũtiatio exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, vt præiudicare poſsit, fieri debẽt in alia ſcriptura, iure cõi. dd. in. l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu. Alex. cõſ.35. vol.1. Iure regio in eadem carta valet, & præiudicat. l.9.tit.1.par.5. Villal.

Quòd iure communi valeat renuntiatio hæc, in eadẽ carta facta, eſt cõmunis opin. vt refert Illuſtr. Præſ. D. Couar. in. c.4.nu.3.lib.2. variar. reſolut. quare dici poſſet, non eſſe antinomiam, ſed prima communior eſt.

10 Repeti nõ poteſt quod datur iudici, vt recte pronũciet: quia videtur illũ corrũpere, iure ciuili. gloſ. in l.2.§. ſed & ſi dedit.ff. de condi. ob turp. cauſam. eſtq; cõis opinio legiſtarum, vt refert Greg. Lopez in.l.fi.tit.22.par.3. verſic. no le juzgaſſe tuerto. Iure regio per. d.l. in fi. repetitur. Villalo.

Licet cõis ſit illa legiſtarum opinio: tamen eruditiſſ. Præſ. D. Couar. in regula peccatum. par.2.§.3. ex Theologis contrarium, nempe quòd teneatur reſtituere verius eſſe probat: & hæc ſeruatur etiam in foro exteriori, & iudiciali.

11 Replicatio etiã quadruplex poteſt fieri, iure ciuili. Villalo. nihil allegat ſed eſt text. in.l.2.§.1.ff. de exceptio. Iure regio ſolùm duplicatur. l.11.tit.19. lib.2. ordina. Eſt.l. 2. titul.5. lib.4. & l.9. titulo.6. eod. lib. in noua recopilatio. Iidẽ Nauarræ ordi.4. de la viſita del Obiſpo de Thuy.

12 Reſcripta principum licet regulariter non valeant contra ius, tamẽ ſi princeps dicat quod valeãt, non obſtante tali lege aut iure, vel ſi ſecunda iuſsio intercedat, valẽt, & debent adimpleri. Iure commu ni gloſ. in l. fin. verſicu. generali. ſi cõtra ius vel vtilita. publi. C. & ibi. dd. Iure regio licet habeãt derogationem generalem, vel ſpecialẽ legum, & licet ſecunda & tertia iuſſio intercedat, non valent talia reſcripta, & iudices non debent ea adimplere. l.1.2.&.3.&.l.10. tit.14. lib.4. recopil. & d.l.10. non poteſt derogari.

13 Res inuẽtæ reſtituẽdæ ſunt dño, & ſi

& ſi dominus nõ appareat, pauperibus. iure cõi. c. ſi quid inueniſti. 14.q.5.&.c. non ſanè. authent. oẽs peregrini.comm.de ſucceſsio. C. Iure regio ſi dominus intra annũ non appareat, res, quas vulgo moſtrencas appellamus, poſt annum ſunt Regis, & debent per inuentores deponi pœnes iudices, vel officiales regios.l.6.&.7.tit.13.libr.6. recopilatio.de quarum iuſtitia, & intellectu, & quãdo tutus eſſe poſſit in foro conſcientiæ, qui eas retinent, docet diligẽtiſsimus. D. Couar. in regula peccatum. part. 2.§. 11.numero. fina. de regul. iur.in.6. quem vide omnino, nam piiſsimè more ſuo loquitur, & paucos tutè res inuentas ſibi vendicare intelliges, multiſque anſam præſtare retinẽdi aliena per dictas leges, affirmat.

Idẽ quod iure regio, ſeruatur iure regni Nauarræ, per pragm. 8.li. 1. ordin. illius regni in quaternio. prag.regal.

14 Res legata ſi cõmodè diuidi nõ poterat, hæres cogebatur ſoluere æſtimationem, iure cõi.l.non amplius.§.cum bonorũ.ff.de leg.1.Iure regio non cogitur, ſed arbitrio illius relinquitur, vel ſoluere, vel quod ipſi hæredi ſoluatur æſtimatio.l.20.Tauri.eſt.l.4.tit.6.lib.5.re„ copi.ibi, pueden dar, &c.& Tellus Fernan.nu.2.vide ſupra.

15 Reus, poſtquã actor ꝓbauit intẽtionẽ ſuã, debet probare exceptiones, iure cõi.l.except.& authẽ. ibi poſita.C. de probat. Iure regio ſimul & eodẽ tẽpore probãt actor, „ & reus.l.1.tit.11.lib.3.ordin.Eſt.l.1. „ tit.6.lib.4.recopil. Villal.

Idem ſeruatur Nauarræ ordi.31. del Rey don Carlos.

16 Reo contumace nõ proceditur ad teſtiũ receptionẽ, niſi cõteſtata fuerit lis.l.cõſentaneũ.C. quomodo, & qñ iudex.glo. in.c. prout.de dolo & cõtumacia.Iure regio ꝓcedi„ tur.l.1.tit.9.lib.3.ordi.Eſt.l.1.tit. „ 4.lib.5.recopil. Villal.

Idẽ fit iure regni Nauarræ, ordi. 53.del Rey dõ Carlos, & .3.de la viſita del Obiſpo de Thuy.

17 Reus cõtra quẽ actio intẽtatur, ſi non habeat bona, tenet̃ ſatisdare, ſaltim iuratoria cautione prſtita. authẽ.generaliter.§.ſed hodie.C. de epiſ.& cler. gloſ. cõiter approbata in.l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.Iure regio per.l.2.tit.de las ferias. li. 2.for. legum. Si non habeat bona, & nõ ſatiſdederit, mittitur in carcerem, & vſu receptam teſtatur Rode.Xuarez in repetit.d.l.rationemque addidit Villa.quia iure regio non liberatur debitor cedẽdo bonis, & mittitur in poteſtatẽ creditoris, vt ei ſeruiat.

18 Sed quidquid ambo dixerint, illa lex hodie correcta eſt per.l.13. tit. 16.lib.5.recopi. per quã nullus cogitur ſatiſdare, donec actor, aut creditor, debiti fidẽ faciat, ſaltim præuia, aut ſummaria informatione, & cauſæ cognitione.

19 Reus volens ſe abſentare à domicilio,

micilio, ſi timet per actorē impediri, poteſt petere vt intra certum tempus cōtra ipſum actor agat, & proponat actionem, & niſi proponat, abſoluatur. Iure comm. iudex que poterit eum abſoluere, vt notat Salice. in.l.vni. vt nemo inuitus, &c. C. Iure regio ſi requiſitus actor non proponat, differtur petitio vſque ad aduentum rei per.l. 47.tit.2.par.3. Villal.

Salicet. non ex hoc ſolo remedio abſoluendum dixit, ſed cū ſimul ageret remedio.l. diffamari. C. de ingen.& manu. &.l. vni. vt nemo inuitus agere, &c. non eſt ergo vera antinomia.

20 Reus ſi inueniatᷓ cū re ſubtracta, ſitq; māſura in loco vbi inuenitur, poteſt ibi cōueniri, ſi nō ſit māſura remittitur ad ſuū iudicem, iure com. Boer. deciſ.218.nu.3.&.4.

Iure regio ſi reus ſit bonæ famę licet res non ſit eo loco māſura, mittitur ad ſuū iudicē, cum cautione de iudicio ſiſtēdo, & iudicato ſoluendo, ſi vero reus ſit malę famæ, retinetur cum ipſa re. l. 32. titul. 2. par.3. Villa.

21 Ex ea lege collige aliā antinomiā. quòd iure cōmuni ſi reus poſſideat immobilia in loco ſui domicilij, non cogitur ſatiſdare, nec fit ſecreſtatio rei petitę. Specul. in titul. de ſatiſd. ꝟ. dicto. in prin. Abb. in.c. fin. de fori. compe. col. 18. Iure regio per illam legem ſatiſdare cogitur, nihilominus, item quòd iure communi ſuſpectus dicitur,

22 ſi non poſsidet immobilia. l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogantur. Iure noſtro, ſi aliàs ſit bonæ famæ, licet immobilia non poſsideat, non dicitur ſuſpectus, & ſi non ſit bonę famæ, licet immobilia poſsideat ſuſpectus dicitur, ideoque ſatiſdare cogitur: per eam legē, vt rectè aduertit ibi Greg. Lopez verſi. fuere home ſin ſoſpecha.

23 Reus ſi ex confeſsione ſua cōuincitur, nō dato libello debiti, cōdēnari debet, vt intra decē dies ſoluat: ſi libellus fuerit ꝓpoſitus intra quatuor mēſes, qui dantur iudicatis, iure communi. per. l.1. &.2. C. de vſur. rei iudi. Alber. Paul. & Angel. in.l. debitoribus. ff. de re iudi. Iure regio nulla conſtituitur differētia in hoc, & vtroque caſu iudex condemnat, vt intra decem dies ſoluat. per.l.7. titulo.3. part.3. quinimo ex ſola confeſsione datur executio. Villalob. nihil allegat, tu vide tex. in.l.5. tit.21. li.4. recop.

Doctores in allegatis locis nō dicūt dari.10. dies ꝺ iure ciuili, ſed de cōſuetudine, & Paul. Caſtr. in.d.l. debitoribꝰ. ait, ex qualitate perſonarum, & debiti, remitti hoc arbitrio iudicis: & hæc eſt verior opinio, eāq; ſequūtur Alcia. & Rip. & alij allegati per Menoc. li.2. quęſt. arbi. iud. cēturia.1. caſu.27. &.l. regia hîc allegata idē dicit, ibi. *o otro plazo mayor, ſegun entēdiere q̄ es guiſado en q̄ lo pueda cūplir.* & ita in praxi receptū vidi. quare non erit antinomia, vide ſupra verſi. cōdemnatis.

Reum

24 Reum qui ob veniam eiā iudice promiſſam, confeſſus eſt delictum, poſſe ex ea confeſsione condemnari tenet Archidia.in ca. vti lē.22.q.2.Domi.in ca.nos in quenquam.2.q.1.Fel.in.c.afferte.col.2. de prǣſump.com.dicit Hiero.Cuchalon in addi.ad Deci.in.l.ea eſt natura cauila.ff.de reg. iur. Sed cōtrariam quòd nō debeat condēnari, etiā eſſe cōmunē affirmat Hiero.Cagnol.in.d.l.ea eſt natura cauilationis.n.19.& veriorem in pūcto iuris eruditiſsimus Dn̄s Ioannes Redin in tract. de mageſtat. principis,verſic.Sed etiā per legitimos tramites.n.6. Sed quicquid ſit de iure cōmuni,iure regio hanc poſteriorē fuiſſe approbatā per.l. 3.titul.30.par.7.verſicul. *Tu fulano.* & quòd non debeat immunitas à iudice promitti, & ſi promittatur non debeat condemnari, diſertè defenſat,& probat idē Dn̄s Redin vbi ſupra,quem omnino vide.

25 Re⁹ licet bona fide poſsideat,habeatq; iuſtam cauſam litigandi, ſi mādato iudicis rem non exibeat, interimque pereat, ſi tamen non erat penes actorem peritura, tenetur iure ciuili.l.de eo.§.ſi poſt iudicium.ff. ad exiben. Iure regio ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit, licet res non eſſet peritura penes actorem,non tenetur:per.l.20.tit. 2.par.3. Villa.

26 Ex præcedenti ellice aliā antinomiam, quòd iure cōmuni licet reus nō habuerit iuſtā cauſam litigandi, inſpicitur, ſi res erat penes actorem, eodem modo peritura: & tunc non tenetur. vt not. dd. in allega.§. ſi poſt iudicium. Iure regio ſicut ſine diſtinctione non tenetur, ſi iuſtam cauſam litigandi habuit,ita omni caſu tenebitur, ſi iuſtam cauſam non habuit, per. d. l. vt ſubtiliter aduertit ibi Grego. Lopez verſic.perdio la tenencia.

27 Rei duo debendi, ſi inſolidum obligentur, non habēt beneficiū diuiſionis,iure communi.Bart.in. l.2.de duobus reis.ff.Salicet. in authen.hoc ita.C.de duob.reis.Iure regio per.l.10.titul.12.par.5.ſi ambo ſint præſentes in eodem loco, non poteſt vnus conueniri pro toto:approbata gloſ.in.l. reos.§. cū in tabulis.de duobus reis.ff. Vill.

☞ Illa lex partitæ ortum habuit, & conformis eſt authent. hoc ita.
28 & text.in authent. de duobus reis. cola.8. ex quo fuit tranſlata:& ita Gregor. Lopez affirmat ſicque ineptè cōcipit antino.Verius poſſet aliam proponere,quòd iure cōmuni beneficium illius authen.nō datur,cum per plures reos promittitur factum.Bar.in.l.2.verſic.tertio quæro.ff.de duobus reis: & nō habere diſcordantē affirmat Gregor. Lopex in. d.l.10.verſi.o de facer,ſed iure regio per eandem legē conceditur illis diuiſionis beneficiū,approbata glo.in.l.reos.§. cū in tabulis verſi.videbatur. ff.de duob⁹ reis.ibi,*de dar,o de facer*. Grego.Lopez tn̄ cogitandū relinquit,

& non

& non immerito: nā cū facta regulariter ſint indiuidua, non poterit illud beneficium concedi, quin obligatio diuiſione corrūpatur, argumento. l. ſtipulationes non diui
29 duntur. ff. de verb. oblig. & hac fortaſis ratione vel ſaltim nō ſine cauſa, lex parti. cū loquitur de diuiſione dandi, & non faciēdi, exemplū propoſuit, ibi. *Ante dezimos que deue ſer apremiado cada vno ꝗ dar ſu parte*, no dize como arriba. *De dar y de fazer*, quare non leuiter dici poteris noſtram legem ad facta diuiſibilia reſtringēdam, neque erit diuinatio, aut imaginaria reſtrictio. vt Greg. Lopez voluit: quandoquidem. l. ſe ipſam declarat, & reſtringit, quæ poſtea in toto eius contextu de obligatione dandi, & diuidua loquitur: & ad vitandum abſurdum licet reſtringere. l. generalem. l. 2. C. de noxali: l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & hono. Bar. in. l. omnes populi. 6. q. principali. ff. de iuſtitia, & iure. Panormit. in. ca. ſolitę col. 11. de maiori. & obedientia. Euerar. latè in loco, abſurdo vitādo. abſurdum autem eſſet, factum natura indiuiduum, & indiuiſè promiſſum, diuiduum facere. glo. in. l. 4. §. Cato. de verb. obligat. & ibi ſcribentes: cogita nihilominus.

SVMMARIVM.

SALARIVM integrum an debeatur hæredibus iudicis defuncti, ante finitum tempus. num. 1.

Intellectus. l. 9. tit. 8. par. 5. nu. 2.

Satiſdare de iudicio ſiſtendo, quando reus teneatur. nu. 3.

Ordinis iudiciarij omiſſio, an viciet ſententiam. nu. 4.

Intellectus. l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. nu. 5.

Sententia interlocutoria, quando tranſeat in rem iudicatam, quoad iudicem. n. 6.

Sententia in qua iudex tranſgreſſus fuit quantitatem ei taxatam, an in totum ſit nulla. nu. 7.

Intellectus. l. 4. tit. 26. part. 3. nu. 8.

Sententia arbitrorum an executionem paratam habeat. nu. 9.

Quid Nauarræ. ibidem.

Sententia lata per falſos teſtes, aut inſtrumenta, quando, & quomodo retractabitur. nu. 10.

Sentētia an per alium quàm per iudicem, qui eam protulit poßit exequi, & qua forma. nu. 11.

Sententia erronea licet trāſierit in rem iudicatam, an ſit exequenda. n. 12.

Sepultura an pro debito negari poßit defuncto. nu. 13.

Quid Nauarræ. ibidem.

Sportulæ iudicū quæ ſint, & an capi poſſint. nu. 14.

Si ſeruus proclamat in libertatem, cui incūbit onus probādi dño, an ſeruo. n. 15.

Si ſeruꝰ inſtituatꝰ hæres, an fiat liber. n. 16.

Signare in facie an liceat. nu. 17.

Sigillum an ſit neceſſarium in priuilegio. nu. 18.

Socius litis quando admittatur pro conſorte. num. 19.

Sodomię crimē quam pœnā meretur. n. 20.

Et an in eo puniatur affectus, licet non ſequatur effectus. nu. 21.

P *Soluens*

Soluens vnam rem pro alia, an meliorem preſtare teneatur. num. 22.
Soluens partem plurimorum debitorum, quod ſoluiſſe præſumatur. num. 23.
Intellectus. l. 10. titu. 4. par. 5. num. 24.
Soluens poſt ſententiam, errore facti an repetat. num. 25.
Populi carentes iuriſdictione, an poßint ſtatuta facere cum ſuperioris authoritate. num. 26.
Præſides & maiores magiſtratus an faciant ſtatuta ſine principis authoritate. num. 27.
Sterilitas quando liberet à ſolutione penſionis. num. 28.
Stipulationis ſolennitates ſublatæ, iure noſtro. num. 29.
Alteri per alterum an ſtipulare liceat. num. 30.
Per ſtipulationem notarij an abſenti actio irreuocabilis acquiratur iure communi, controuerſum. nu. 31.
Iure noſtro non acquiri actionem irreuocabiliter ex opin. D. Ludo. de Molin. & ſequatium. num. 32.
Quòd etiam iure noſtro actio irreuocabilis acquiratur, defenditur contra D. Molin. num. 33. & ſequenti.
Notarij qua ratione ſerui publici dicantur. num. 34.
Sicut per ſeruuos proprios irreuocabiliter nobis ignorantibus, & abſentibus, acquiritur: ita & per ſeruos publicos cuilibet. num. 35.
Intellectus. l. 7. titul. 11. part. 5. diligentius quàm hucuſque ab aliis animaduertitur. num. 36.
Cum ratio legis generalis eſt, licet in caſu ſpeciali loquatur, generaliter eſt intelligenda. nu. 37.
Surdus & mutus an ſtipulari poßint. num. 38.
Stipulatio ſine cauſa an valeat. nu. 39.
Si incontinenti non reſpondeatur ſtipulationi, an vitietur. num. 40.
Et quid ſi ſtipulatio fiat inter abſentes. num. 41.
Stuprum qua pœna puniatur iure, & conſuetudine. num. 42.
Caſus, in quibus ſtuprum pœna mortis plectitur iure noſtro. nu. 43.
Stuprantem filiam, vel ſororem, in actu occidens, non punitur. num. 44.
Subſcriptio partis an ſit neceſſaria in inſtrumento. nu. 45.
Et quid Nauarræ. ibidem.
Subſcriptio notariorum an ſit de iure, vel de conſuetudine. num. 46.
Subſtitutio facta à milite per verba directa, an omni tempore valeat iure directo. num. 47.
Subſtitutio pupillaris an poſthumi natiuitate expiret. num. 48.
Si pater ſubſtituat pupillariter filio, an teneatur ſibi teſtamentum facere. nu. 49.
Suorum appellatione, an tranſuerſales cõprehendantur. num. 50.
Supplicatio ſecunda quando admittatur. num. 51.
An hæc ſupplicatio ſecunda iuſtè per principem negari poßit. nu. 52.

1 SALARIVM debetur hæredibus iudicis, ſeu poteſtatis, ſi moriatur ante finitũ tempus, ſiue iudex regius ſit, ſiue alterius. gloſſ.in.l. diem functo.ff.de offi.aſſeſſor. Iure regio hoc locum habet in iudice, poteſtate, ſeu officiali regio.l. 9.titu.8.par.5. Villalo.

2 Non credo quòd illa lex partitę voluerit conſtituere diſcrimen inter iudices regios, & alios: nam dum loquitur de ſalariis magiſtrorum, idem decidit in magiſtris, qui ſalarium recipiunt à communi, vel populo, quod in his qui recipiũt à rege ibi. *Del Rey, o de comun de alguna ciudad, &c.* Nec congruens aſsignabitur ratio, cur diuerſum in magiſtris aliarum ſcientiarum, quàm in magiſtris iuſtitiæ ſtatuendũ ſit: quare illud verbũ. *De la corte d̃l Rey.* in princip.illi⁹ legis, gratia exẽpli, & maioris frequentiæ appoſitum puto: ſicq; vitabis antinomiã, licet Greg.Lopez aliter ſentire videat̃.

Salarium aduocati quo tempore ſit ſoluendum, vide ſupra verſiculo, aduocatus.

3 Satiſdare tenetur de iudicio ſiſtendo quilibet reus, qui non poſſidet immobilia in loco vbi conuenitur .l.properandum.§.ſin autem reus.C.de iudi.l.41.titul.2.part.3. Bar.&.dd.in.l.ſciendum.qui ſatiſda.cogan. Maran.in ſpecul.par.6. 8.mẽbro iudicij, de ſatiſdatio.in principio.Iure regio nouo non tenetur antequàm de debito cõſtiterit, ſaltim ſummariè.l.3.ti.16.li.5.recop.vide ſupra.l.reus.nu.21.

4 Senténtia vt valeat ordo iudicij ſeruari debet in proceſſu, aliàs nulla erit.l.prolatam.& ibi gloſſ. & doctores de ſent. & interlocut. omn. iud.Iure regio licet non ſeruetur non corruit ſententia.l.14.titul.9.part.7.&.l.11.tit.1.lib.3.ordina. eſt.l.10.titul.17.lib.4.recopila. Villalo.

5 Falſò allegat legem partitæ imo iure partitarum ſentẽtia non valeret.l.12.titu.22.par.3.&.l.fin.ti. 4.lib.3.ordin.nullum faciebat proceſſum, ſi ordo ommitteretur: ſed non fuit recepta in noua legum cõpillatione, & intelligenda erat, ſi ordo à parte peteretur, iuxta.d.l. 11.ex cõmuni noſtrorũ interpretũ ſentẽtia, vt poſt oẽs refert Lud.Mexia in rep.l.Toleti.5.ſub.tit.3.li.7. ordin.9. fundamento primę part. n.8.& ita reſtringe hodie antinomiam.ſ. quòd omiſsio ordinis nõ vitiat proceſſum, ſi à partib⁹ nõ petatur.aliàs ſic.d.l.10.tit.17.lib.4.recopil.ibi. *Pero ſi el demandador, &c.*

6 Sententia interlocutoria quoad partes trãſiit in rẽ iudicatã, quoad iudicẽ nõ, iure cõmuni. Præpoſit, in ſũma.2.q.1.Iaſ.in.l.q̃d iuſsit.n.31. de re iudi.ff.cõmunẽ dicit.Iure regio intra triduũ poteſt iudex reuocare, ſi ab eo non fuerit appellatũ, vel quouſq; appellatio ad iudicẽ, ad quẽ perueniat, cũ appellatũ extitit.l.3.ti.2.lib.2.for.leg. Villalo.

Intellige de interlocutoria ſimplici, non de ea quæ habet vim diffinitiuę, quę etiam quoad iudicem tranſiit in rem iudicatam, iure cõmuni: vt not. Iaſ. in allegata. l. quod iuſsit. nu. 10. & in ſimplici interlocutoria limitatur, vt per eundem Iaſ. & Montal. in. d. l. fori.

7 Sententia, in pluſquam iudici licebat cognoſcere, quia limitatam habebat iuriſdictionem, non valet in totum. Iure ciuili. dd. communiter in. l. certa ratione. C. quando probo. non eſt neceſſe. Iure regio valet ſententia in ea quantitate quę eſt cõformis iuri, id eſt in eo quod potuit cognoſcere per. l. 4. titul. 26. part. 3. Villalo.

8 Non loquitur. l. regia de exceſſu limitatæ iuriſdictionis: ſed de exceſſu pœnæ appoſitæ à lege delinquenti condemnato per iudicem, ibi. *En mayor quantia que la ley le manda pechar, &c.* non eſt ergo antinomia per illam legem. Sed dices quod per. l. certa ratione. quando probo. non eſt neceſſ. C. in totum eſt nulla ſententia, in qua iudex exceſsit mulctam à lege limittatam: per legem noſtram in exceſſu tantùm in pœna autẽ licet exceſſerit, valet ſentẽtia iure cõmuni. l. quid ergo. ſſ. pœna. ff. de his. qui not. infamia. gl. in. d. l. certa ratione, & ſic antinomia remanet in mulcta tantũ: & ſi vellis eã fugere, dic, quòd lex noſtra loquitur in pœna: & conformis. d. l.

9 Sententia arbitrorum non habet executionem paratam, iure ciuili. l. 1. & l. cũ ante. C. de arbit. Bar. in. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. de his qui not. in fam. l. 35. & 23. tit. 4. par. 3. Iure regio nouo habet executionem paratam. prag. 24. in or-
„ din. de Madrid. eſt. l. 4. tit. 21. lib. 4.
„ recopil. Villalob.

Idẽ cauetur iure regni Nauarræ, in prag. 47. lib. 2. prag. illius regni.

10 Sentẽtia lata ex falſis teſtib⁹, aut inſtrumẽtis, reſcindit̃ petita reſtitutione intra quadrieniũ: & non aliàs, iure com. l. diu⁹. & ibi interpretes. ff. de re iudi. Iure regio intra viginti annos poteſt peti. l. 13. tit. 22. part. 5. Villalob.

Quòd volunt. dd. reſtitutionẽ petendam intra quadrieniũ, vt exceptio falſi poſsit opponi intra viginti annos, de qua Alex. in. d. l. diuus. n. 18. per. l. quę agnatis. d̃ exceptio. ff. redditur dubium, quę ſimpliciter loquitur, veriorq; videtur opinio gloſſ. in. d. l. querella, quæ dicit hanc exceptionem perpetuam eſſe, & opponi non petita in integr. reſtit. eamque ſequitur Iaſ. in præ allega. l. diuus. nu. fin. & ſatisfacit his, quæ à. dd. tradduntur, & hanc praxis recepit.

11 Sententia exequi non poteſt ab alio iudice quàm ab eo, qui eam tullit, ſine literis eiudẽ iudicis proferẽtis, niſi per actionẽ in factũ petitũ fuerit, iure cõmun. c. Romana. ſſ. contrahentes. de for. comp. not. Bar. & alij in. l. à diuo Pio. §. 1. de re iud. ff. & magis cõmun. dicit Greg.

Lopez

Lopez in.l.*1*.titul.27.part.3. verſic. del que dio.Iure regio ſiue petatur per actionem in factum, ſiue officio iudicis, poteſt exequi ſententia ab alio iudice, abſque literis iudicis qui ſententiam tullit.per.l.5. „titulo.8.lib.3.ordin.eſt.l.3.titul.17. „lib.8.recop. Villalo.

12 Sententia, in qua fuit error ex parte iudicis in calculo, vt ſi dicat condemno Titium in centum ex tali cauſa, & in quinquaginta ex tali, quæ ſunt ducenta, ſi tranſiuit in rem iudicatam, debentur ducenta: & non retractatur ſententia in quinquaginta. gloſſ. in.l. fin. ff. de iuriſdictio.omn.iud. Iure regio retractatur in quinquaginta. per.l.19 titu.*22*.par.*3*. Villalob.

Hæc doctrina eſt magis erronea, quàm ſententia, de qua loquitur; nam eſt contra text. expreſſ. in.l.*1*.ff. quæ ſentent.ſine appella. reſcind.& gloſſ.nec doctores in.l. fin.de iuriſ.omn.iudi. nihil dicunt de hoc: perperam ergo facit antinomiam.

13 Sepultura de iure ciuili denegatur authoritate iudicis, pro debito ex inſtrumento habenti executionem paratam.not. Angel.in authentic. vt defuncti, ſeu funera eorum, &c. cola.5. idem ſi debitũ eſt liquidum.gloſſ.in capit.ei cui. §.fin.2.quæſt.*6*.Iure regio per.l.13. titul.9.part.7.&.l.fin.titul.13.par.1. contrarium diſponitur.

Eſt text.in.l.5.titulo.18.libro.4. fori leg.& iure communi, quòd non poſsit denegari ſepultura, probat eſſe verius, & commune opinio. receptum Roder.Xuarez in repeti.l.regiæ in.l.poſt rem.extenſione.5. num.1. fol.mihi.570.& diligentiſſ.D.Præſ.Couar.lib.*2*.variarum reſolut. cap.1.nu.*10*.

Iure antiquo regni Nauarræ fideiuſſor, aut creditor poterat impedire, ne corpus debitoris traderetur ſepulturæ, & illud amparare, vt ibi dicunt extra domum, & eccleſiam, capit.7.incipient.fiador, titulo de los fiadores.libro.*3* for.Sed non fuit vſu receptum, nec inſertum in noua fori reductione.

14 Sportulorum iudicum duo aurei taxabantur.§.nec autem.in authen.de iudicibus.cola.*6*.& in authent.ſed hodie de Epiſcopis, & cleric.& aliquando decima.gloſſ. in capit.cum ab homine de vita & honeſt.cleric. interdum etiam iuxta laborem taxabatur. gloſſ.in capit. offeratur. *4*. quæſtio. 4. Iure regio taxatum eſt ſalarium, & vltra taxam, non poſſunt aliquid recipere.l.1. correctorum. Villalo.

In noua recopila.ſunt.l.9.titul. 5.lib.3.&.l.9.&.31.tit.*6*.eodem lib. Vide Nun.Auend.in.tract.de exequend.mand.reg. capitul.2.num. 14.verſicu. in eo vero, &c. & idem quod iure regio, cauetur iure regni Nauarrę: per prag.20.de las ordenanças de las iuſticias.

15 Seruus qui eſt in dñi poteſtate, dicẽs ſe liberũ, debet id probare.

l.circa.ff.de probat.Iure regio dominus tenetur probare eſſe ſeruũ, &oſtendere titulum ſeruitutis.l.5. titulo.14.part.3.l.27.titu.14. part.7. Villalo.

16 Seruus liber efficitur, ſi à dño inſtituatur heres, ſiue in parte, ſiue in tota hereditate, iure ciuili.§. feruº. inſtit.de hered.inſtit.l.ex parte.de acquir.hæred.ff. Iure regio in ſolidum & in tota hereditate inſtitui debet.l.3.titul.3.part.6. Villal.

Illa.l. partitæ non negat, quin ſi ſeruus pro parte hæres inſtituatur, fiat liber: nam in hærede vniuerſali loquitur exempli gratia: quòd non reſtringit regulam.§.actenus.inſti.de gradibus cum ſimili.eritque caſus omiſſus iuris diſpoſitioni, & non antinomia.

17 Signari, aut bullari in facie nullus debet, iure ciuili.l. ſi quis in metallum.C.de pœnis.Iure regio qui duas vxores eodem tempore duxit, bullatur.l.6.tit.15.lib. „ 8.ordin.eſt.l.5.tit.1.lib.5. recopila. Villalob.

18 Sigillum non eſt neceſſarium in priuilegio principis, per notarium confecto, iure communi Innoc.& Abb.in capi.inter dilectos. de fid.inſt. idem Abb.in capit.innotuit.de electio.Iure regio neceſſarium eſt ſigillum.l.3.tit.18.part.3. Villalo.

Innoc.& Abb.in locis hîc allegatis dicunt, quòd ſi ſigillum appenſum priuilegio perdatur, non periit fides priuilegij: quo caſu idem eſſet iure regio: verum tamen eſt iure communi non eſſe neceſſarium ſigillum in priuilegio à tabellione facto: vt not.Illuſtriſ. D.Præſes Coua.in.ca.21.&.22.nu. 8.pract.quæſt.

19 Socius litis admittitur pro conſorte poſt litem conteſtatam, iure ciuili.l.2.C.de cõſort.eiuſd.lit. Iure regio ſiue ante, ſiue poſt, admittitur.l.10.tit.5.part.3. Villal.

20 Sodomiæ crimen commitens mortis pœna punitur.l.cum vir nubit.C.de adult.l.2.titulo.21.par.7. Iure regio nouo cõburitur, & amittit medietatem bonorũ: per prag. 71. per quam proceditur contra reum iſtius criminis, ſicut in criminibus exceptis. Villal.

21 Hæc prag.eſt hodie.l.9.titulo. 21.libro.8.recopila.& in ea amittit omnia bona, & ex eo quòd procedi iubet, vt in criminibus exceptis: ſequitur in eo crimine puniri etiam affectum, licet non ſequatur effectus, & leuiores probationes ſufficere: & in hoc etiam continet antinomiam.

22 Solutio ſi eſt facienda de vna re pro alia, iure ciuili melior eſt præſtanda.auth.hoc ſi debitor.de ſolutio.Iure regio arbitrio iudicis relinquitur.l.3.ti.14.par.5. Villa.

23 Soluens partem ex pluribus debitis, non adiecto pro quo ſoluat, intelligit ꝑ antiquiori: iure cõmu. l.in his. in princip.&.l.vbi fideiuſſor.l.ſi ex pluribus.§.fi.l.creditor. §.Valerius.de ſolutio.ff.Iure regio

inter

inter debitores principaliores diuiditur:p.l.10.tit.4.par.5.licet Gre. Lopez in.d.l.10.vellit dare cōcordiã.ver.en todos los deudos. Vill.

24 Merito Grego.Lopez vult concordare.l.partitę.cum iure cōmuni:nam in ſecundo membro illius legis,quando creditor cōſignat debitũ, & debitor tacet,ipſe debitor cōſignaſſe videtur:per regu. vulg. qui tacet.&c.in tertio autem membro:quãdo nec debitor,nec creditor declarant,tunc antiquiori ſolutum cenſeatur:idq; ſignificant apertè verba illa.*Si las deudas fueren yguales, que nõ haya agrauiamiento de pena,ni de otra manera,&c.* & illa.*E ſi por auentura deuda huuieſſe,que fueſſe mas agrauada.* Sicque intellecta: non erit antinomia.

25 Soluens poſt ſententiã ductus errore facti,iure ciuili repetit:Iaſ.in. l.Iulianus.ff.de condit.indeb.commun.dicit. Iure regio non repetit per.l.16.tit.11.part.3. Villalob.

26 Statuta poſſunt cõdere populi carentes iuriſdictione,cũ authoritate ſuperioris, iure com.dd.in.l. oẽs populi.ff.de legi.& in.c. quod clericis.de foro cõpet. Iure regio diſponitur contrariũ:per.l.12.tit.1. par.1. ibi:*Emperador e Rey pueda hazer leyes ſobre las gentes de ſu ſeñorio, y otro no.* Villalob.

Quinimo in.d.l.8.contrariũ expreſsè dicitur,ibi.*Fueras ende ſi lo fizieſſen cõ otorgamiẽto dellos,&c.* Idẽ eſt otorgamiẽto in nr̃a.l.quod authoritas iure com. ergo nõ eſt antino.

27 Veri⁹ poſſet dicere,quòd iure cõmuni magiſtratus maiores, vt pręſides,ſenatores,& pretores,faciebant ſtatuta ſine principis authoritate: ex quibus manauerũt ſenatus conſulta,& ædicta pretorum. Iure noſtro non poſſunt: per eam.l.ſed Greg.Lopez etiam reducit illam, ad terminos iuris communis verb. otro ninguno.

28 Sterilitas ſi verè contingat,& collonus fructus aliquot percipiat,etiam vltra expenſarum æſtimationem debet fieri remiſsio pẽſionis pro rata,iure com.in.c.propter ſterilitatẽ.locati.extr.Iure regio ſi deductis expenſis collonus tradat domino fructus,liber erit,à tota penſione.l.22.ti.8.part.5.Illuſtriſ.Pręſ. in.c.30.practi.quæſt.nu.2.

29 Stipulatio iure ciuili ſolennitate fiebat,de qua in.l.1.ff.de verbo. oblig.&.§.item ſeruorum. inſtitu. de inutilib.ſtipu.l.1.titulo.11.part. 5. Iure regio nouo ſublata eſt illa ſolennitas : per.l.3.titulo.8.libro. 3. ordin.eſt.l.2.titu.16.lib.5.recop. Villalob.

30 Stipulari non poterat alteri per alterũ, iure ciuili.l. ſtipulatio iſta. ſ.alteri.ff.de verb.oblig.&.§.alteri.inſti. de inutilib.ſtipula.l.7.d.ti. 11.Iure regio nouo per. d.l.3. alteri per alterum acquiritur,de quo vide Illuſt.D.Pręſ.Coua.in.c. quamuis.part.2.ſ.4.per totum.ver.præſertim decimo. Villalo.

31 Per ſtipulationem notarij abſenti actio acquiritur ante rati

 habitio

☞habitionem irreuocabiliter. not. Andr. Tiraquellus latè in tract. de iure conſtit. part. 3. limit. 30. nu. 46. & 66. Dominus Præſes Couar. in Rubrica de teſtament. par. 3. num. 13. & lib. 1. var. reſolut. cap. 14. num. 11. Andr. ab exea. de pact. num. 185. Iul. Clar. lib. 4. recept. ſententia. ꝟ. donatio. quæſtio. 13. Dominus Ludouic. Molina li. 4. primogen. Hiſpan. capitulo. 2. nu. 68. vbi alios.

32 Sed ipſe Molina verius eſſe exiſtimat ſaltim de iure noſtro, quòd per ſtipulationem notarij non acquiratur abſenti actio irreuocabiliter, & quod ante ratihabitionem reuocari poſsit ſtipulatio, ſeu promiſsio. per. l. 7. titul. 11. part. 5. quæ de iudicialibus ſtipulationibus, & fauore pupillorum tantùm agit, iuxta opinionem ipſius, & non nullorum quos recenſet: mihi tamen ſemper verior viſa fuit in terminis iuris ciuilis, & noſtri, communis opinio, ex eo quod optimè,

33 Domin⁹ Preſes aduertit vbi ſupra: nam ſi ratificatio exigeretur, non differret ſtipulatio notarij, qui eſt perſona publica, ab ſtipulatione facta à qualibet alia perſona priuata: & ſequuta rati habitione, nõ eſſet neceſſaria notarij, nec alterius ſtipulatio: cùm ex pacto ſolo actio acquireretur, præterea certiſsimũ

34 eſt, notarios iure communi ſeruos publicos dici. l. 2. ff. rem pupill. ſaluam fore, cum ſimili hac ratione: quia ſicut per ſtipulationem ſeruorum nobis acquirimus, ita per ſtipulationem ſeruorum publicorũ qui ſunt notarij acquirere poſſumus. gloſſ. commun. apprabata. in l. generali. C. de tabularijs. li. 10. C. & in. ꝟ. ſi quis alij. inſti. de inutilib. ſtipulat. cum vulg. at per ſtipulationem ſeruorum noſtrorum ſtatim, & ſine ratificatione, & ſcientia irreuocabiliter nobis acquirimus. ꝟ. item nobis. inſtit. per quas per-

35 ſon. nobis acquiritur domi. ibi, *Vobis ignorãtibus, &c.* & §. 1. per quas perſon. nobis obligat. acquir. idẽ ergo, & maiori ratione dicendum erit in ſtipulationibus ſeruorũ publicorum: qui hac ratione, & cauſa introducti ſunt, vt quod per alios efficere non poſſumus: nempe ſtipulari, per ſeruos publicos, id eſt tabelliones facere nobis liceat: quod nota: quia ni fallor, nouũ, & efficax fundamentum eſt: quę quidem ratio etiam iure noſtro recepta, & conſiderata fuit: nam in allegata. l. 7. titu. 11. part. 5. tabelliones ſerui publici vocãtur, ibi. *E aun porque eſtos officiales tales ſon como ſieruos publicos del cõcejo do viuen, por razõ de las coſas que han de fazer, que pertenecen à ſu officio,* & eadem ratione quã in principio ipſius legis dicitur,

36 *Mas aquel que eſtuuieſſe en poder de otri, aſsi como el fijo en nombre de ſu padre, o el ſieruo en nombre de ſu ſeñor, bien puede recebir promiſsion de otro: e valdra la promiſsion que cada vno deſtos ſobredichos recibieſſe en nome de aquel, ſo cuyo poder eſtuuieſſe: e pude la demãdar aquel, en cuyo nome fue fecha, al que la fizo, tambien co-*

bien como ſi el meſmo la huuieſſe recebida. Sicque irreuocabiliter poterit etiam ſtipulari, & acquirere ſeruus publicus, id eſt tabellio ei cui ſtipulatus fuit irreuocabiliter, & hoc nō negat illa lex: nec obſtat, quod in verbo. *E aun dezimos.* in medio. l. poſitum, de ſtipulationibus iudicialibus, & fauore pupillorum loquitur: quia exemplar proponit, quæ non reſtringunt regulam, vt nuper dixi: quæ quidem exempla deſumpta fuerūt, ex. l. 1. 2. & 3. rem pupil. ſalu. fore. ff. & cum ea ratio in fine. d. l. poſita de ſeruo publico generalis ſit, licet. l. in caſu ſpeciali

37 loqueretur, generaliter debet intelligi. l. cum pater. §. dulciſsimis. de leg. 2. Tiraquellus latè in tract. ceſſante cauſa. in principio, & nu. 140. & 141. & ſequen. maximè cùm illa ratio & ſenſus legis adaptatur iuris communis diſpoſitioni, & ſi aliter intelligeretur, induceretur legum correctio: vt in noſtro caſu: quæ omnia maxime fugiēda ſunt; vt omnibus perquam exploratum eſt, interim tamen penſitanda diutius exiſtimo.

38 Surdus & mutus non ſtipulantur iure ciuili. l. 1. de ver. oblig. in principio. l. 2. titulo. 11. part. 5. Iure regio nouo per. d. l. ſtipulantur, & obligantur ſi perfectam cognitionem habeāt, & appareat animum obligandi habuiſſe. vide Alcia. in. d. l. 1. nu. 58. & 60. qui tales mutos & ſurdos perfectam cognitionem habentes, maioribus viginti quinque annorū æquiparari, in his quæ verba non requiruntur, probat.

39 Stipulatio ſine cauſa iure ciuili inefficax eſt. l. 2. §. circa. de doli exceptio. Iure regio per. d. l. valet ſine cauſa, etiam pactum nudum à cauſa, vt not. Dominus. Couar. in. d. capit. quamuis. part. 2. §. 4. nu. 14. Villalob.

Supra litera. D. numero primo contrarium verius probaui.

40 Stipulatio iure ciuili non obligat, niſi incontinenti reſpondeatur. l. 1. §. qui præſens. & l. cōtinuo. de verbor. obligat. ff. l. 2. titulo. 11. part. 5. Iure regio nouo per. d. l. 3. valet. Villalob.

41 Stipulatio inter abſentes non valet, iure communi. §. item ſeruorum. inſtitu. de inutilib. ſtipul. d. l. 2. Iure regio nouo per. d. l. 3. valet. Villalo.

42 Stuprū voluntarium tam in maſculum, quā in fœminam punitur, iure ciuili. glo. in. l. fœdiſsimas. C. de adult. Iure regio nō punitur, ex opinione cuiuſdam Michaël. de Malac. qui allegat. l. 2. tit. 8. libro. 4. for. & l. 2. in. fin. tit. 19. part. 7. ſed Villalo. contrarium probari in. d. l. parti. dicit: & benè. Villalo.

Aduerte tamen quòd pœna. l. part. non fuit vſu recepta, idque teſtatur Anto. Gomez in. l. 80. Tauri nu. 7. Iul. Clar. li. 5. recep. ſent. ver. ſtuprum. Hæc ergo pœna communiter ſtatuitur in virgine, ad eam nubendam, vel honeſtè dotādam condemnatur, in vidua nulla pœ-

na punitur, Gome.numer.14.ipſa vero vidua ob ſtuprum perdit lucra conſtante matrimonio acquiſita.l.5.tit.9.lib.5.recopila. vide ſupra, ver.coitus.

43 Stupri pœna iure ciuili erat amiſſionis medietatis bonorum.§. itẽ l.Iulia.inſti. de publi.iud. Iure regio per.l.1.titu.18.lib.8.ordin.pœna mortis imponitur famulo, qui cum filia domini, cognata, & nutrice ipſius domini, ſtuprum committit.eſt.l.6.titulo.21.lib.8.recopila. Et ſi cũ famula fuſtigationis pœna plectitur, ſi famulus ſit vilis, ſi nobilis pœna catenæ per annum: item ipſa filia, cognata & nutrix filij domini ponuntur in manus, & poteſtatẽ ipſius. Et ſi cum filia, ſorore, aut cognata regis ſtuprum committat, incidit in crimen læſæ mageſtatis, & proditionis.l.2.titu.14. part.2.&.l.1.titu.18.lib.8.recopi.& in famula reginæ virgine, vel non, incidit in pœnam de aleue, & mortis.l.3.eiuſdem titul. & part.

44 Stupratorem filiæ, vel ſororis in actu inuentum occidens, non punitur.l.4.titul.23.lib.8.recopil.

45 Subſcriptio partis non eſt neceſſaria in inſtrumento publico. not.Abb.& commun. dd.in.c.1.de fide inſtru.Iure regio ſic.per prag. „ 190.eſt.l.13.tit.28.lib.4.recopil. D. Præſes.Couar.in.capi.20.practicarũ quæſtion.nũ.4. Villalo.

Idem cauetur iure regni Nauarræ, in ordin.5.de la viſita del Obiſpo de Thuy.

46 Subſcriptio notarij potius ex cõſuetudine, quàm ex lege inducta eſt in inſtrumẽtis publicis, iure cõmuni: vt not. idem D.Couar.in allegato.c. n.5.per plures ab eo allegatos.Iure regio expreſsè hoc cautum eſt: per.l.54.titulo.18.part.3. Villalob.

47 Subſtitutio facta à milite per verbum directum valet omni tempore, iure directo etiam matre exiſtẽte in medio, iure ciuili.not.Bart.in l.centurio. num.12.ff.de vulg.Iure regio matre exiſtente in medio, poſt pupillarem ætatem obligatur.l.12.titul.5.part.6. Gregor.Lopez ibi, ver.la tercera parte. Villa.

48 Subſtitutio pupillaris nõ expirat poſthumi natiuitate, iure ciuili, q̃a ex cauſa preteritionis vel exhæredatiõis irritũ fit teſtamẽtũ: cætera nãq; firma manet.auth.ex cauſa.C. de lib e.præt.Iure regio talis ſubſtitutio pupillaris euaneſcit.l. 10.tit. 5.par.6.not. etiam ibi Gregor.Lopez verſi.ſe deſataria.& ſequenti. Villalobos.

49 Subſtitutio pupillaris, vt valeat, neceſſe eſt, quòd pater faciat ſibi heredem.l.2.§.quiſquis.ff.de vulg. Iure regio non requiritur. l.1.tit.2. „ lib.5.ordin.eſt.l.1.tit.4. li.5.recop. cui iunge.l.11.titul.6.eiuſdem lib. Villalob.

50 Suorum appellatione in materia delictorum comprehenduntur tranſuerſales, vſque ad ſeptimum gradum, iure ciuili.glo.in.l.fœmina. C. ad Turpilia.Iure regio vſq; ad

ad quartũ gradũ.l.2. iuncta.l.4.tit. 1.part.7. Villalob.

51 Supplicatio ſecunda iure ciuili non admittitur.l.ſi quis.& authen. quæ ſupplicatio.de præcib. impera.offer.C.Iure regio in cauſis ciuilibus arduis admittitur ſecũda ſupplicatio, ad ipſum regem cum pœna, & ſolennitate. l. Segobienſis, quæ eſt.l.1. titu.20.lib.4. recopila. vbi inuenies.l.7.8.9.& 10. de ſolennitate, & forma quibus fieri debet. Quibus immutatæ, & correctę fuerunt.ll.tit. 24.part.3.

52 Hæc ſecunda ſupplicatio poterat recuſari à rege, iure ciuili:not. Bal.in.l.fi.ff.de legib. Nun. Auen. in tract. de ſecũda ſupplicatione, num.20.& iure partitarum per.l.4. d.titulo.24.part.3.ibi. *Le quieſieſſe.* Iure regio nouo ex quo per legem eſt conceſſa, & admitti iubetur, nõ poteſt iuſtè negari, aut recuſari per regem, ſi facta ſit cum qualitatibus. d.l.Segobien.vt idem Auẽ. not.in loco ſupra allegato. At, de ſupplicatione quid cauetur in regno Nauarræ, vide ſupra.ver. appellatio.

SVMMARIVM.

THESAVRVS inuentus cui pertineat. num.1.

Teſtamentum minus ſolenne inter liberos an valeat. num.2.

Teſtamentum ſine inſtitutione hæredis an valeat. num.3.

Teſtamentum nuncupatiuum quot teſtes requirat. num.4.

Et Nauarræ. nu.5.

Abonimiẽto de teſtamento quid ſignificet Nauarræ.nu.6.

Teſtamentum à marito & vxore ſimul factum, mortuo vno, non poteſt per alterum reuocari Nauarræ.num.7.

Codicillorum ſolennitas an hodie iure noſtro adæquata ſit ſolennitati teſtamentorum.num.8.

Mulier an poſſit eſſe teſtis in codicillis. num.9.

Et an hæreditas poſſit directo dari aut adimi. ibidem.

Teſtamentum cæci quam ſolẽnitatem requirat.num.10.item & ruſtici.ibid.

Si teſtamentum corruat ex cauſa præteritionis vel exhæredationis an ſubſtitutio pupillaris euaneſcat.nu.11.

Intellectus.l.10.titu.5.part.6.per Dominum Præſ. Couarru. traditus defenditur ab impugnatione Tell. Ferdinan. num.12.

Teſtes teſtamenti an referat ſint vicini loci in quo fit.nũm.13.

Teſtamentum ſolenne an reuocetur per aliud non ſolenne. nu.14.

Filio ignoranter præterito an legata debeãtur.num.15.

Arbitrio iudicis illud relinquendum probat.num.16.

Teſtamentum primum, quod clauſulam derogatoriam habet, quãdo derogetur per ſecundum.nu.17.

Teſtati & inteſtati concurſus, an admittatur.num.18.

Teſtis cui per modum exceptionis probatur delictum an ſit puniendus.nu.19.

Praxis optima puniendi teſtem declaratur.nu.

tur. numero. 20.

Teſtis cui probatum fuit delictum an repellatur à teſtimonio ante condemnationem. nu. 21.

Communis opinio improbatur. nu. 22.

Intellectus. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus. et. §. item. l. Iulia. cano. ſi teſtes. 4. q. 3. ibidem.

Teſtes ſuper eiſdem articulis aut directo contrariis, quando examinari poſſint. num. 23.

Quid Nauarræ. ibidem.

Teſtes de facto proprio deponentes, an proteſtare teneantur ſe nihil emolumenti conſequuturos. nu. 24.

Teſtes an producantur poſt renuntiationē in cauſa. num. 25.

Teſtium publicatio an in omnibus cauſis ſit facienda. num. 26.

Teſtes ſingulares an probent crimen vſurarum in ſpecie. num. 27.

Reus contra quem delictum fuit legitimè probatum, ſi torqueatur, & in negatione perſeuerauerit an ſit abſoluendus. nu. 28. & ſeq.

Conuictus non eſt torquendus. nu. 29.

Intellectus. l. 26. titul. 1. part. 7. exponitur. num. 30. & ſeq.

Communis praxis circa torturam explicatur. nu. 31.

Tortus qui in negatione perſeuerauerit, an ſub fideiuſſoribus ſit relaxandus, vel omnino abſoluendus. num. 32.

Unus teſtis omni exceptione maior an faciat indicium ad torturam. nu. 33.

Infamia an torturam præcedere debeat. num. 34.

Iudex qui odio vel precio iniuſtè aliquem torſit qua pœna puniendus. nu. 35.

Tranſmittendi tempus an ipſo iure currat. num. 36.

Tranſuerſales an cogantur dicere teſtimonium contra ſuum cognatum, & intra quem gradum. num. 37.

Et quid ſi veritas aliter intelligi non poſſit. ibidem.

Cuius ætatis debeat eſſe tutor. nu. 38.

Tutor an alienare poſſit bona mobilia minoris, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine iudicis decreto. num. 39.

Et an immobilia alienet pro vtilitate minoris ſine decreto. num. 40.

Praxis proponitur. num. 41.

Tutor aut curator, quando licitè emat rem pupilli. num. 42.

An tutor teneatur æſtimare bona minoris, cum inuentarium eorum facit. nu. 43.

1 THESAVRVS magica arte inuentus etiam in proprio ſolo, fiſco pertinet, iure ciuili. l. vnica. C. de theſaur. li. 10. l. nemo. C. de maleſi. & mathemat. abſque magica arte inuentus in proprio agro, eſt inuentoris, in alieno vero, ſi data opera inuentus ſit, totus domino pertinet, ſi fortuito, pars dimidia domino agri, alia dimidia inuentori pertinet. §. theſauros. inſtit. de rerū diuiſſ. & hęc eſt communis, & vera reſolutio, vt refert ſcientiſsimus Præſ. Dominus Coua. in regula peccatum. part. 3. §. 2. in principio. Iure regio indiſtinctè theſaurus ad regem pertinet. l. 1. titulo. 13. lib. 6.

lib.6.recopil.& licet eam concordare conatͣ Nun.Auend.de exeq. manda.reg.cap.4.nu.33.cum.l.45. titulo.28.part.3.quę eſt conformis iuri communi, & Greg. Lopez ibi verſi.al Rey. Tamen praxis ita interpretatur.d.l.1.vt omnes Theſauri ad regem pertineant. Teſte eodem Domino Coua.vbi ſupra qui alios allegat.

2 Teſtamentum minus ſolenne inter liberos, iure ciuili valet.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.l.3.titul.1.part.7. » Iure regio nouo non valet.l.3. Tau » ri.eſt.l.2.tit.4.lib.5.recopil. Villa.

Hanc legem intelligit,& reſtringit Ferdinand.Mench.lib.3.de ſucceſſ.progreſſ.ſ.21.nu.14.ad teſtamentum in ſcriptis, de quo loquitur. Sicque in nuncupatiuo non corrigi ius commune putat: quod nota, quia frequẽtius eo vtimur,& Tellus Ferdinand.ad numerũ tantùm teſtiũ,& non ad reliquas quantitates: ex quo infert plura, quæ vide per eum.

3 Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione, iure communi non valet.l.fi.C.de iure codicil.§.1.inſtit. de fideicommiſſ.hæred.l.1.titulo.1. part.6. Iure regio nouo valet.l.1. » tit.2.lib.5.ordin.eſt.l.1.d.titu.4.lib. » 5.recopil.& venientes ab inteſtato compelluntur ſoluere legata, cæteraque in eo diſpoſita.

4 Teſtamentum nuncupatiuum ſeptem teſtes requirit iure communi.l.hac conſultiſsima.ſ.pronũtiatio.C.de teſtament.&.ſ.ſed cũ paulatim.inſtit.de teſtam.d.l.1.tit. 1.part.6. Iure regio nouo ſufficiunt tres teſtes, cum notario:& ſi non adeſt notarius, quinque, ſi autem locus ſit talis, quòd non inueniantur quinque teſtes, tres ſufficiunt per.d.l.1.ex quo etiam ceſſat.l.22. tit.1.part.6.in vltimo membro.

5 Iure regni Nauarræ teſtamentum nũcupatiuum coram duobus teſtibus, & tabellione factum, valet: quinimo ſine ſcriptura, & tabellione, coram duobus teſtibus poteſt fieri teſtamentum, ſi teſtator coram ipſis nominauerit hęredem,& ſuam voluntatem declarauerit. ca.6.&.cap.9.§.1.tit.6.de teſtamen.li.3.for.& cum ita ſit teſtamentum corã duobus teſtibꝰ ſine ſcriptura, ipſi teſtes debent redigere in ſcriptis illam teſtatoris voluntatem, & hæres aut illi quibus illud intereſt, præſente iudice vel mandato illius, & coram populo ad valuas eccleſiæ parochialis loci, vocatiſque iis (ſi qui ſunt) qui teſtamentum contradicant, tenen-
6 tur publicare teſtatoris voluntatem, & teſtes ipſi debent iuramento pręſtito confirmare, ac deponere coram populo, illam fuiſſe defuncti vltimam, & expreſſam mentem, eoſque interfuiſſe præſentes, per illum vocatos & rogatos teſtes, & hoc ita peracto redigitur per notarium in ſcriptis, & in perpetuum facit plenam fidem: idq; vocatur Nauarrę abonimiento de teſta-

teſtamento, vt patet in allega.c.*6.*

7 Iure communi, & regio, teſtamentum à marito & vxore ſimul factum, altero mortuo, poteſt per alterum reuocari. Oldra.conſilio. 174.Illuſtriſsim. D.Præſ. Couar.in rubr.de teſta.part.*2*.num.8.eſt tex. » in.l.*44*.Tauri:quæ eſt.l.*4*.titul.7.li. » 5.recopil.Iure regni Nauarræ mortuo vno, non poteſt reuocari teſtamentũ per alium, & habet vim contractus: per.c.*1*.d.tit.*6*.li.3.fori.

8 Teſtamentum iure communi maiorem ſolẽnitatem exigit, quã codicillũ: nã in teſtamento ſeptẽ, in codicillis quinque requiruntur teſtes.l.hac conſultiſsima. &.l.fin. C. de iure codicil.l.*1*.tit.12.part.*6*. Iure regio nouo eadem ſolennitas adhibetur codicillis quæ teſta» mento.l.3.Tauri:quæ eſt.l. 2.tit.4. » lib.5.recopil.

Et licet Ioan.Lup. in ea.l.nu.*34*. Ciſonta.num.*12*.Anto.Gomez nu. 71.Burg.de Paz.num.*1349*.& Tell. Ferdinand.num.*14*. id verum putauerint in numero teſtium tantùm, D.Ludouic.Molin.in lib.2. de primogenit.Hiſpan.cap.8.num.25.in omnibus qualitatibus teſtium, adæquatam fuiſſe ſolennitatem teſtamenti, & codicillorum defenſat.

9 Ex quo rectè infert, quòd hodie non admitteretur mulier teſtis in codicillis, iure noſtro eiuſque opinionem vſu receptam video, contra prædictos: & ſic ceſſat vna antinomia. Item ex eo etiam optimè infert contra Greg.Lopez in.l.2.ti.*12*.par.*6*.& Burg.de Paz in d.l.*3*.nu.*133*8. quòd hodie iure nr̃o non poteſt hęreditas directo dari, aut adimi in codicillis: & ſic habes concordiam alterius antinomiæ.

10 Teſtamentum ceci iure cõmuni ſeptem teſtes, & tabellionis pręſentiam requirit.l.hac conſultiſsima.ſupra allegata. l.14.tit.1. par.*6*. Iure regio quinque teſtes ſufficiũt d.l.*3*.Tauri.

Item teſtamentũ ruſtici minorẽ ſolennitatẽ exigit.l.fi. C.de teſt.l. *6*.tit.1.par.*6*. Iure regio nouo eandem requirit.d.l.*3*.Tauri.

11 Teſtamẽtũ ſi corruat ex eo quòd teſtator non inſtituit hæredẽ, vel quòd hæres noluit hæreditatem adire, non corruit ſuſtitutio pupillaris, in eodem teſtamento facta, iure com.& hæc eſt cõmunis opinio, vt refert Franciſcus Ripa.in.l. 2.ff.de vulg.nu.33.Curc.in auth. ex cauſa. nu.*53*.deliber. præte. & alij qui allegantur per Tell. Ferdinan. in.d.l.3.Taur.par.4.nu.*4*.

Iure regio etiam corruit ſuſtitutio pupillaris:per. l.10.ti.5. part. 6.quã ſic intelligit accutiſsim. D. Præſ.Cou.in.c. Rainũtius.*§*.*6*.n.*4*.

12 Et licet Tellus vbi ſupra, nu.8.cõtra D.P.Coua. intelligat illã legẽ, iuxta iuris cõis doctrinam, vt euitet correctionem: ſaltim quãdo teſtamentũ non corruit ex cauſa præteritionis, vel exhęredationis: per auth.ex cauſa. Tamen mihi verior videt̃ Coua.intellectus: quia illa legis verba. *Por alguna razõ derecha*.genera

nera

neralia ſunt, & omnes caſus conprehendunt, & ſalua ratione recti ſermonis, & natura, ac proprietate illarum, item & legis, quæ generaliter diſponit, non poſſunt reſtringi: vt iura ſunt vulgaria.

13 Teſtamenti teſtes iure com. non refert ſint vicini, aut nõ, d.l.hac cõſultiſsima.§.per nuncupationẽ.&.l.hac conſultiſsima.qui teſt.facere poſſ.C.l.1.&.9.ti.13.par.6. ſed iure regio nouo per.d.l.ordinamẽti cõfirmatã per.d.l.3.Tauri, debẽt eſſe vicini.not.diligenter Nun.Auen. in reſpon.14.per totum.

14 Teſtamentũ ſolenne nõ reuocat̃ per aliud teſtamentũ, in quo nõ inſtituat̃ hæres, licet corã legitimo numero teſtiũ reuocetur.§.penul. & ibi.gl.quib.mod.teſt. infirmen. inſtit. Iure regio, ex ſententia Ant. Gom.in.l.3.Tau.nu.104.aliud tenẽdum eſt.per.l.1.titu.2.lib.5.ordin. ,, quę eſt.l.1.titu.4.li.5.recopi.ſupra allegatã, cùm per eã nõ ſit neceſſaria hæredis inſtitutio, quod nõ placet, quia illud locũ tantùm habet, quãdo teſtator declarauit velle decedere inteſtatũ: & hęc eſt com.opinio, vt refert Gre.Lop.in.l.21.ti.1.par.6.& D.Pręſ.Coua.in rubr.de teſtam.par.2.cõcluſione.6.&.l.25.ti.1.par.6.aſſerit, teſtamẽtũ primũ nõ reuocari, niſi per aliud teſtamẽtum perfectũ: neq; obſtabit.d.l.1. quia ibi inteſtatus moritur, licet legata & alia in inſtrumento contenta debeãtur: cũ iure cõmuni duobus tãtùm caſibus, nẽpe pręteritionis, vel exhæredationis deberẽtur. Iuxta deci.auth.ex cauſa.delib.pręte.C.iunta.l.2.C.com.de lega.nõ eſt ergo antinomia. Villalo.

15 Itẽ, ſi filius ignoranter pręteritus eſſet, legata non deberẽtur: vt not. com.dd.in.d.auth. ex cauſa. Alex. cõſ.47.vo.2.Arnal.Cõtadis.in trac. de bono.poſſ.in cedula cõtra tabulas.nu.56.Iure regio debentur.per d.l.1. Villalob.

Caue, nam verba illius legis, nec mens minime cõpræhendunt hũc caſum ignorantiæ: nec video qua ratione teſtamẽtum, aut talis volũtas ſuſtineri debeat, cũ teſtator ignorans filiũ habere, bona ſua extraneis hac ratione, aliàs fortaſsis non facturus, relinqueret.

16 Quare cũ caſus euenerit, hoc arbitrio iudicis æqui, relinquendum puto: qui attentè conſiderata teſtatoris qualitate, & legatorũ, ac bonorũ quantitate circũſpiciat, ſi teſtator ſciẽs, intelligenſq; ſe filiũ habere, illa eſſet nihilominus relicturus: vt not.Iaſ.in.d.authẽ.ex cauſa. nu.6.Alcia.de pręſumpt.reg.1.pręſump.13.Meno.in tract. quęſt.arbi. iudi.li.2.cẽtu.2.caſu.167.nu.3.vbi alios citat, & coẽm eſſe opin.dicit.

17 Teſtamentũ primũ quod clauſulam derogatoriã cõtinet, reuocat̃ per ſecundum, derogans primo, licet de illa clauſula derogatoria nõ fiat ſpecialis mẽtio. Bar.in.l.ſiquis in principio teſtamẽti.ff.de lega.3 nu.8.Iure regio in ſecũdo neceſſaria eſt clauſula ſpecialis deroga-

toria

toria primæ:per.l.*22*.titul.1.part.*6*. Villalob.

Hæc.l.partitæ omnino eſt conformis iuris ciuilis doctrinis: vt notat ibi Gre.Lop.& diligẽter docet Illuſ.Prẹſ.D.Coua.in rub.de teſta. par.*2*.nu.19.in eo præſertim, quòd de clauſula ſpeciali derogatoria dicit:tãtũ abeſt ergo vt ſit antino.

18 Teſtati & inteſtati concurſus iure cõmuni non admittitur.l.quandiu.de acquir.hẹre.ff.l.ius noſtrũ. de reg.iur.Iure regio admittitur.l.
„ 32.Taur.quẹ eſt.l.*6*.ti.*4*.li.5.recop. & Tell. Ferdinand.ibi num.3.

19 Teſtis,cui per modũ exceptionis probatũ fuit aliquod delictum, non punitur iure ciuili,ſi illud non deſcendat ex delicto, vel negotio principali de quo tractatur. Sali.in l.vbi.C.de falſ.per.l.2.*ſ*.ſi publico. ff.de adul.Deci.in.c.2.de excep.n. 4.&.7.com.dicit,quòd ſi illud negotiũ attingat,punitur. Iure regio ex generalitate.l.fin.tit.*1*. par.7.in nullo caſu punitur per eam inſtantiã,quod limitat Gre.Lop.quũ ex cõfeſsione ipſius teſtis cõſtaret de delicto:in.d.l.ver. en tal caſo. Vill.

20 Tu cum caſus contigerit, & tibi iudici per modum exceptionis cõſtiterit de delicto teſtis, ne remaneat impunitus,poteris capere teſtem in vinculis,& ſi pars cui delictũ tãgit,vellit eũ accuſare, admittes, & condẽnabis illũ via ordinaria,ſcilicet eo audito, & conuicto. Si vero pars noluerit accuſare,aut non inuenitur : ex officio iuſtitiæ creato ꝓcuratore fiſci, vel ſi ſit caſ⁹ inquo ſine accuſatore iudex poteſt procedere, poteris etiã teſtẽ condẽnare : & ſic occurritur vtriq; damno,ne delictum maneat impunitum, & ne puniatur indefenſus, quæ torquebãt.dd.& fluctuare in vtramq; partẽ faciebant, quæ quidẽ praxis deſumpta eſt ex his, quæ not.dd.in.c.cum dilectus. de ordi. cognitio,& ex.d.§.ſi publico.& ſæpi⁹ in hac regia curia,& aliis tribunalibus receptã vidi,atq; audiui.

21 Teſtis contra quem opponitur crimen, licet ſit probatũ,tamen ſi ex eo non ſit condemnatus,non repellitur à teſtimonio, iure ciuili:
„ ſi Villal. credam⁹ id affirmãti, ſine
„ lege & authore: potuit allegare.l.
„ *3*.*ſ*.l. Iulia.ff.de teſtib.& Cano.ſi te
„ ſtes.*ſ*.item lege Iulia.4.q.3.Iure regio ſufficit,quòd ſit probatũ,vt repellatẽ à teſtimonio.l.8.ti.*16*.par.*3*. & ibi.gl. Gre.ver.carta,o ſello.Vill.

22 Sed illa opinio iuris ciuilis licet commun.non fuit vſu recepta,nec eſt vera:nã tex.prẹallegati ex quibus fundatur, alternatiuè loquuntur:ibi.*Conuictus vel condemnatus eſt*, & ſic ad veritatem illius ſufficit alterã partem eſſe verã : vt ſunt iura vulgaria:cõuict⁹ autẽ nõ eſt cõdẽnat⁹,ſed cõdẽnand⁹: nec ſolũ conuincitur reus ex confeſsione propria:vt voluit gloſſ.in.d.§.l. Iullia. verſi.conuictus. Sed etiam per teſtes,& inſtrumenta, vt probat per plura AEgid.Boſſ.in tract.de conuictis.nu.5. differtque à confeſſo,

vt

vt idem author probat.n.6.& ſic in tellectus, cõcordabis ius regium, & ciuile, cũ canonico, nam iure canonico ſufficit ad repellendum teſtem delictũ eſſe probatũ: vt not. dd. vbi ſupra, vide Auend. in tract. de exequen. mand. reg. c. 5. part. 2. nu. 5. idem quod Villal. tenentem. ſed nec authores per eum allegati, id dicunt, imo Grãmat. in conſi. 35. nu. 3. contrarium affirmat.

23 Teſtes ſuper eiſdẽ articulis, vel directo contrariis, poſſunt iterum recipi, iure ciuili. gl. in auth. at qui ſemel. C. de probat. gloſſ. in clem. fi. de teſtib. Cinus in. l. per hanc. C. de tempo. appella. Iure regio non debent recipi. l. 4. tit. 11. li. 3. ordin. eſt. l. 4. tit. 9. lib. 4. recop. Villalo.

Idem cauetur iure regni Nauarræ, in ordin. 4. de los auogados. & limita legem regiam, quando ſuper articulis in prima inſtãtia productis fuerunt examinati teſtes: ſi verò nõ fuerũt examinati poſſunt examinari, & allegari in ſecunda inſtantia: vt not. D. Præſ. Couar. in ca. 18. practicarum quęſtio. num. 6. & ita receptum eſt, & ideo aduocati ſemper ſolemus dicere, por nueua alegacion, y por alegados, y no probados, preſento eſtos articulos.

24 Teſtes deponẽtes de facto proprio, proteſtare tenentur non conſequuturos quicquã ex dicto ſuo, vt fidem faciant, iure ciuili. Bart. in l. dictantibus. C. de teſtam. Iure regio ſine proteſtatiõe admittũtur: per. l. 8. tit. 6. ti. 4. & l. 16. tit. 11. lib. 2. recopil. Villalob.

Ibi nihil dicit de hac re, & iure communi eſt tex, qui ſine proteſtatione admittit teſtes: in. l. quęro. de edili. edicto, ſic intellectus per Paul. Caſt. in. l. quicunq;. ff. de ſer. fugit. & Thom. gram. in conſi. ciuili. 65. nu. 19. audacter ergo affirmare poſſumus, nõ eſſe antinomiam.

25 Teſtes non poſſunt produci poſt renunciationem in cauſa, iure ciuili. Bald. in auth. at qui ſemel. C. de proba. & auth. iubemus. C. de iud. Panor. in. c. in cauſa. de teſtib. Iure regio admittuntur. l. 24. tit. 16. par. 3. obſeruatis quæ ibi dicuntur.

Dictu, quòd etiam admitterentur iure communi, vt not. Gregor. in ea lege, hęcque fuit opinio Ioã. & Azonis, & de iure canonico eſt tex. in. c. de teſtib. in. fin. de teſtib. nulla eſt ergo antinomia.

26 Teſtium publicatio fieri debet in omnibus cauſis, iure communi: aliàs non poteſt condemnatio fieri. Bart. in. l. vult. ff. de quæſt. cap. 2. de teſti. extra. Hipol. cõſ. 95. Grat⁹ conſi. 74. lib. 2. diligenter. D. Ioan. Redin in tract. de mageſt. princip. verb. ſed etiam per legitimos tramites. nu. 108. & ſequentibus. Sed conſuetudine Hiſpaniæ in cauſis ſindicatus magiſtratuũ, & in militarium ordinum, ſcilicet ſancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ habitus ſuſceptione, & in collegiorũ ingreſſu: cum de oppoſitorum nobilitate, ac qualitatibus inquiſitio

Q fit nõ

ſit, non publicantur teſtes: quam conſuetudinem, licet prima facie nimis duram optimè defenſat idē D. Redin in loco proximè allegato, à num. 147. vſque ad. 202. quem omnino vide.

27 Teſtibus ſingularibus non creditur iure ciuili, ad probandum delictum vſurarum in ſpecie: not. diligentiſsim. D. Pręſ. Couar. in. c. 3. li. 3. variar. reſolut. nu. 5. & Iul. Clar. in praxi. crim. ʃ. fi. q. 53. verſ. dixi etiā. Iure regio in hoc vſurarum crimine faciunt fidem, ad illud probandum in ſpecie, modo iudex ex qualitate teſtium credat eos verum dicere, ſintque aliæ pręſumptiones, quę ad credendū eū inducāt. l. 4. ti. 6. lib. 8. recop. quod attentè inſpiciēdū cōſulit idē author vbi ſupra.

28 Tortus, contra quem eſt legitime probatum, ſi perſeuerauerit in negatione iure ciuili abſolui debet. Alber. in. l. edictum. ff. de quęſtio. com. dicit. Vide tu melius Iul. Clar. in praxi crim. ʃ. fi. q. 64. verſi. illata reo. Iure regio per. l. 26. tit. 1. part. 7. debent condemnari, quia iniquū eſſet, quòd iudici daretur poteſtas purgandi probationes: Thom. Gram. conſilio. 12. num. 24. & deciſ. 8. D. Couar. capi. 23. practicarum quæſtion. num. 5. Villalo.

29 Quod legitimis probationibus conuictus nō debeat torqueri, eſt communis & vera ſententia, iure ciuili. vt not. Gādi. in tract. de maleſi. rubrica de quæſtio. in princip. Ange. in eodem tract. ver. fama publica, quæſt. 2. Frāci. Brun. in tract. de indiciis, & tortura, quęſt. 5. verſ. 6. & alij allegati per diligētiſſ. D. Coua. in. d. c. 23. practicarū quæſti. & ſi talis cōuictꝰ torqueatur, quòd nihilominus debeat condemnari, eſt etiā verior opinio iure ciuili, vt probat Paris de Put. in tracta. ſindi. in. fi. capit. quidam latro tortus. Matth. de Afflict. in cōſtit. Neapo. li. 2. rubrica. 10. Iſer. in. c. 1. ʃ. publici latrones, de pace tenend. Auen. in Alphabe. ver. tortura. concl. 12. vbi alios allegat, ſicque vſu receptum eſt, quare non erit vera antinomia.

30 Et caue quia. l. regia. 26. tit. 1. par. 7. non probat, quod ex ea Villalo. vult, nec loquitur de conuicto legitimis probationibus, ſed de indiciis, ibi. *E ſi por ventura fueſſe hombre mal afamado, e otro ſi las pruebas fallaſſen alguna præſumpcion contra el, bien puede eſtonces tormentar, e ſi por ventura, &c. deue lo dar por quito.* Et ſic à contrario ſenſu innuit legitimè conuictū nō eſſe torquendum, idéque dicitur in. l. 1. &. 4. tit. 30. par. 7. & quòd tortus ex indiciis, perſeuerās in negatiōe, purget ea, & debet abſolui, eſt vera opinio iuris coīs. vt not. diligenter Clar. vbi ſupra: & hac etiā ratione non erit antinomia, & ita intelligit. d. l. Auenda. in repertorio. verſi. tormento, concluſ. 13.

31 Sed non obſtante prædicta lege quando inditia ſunt valde vrgentia, licet reus perſeuerauerit in negatione, extra ordinaria pœna punitur:

nitur: & ita ſæpius in facto obtinui, communiterque obſeruari teſtatur AEgidius. Boſſ. tit. de inquiſitione. nu. 30. & Clar. in loco proximè allegato, & hac ratione iudices in ſententiis torturę dicere ſolent, mandamos poner. a. f. a queſtion de tormento, quedando las probanças, que contra el eſtan hechas en ſu fuerça y vigor, ex quo elicies, quòd licet verũ ſit per illam legem reum tortum perſeuerantẽ in negatione eſſe abſoluendũ, vſu non fuiſſe receptũ, vbi inditia ſunt vrgentia.

32 Ex quo ceſſauit alia antinomia, quam facit Gre. Lopez in ea lege ver. deue lo dar por quito: quòd iure ciuili, ſub fideiuſſoribus eſt relaxandus reus. Paris de Puteo de ſindica. verſi. tortum, verſi. viſo de repetit. nu. 4. Carreri9 in praxi crim. in rubrica, num. 202. Iure regio abſoluendus omnino, vel condemnandus. Ex prædicta. l. 26. & ex. l. 3. ti. 30. eiuſdem par. 7. & ex. l. 10. ti. 11 part. 3. ellicitur alia antinomia: ꝙ

33 iure ciuili vn9 teſtis integer facit indicium ad torturam. gl. in. l. 3. ad. l. Iul. mages. C. Iure regio per. d. ll. vltra teſtem, exigitur quòd reus ſit vilis, & malæ famę. Villalob.

34 Torqueri vt quis poſsit iure ciuili, debet prius infamia affici de delicto commiſſo. allegat Thom. Gram. in voto. 3. & Carre. in praxi, titulo de homicidio. num. III. Iure regio ſufficit, quod infamia ſit de alio delicto. d. l. 10. Auenda. vbi ſupra. Villalobos.

Gramma. & Carre. non loquuntur in tortura, ſed in inquiſitione: ſcilicet inquiſitionem factam contra non infamatũ non valere, quod non eſt noſtrum. & l. 10. hîc allegata omnino eſt conformis iuri communi, vt patet ex notatis per Iuli. Clar. in loco ſupra allega. verſi. ſed pone. & per Grego. Lopez in ea. l. verſi. ſi fueſſe home vil.

35 Iure communi non eſt taxata pœna iudicis qui odio vel præcio aliquem torſit. Bald. in. l. decurio. C. de quæſt. & in. l. vnica. C. ne ex delict. defunct. Iure regio per. l. 4. in fin. tit. 30. par. 7. punitur pœna tallionis. Villalob.

Imo iure ciuili taxata eſt pœna capitis, & hæc eſt cõmũn. opin. vt not. Hipol. Marſi. in. l. quæſtionis modum. num. 73. de quęſtio. & Iul. Clar. in. q. 64. in principio. & Bald. in locis per Villalo. allega. illud nõ dicit: & in. l. decuriones. expreſſè contrariũ tenet, ex quo percipies iſtius authoris deſidiam, & veram antinomiam, nempe quòd iure cõmuni ſtatuitur pœna capitis; Iure regio tallionis. l. 4. tit. 30. pa. 7. tallionis inquam, vt ſi ex tormento mortu9 fuerit reus, vel membrum amiſſerit, vel aliud damnum in corpore habuerit, iudex idem patiatur: quòd ſi damnum non patiatur reus, nihilominus iudex torquens arbitrio iudicis puniatur. Gregor. Lopez in. d. l. verſicul. aquella que fizo dar.

36 Tranſmittendi tẽpus currit ipſo iure, licet à iudice nõ ſit aſsignatũ. glo. & cõmuniter doct. in l. cũ antiquioribꝰ. C. de iure delib. quod adeo verum affirmat Iaſ. ibi: vt ſi iudex poſt octo vel decem menſes aſsignauerit tempus, excedens annum, non valeat: cõtra Bal. & Pau. Caſt. Sed iure regio Baldi & ſequatium opinio recepta eſt: per. l. 2. ti. 6. par. 3. Greg. Lop. ibi, verſ. que le ſera pueſta. Villalo.

37 Tranſuerſales non coguntur dicere teſtimonium contra conſanguineos, vſq; ad ſeptimum gradũ. glo. in l. ſi fœmina. ad. S. C. turpi. C. Floria. in l. Iuli. ff. de teſtib. Iure regio ad quartum gradum reſtringuntur. l. 11. tit. 16. par. 3. & l. fi. ti. 30. part. 7. quod locum habet etiam ſi veritas aliter haberi nõ poſsit, per d. l. fin. cũ iure ciuili in tali caſu cogerentur: vt patet ex his quæ allegat Dueñas in regula. 384. limita. 1. Greg. Lopez in alleg. l. 11. ver. muy grandes. Villalob.

38 Tutor iure ciuili viginti quinque annorum debet eſſe. l. fi. de legiti. tutor. C. ℱ. furioſus. inſti. qui teſt. tuto. dar. poſſ. Iure regio fori legum per. l. 1. tit. 7. li. 3. viginti annorum ſufficit ætas. Sed. l. 4. ti. 16. par. 6. concordat cum iure cõmuni: & niſi probetur vſus legis fori, eſt ſequenda. Villalob.

39 Tutor non poteſt alienare bona mobilia minoris, quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, ſine authoritate prætoris. l. lex quę tutores. C. de adminiſtra. tuto. quã ad hoc inducit gl. in. l. curator. C. ſi res alien. pig. dat. Bald. & Salicet. ibi. Iure regio omnia bona mobilia indiſtinctè alienare poteſt. l. 8. tit. 13. part. 5. præter ſeruos antiquos. l. 18. titu. 16. par. 6. Villalo. Greg. Lopez ibi, verbo, muebles, cogitãdum relinquit: tutiuſque faceret tutor, ſi cum authoritate iudicis alienet: & ita conſulerem.

40 Tutor non poteſt alienare bona immobilia minoris, niſi ꝓ debito ipſius minoris, iure ciuili. l. 1. ℱ. æs alienum. de reb. eorum. Iure regio poteſt etiam pro vtilitate minoris alienare. l. 4. tit. 5. par. 5. Villalo.

Idem quod lex regia, tenet glo. in. l. ob æs alienũ. C. de prædiis & aliis reb. minor. ſine decret. non alienand. Et controuerſa eſt eorum ſententia, qui dicunt, etiam iure ciuili in alienatione vtili minoris requiri ſolẽnitatem à iure inductam: vt not. And. Tiraq. in tract. de iure mariti. glo. 8. nu. 62. Corſe. in ſing. ver. pupillus. & Gabriel Saraina in additi. ad Mattheſil. ſing. 155. nu. 10 & 11. quare dicere poſſes non eſſe antinomia.

41 Tamen ego vſu receptum vidi, in quibuſcumq; alienationibus rerum immobilium minorum, decretum iudicis, & licẽtiam interponi, præcedente informatione præuia de neceſsitate, aut vtilitate minoris, & non aliàs: & merito quidem, vt eludãtur fraudes, quę indies excogitantur, vt decipiant minores.

42 Tutor vel curator poteſt emere rem pupilli ſui, modo id faciat palam, & bona fide, iure ciuili l. cum ipſe. C. de contrahen. emptio. & poteſt ſibi ipſi authoritatem præſtare. Iaſ. in. l. 1. ſ. fuit quæſitum. nu. 19. ad Trebel. ff. Iure regio nullo modo poteſt. l. 1. titu. 5. lib. 5. ordin. „ l. 14. tit. 8. li. 8. ordi. eſt. l. fi. titu. 11. de „ las compras. lib. 5. recopil. quas limitat, niſi emerit à contutore: per l. 14. tit. 5. part. 5. Villalo.

43 Tutor debet æſtimare bona minoris, cùm conficit inuentarium. l. fin. & ibi Bar. de magiſtr. conuen. Iure regio per. l. 99. tit. 18. par. 3. nõ requiritur eſtimatio, quod procedit etiam ex cõſuetudine, & malè, vt Salice. not. in. d. l. fin. Villalo.

SVMMARIVM.

VASSALLVS an teneatur defendere dominum, iniuſtum bellum gerentem. nu. 1.

Venatio an poßit per principem prohiberi, cùm ſit per ius naturale permiſſa. n. 2.

Vẽdita re tributaria, aut ſeruituti ſubiecta nõ facta mẽtione tributi, aut ſeruitutis, ad quid teneatur venditor. nu. 3.

Intellectus. l. 63. tit. 5. par. 5. nu. 4.

Si res vendita per emptorem pignori data ſit, & vẽditio reſoluatur ex cauſa, quę à voluntate ipſius emptoris pendebat, vel per remedium. l. 2. C. de reſcind. vẽdi. an pignus vendicari poßit. nu. 5.

Si animal vitioſum vendatur, à venditore vitium ignorante, qua actione, & ad quid teneatur. nu. 6.

Venditio an efficiatur perfecta per arrarũ traditionem. num. 7.

Vendens rem alienam ſcienti alienam eſſe, ad quid teneatur. nu. 8.

Vendens gregem viginti ouium, vna euicta, an teneatur de euictione. nu. 9.

Differentiã conſtituunt inter vniuerſitatẽ iuris, & vniuerſitatẽ corporis. n. 10.

Et ex eo intelliguntur. l. 1. & . 2. de rei vendi. ff. ibidem.

In venditionibus an ſit locus retract. n. 11.

Et quid Nauarræ. ibid.

An à ſocio res retrahatur. nu. 12.

Veniam delicti impetrans, quæ declarare teneatur. nu. 13.

Vidua luxurioſè viuẽs quid perdat. n. 14.

Et quid Nauarræ. ibidem.

Vniuerſitas an poterit collectam imponere, ſine iudicis licentia. nu. 15.

Vxor an ſine viri licentia poßit eſſe in iudicio. num. 16.

Vxor an poßit eſſe procuratrix pro parentibus impeditis, ſine viri licentia. nu. 17.

Didac. de Caſtello opinio defenditur contra Dueñas. nu. 18.

Procurator cogitur litem proſequi. ibid.

Et ſi dolo aut negligentia deſererit cauſam, tenetur ad intereſſe. ibidem.

Concordia lis paccatur. nu. 19.

Vxor an contrahat ſine viri licentia. n. 20.

Vxor an ſuccedat marito poſt venientes ab inteſtato. num. 21.

Vſurariorum quæ ſint pœnæ. nu. 22.

Vſurario maior pœna quàm pecuniaria imponi non poteſt. nu. 23.

1 VASSALLVS iure communi fœudorum tenetur defendere dominum, etiã iniuſtè rixantem. c. dño guerrã. titu. hîc finitur lex, &c. Iure regio, per. l. 5. tit. 26. part. 4. nõ tenetur iuuare dñm, ſi inuiſtè bellum faciat. Villalob.

Vectigal. Vide ſupra collecta.

2 Venatio iure naturali, & cõmuni, omnibus eſt permiſſa, nec poteſt prohiberi per principẽ: & hæc eſt cõmunis opinio, teſte Iaſ. in conſ. *129*. li. *4*. & D. Preſ. Cou. in reg. peccatum. par. *2*. ſ. 8. n. *1*. & *2*. per. l. *1*. & *3*. & l. quod in rerũ. de acquir. rer. dom. ſ. feræ beſtiæ. inſti. de rer. diuiſ. l. 17. tit. 28. part. 3. Sed iure nouo regio prohibet̃: per. l. *1*. & 2. & ſeq. tit. 8. li. 7. reco. & verior eſt opinio quòd princeps ex iuſtis cauſis poſſit prohibere, vt not. idẽ Coua. vbi ſupra. Idẽ in piſcatione ſtatuitur in l. *9*. & *10*. eo. tit. cõtr. l. *6*. ti. 28. par. *3*.

Venditio quando dicatur perfecta, vide ſupra, verſic. contractus.

3 Venditio ſi fiat de re tributaria, vel ſeruituti ſubiecta, nõ facta mẽtiõe tributi, vel ſeruitutis, vẽditor tenetur ad intereſſe, iure communi. l. Iulianus. de actio. emp. l. quoties. deſeruit. ff. de edil. edict. Iure regio emptor poteſt recedere à vẽditione: per. l. *63*. ti. 5. part. 5. & ſic erit in electione illius, petere intereſſe, per iura ciuilia: vel diſcedere à venditione, per ius noſtrum. Gre. Lop. ibi, ver. desfazer. Villa.

4 Hęc. l. *63*. nõ tribuit electionem emptori, vt diſcedat ab emptiõe, vel petat intereſſe, et ſi illud vellet legiſlator, neſcio qua ratione non dixiſſet: quare dicere poteris, ꝙ quemadmodũ iure cõmuni petẽti intereſſe, nõ dat̃ electio recedẽdi ab emptiõe: ita iure noſtro, in quo dat̃ facultas recedẽdi ab emptiõe, non dabitur electio petẽdi intereſſe: quia ſatis conſultũ videtur emptori, ſi recuperet pretium, & dãnum, ſi quod paſſus fuit: per. d. l. regiam: ſed cogita.

5 Venditio ſi reſoluatur ex cauſa, quæ ex voluntate emptoris pendebat, vt ſi reſoluatur per remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. ſi interim emptor dederit pignori rem, valet pignus, iure ciuili. Gre. Lop. in. l. fi. ti. 5. par. *5*. ver. de la tornar. com. dicit. Iure regio nõ valet, & poteſt vẽdicari ab eo, qui pignus accepit.

Contraria opinio, quòd pign⁹ reſoluatur, eſt verior, & magis cõmunis iure ciuili: vt probat Pine. in repet. l. 2. C. de reſcind. vendi. part. *2*. c. *3*. nu. 12. & ſequenti. & ſic non erit antinomia.

6 Vendito animali vitioſo, ſi venditor vitiũ ignorabat, tenetur vẽditor actione ciuili re diuitoria, quãto minoris emptor eſſet emptur⁹, & prętoria quanti minus valet res, vt not. Gre. Lop. in. l. *64*. tit. *5*. par. *5*. verſi. que valia menos. & dicit cõmunem Iure regio, per. d. l. quanti res min⁹ valet, dat̃ actio: & nõ alia. approbata opin. Pet. & Cin. Villal.

Ven

Venditor qui recepit arram, ſi diſcedat à venditione, ad quid teneatur iure ciuili,& regio. Vide ſupra, verſiculo, contractus.

7 Arrarum datio iure communi, tã quoad emptorem, quàm venditorem eſt argumẽtum emptionis, & venditionis cõtractæ tãtùm, & nõ perfectæ: per.§.1.inſti.đ emptio.& vendi.l. contractus, de fide inſtrumen.C.Iure regio, per.d.l.2.tit.10. li.3.for.legum: quoad vẽditorem, arrarũ tradditio perficit contractũ venditionis: vt Montal.not.ibi.

8 Vendens rem alienã, ſcienti alienam eſſe, iure ciuili ad pretij reſtitutionẽ tenet̃.l.vlti.§.vlt.C.cõmu. de leg.& dicit cõmunẽ Aret.in.l.ſi aliquã de acqui.poſſ.ff.Iure regio per.l.19.tit.5.par.5.nec ad pretium reſtituendum tenetur. Villalo.

9 Vendens gregem viginti ouiũ, ſi vna, vel plures euincãtur, modo remaneant decẽ, quę faciũt gregem, non tenetur ad euictionẽ iure ciuili.l.1.&.2.de rei vẽdica.ff. Alber.in l.2.C.đ euictio.Iure regio ſi vna ſola euincatur, tenetur de euictione. l.35.tit.5.par.5. Villalob.

10 Aduerte ad hanc doctrinam, nã l.1.&.2.de rei vendi.nõ probant illam, & eſt contra tex.in.l.1.ff. de euictio. vbi ſiue tota res euincatur, ſiue eiꝰ pars, habet regreſſum emptor, &c.& quod.dd.not. đ vẽditore vniuerſitatis, in.l.1.&.2.de rei vẽdi.non teneri ad euictionẽ, vna re euicta, eſt verum, in venditore vniuerſitatis iuris, vt eſt hæreditas, & non in vniuerſitate corporis, vt eſt grex, & videtur ridiculũ, quòd quis vendat gregem viginti ouium, & non teneatur niſi ad decem.

11 In venditione, iure ciuili non eſt locus retractui.l.dudũ.C.de cõtr. emptio.c.conſtitutus.de in integ. reſtit.Iure regio conſanguinei poſſunt retrahere rem emptã: per.l.13. tit.10.lib.3. fori leg.&.l.6.&.7.li.5. „ ordi.&.l.71.Tau.ſunt.l.7.8.9.&.10. „ &.11.ti.11.li.5.recop. Villalo.

Idem cauetur iure regni Nauarræ.c.10.&.24.ti.9. de las vẽtas.lib. 4.fori eſt tamẽ differẽtia inter ius regium Caſtellę, & Nauarrę, quòd hîc intra nouem dies debet fieri retractus, ibi intra annum & diẽ, per. d.iura.

12 Ex ſupra dictis etiam ceſſat deciſio.l.falſo.C.de cõmun.rer.aliena. nam res etiam retrahitur à ſocio.iure noſtro: per.l.55.ti.5.par.5.&.l.66 „ &.74.Taur. eſt.l.13.tit.11 .li.5.reco. quod iure coĩ non fiebat, per. d.l.

13 Venia delicti ſi impetretur, iure communi debet impetrans declarare delictũ, ſi quod priꝰ fecit eiuſdem generis, non tamen alterius. Auen.not.in tracta.de iniuriis.nu. 1.ver.in quo hodie.Iure regio debet declarare quodlibet delictum antea factum, licet non ſit eiuſdem generis, alias gratia erit nulla.l.2. ti.25.de los perdones.lib.8.recop.

14 Vidua luxurioſè viuens, iure ciuili perdit dotem.Boer.deciſ.238. num.11.Iure regio lucra tantùm cõſtante matrimonio acquiſita, perdit.

„ dit.l.4.tit.4.libro.5.ordi.eſt.l.6.tit. 11.lib.5.recop. Villalob.

In regno Nauarrę amittit vſumfru ctum doarij, quem habebat in bonis mariti, ſi caſtè vixiſſet. cap.1.ti. 2.lib.3.fori: & idem ſeruatur in marito ſi luxurioſè viuat.

15 Vniuerſitas nō poteſt collectam imponere, ſine licentia iudicis, iure communi. Guid. Pap. deciſ.106. & Auend, qui alios recitat in.c.14. lib.2.de exequēd.mand. reg. nu.3. Iure regio vſque ad tres mille marauetinos poteſt vniuerſitas collectam imponere, ſine iudicis licentia.l.1.tit.6.lib.7.recopil.& Nauarræ vſque ad.18.aureos.ordin.18.de los pueblos.lib.2.

Vxores duas eodē tempore ducens, qua pœna puniatur, ſupra litera.B.nu.32.& ſequen.

16 Vxor poteſt eſſe in iudicio ſine licentia viri, iure ciuili.l.1.§.1.&.l. eū qui nocentē.§.ſi nupta.ff. de iure iurand.not.in.l. velle nec ne.C. de reuocā.dona. Iure regio nō po-
„ teſt ſine licentia viri.l.55.Tauri: eſt
„ l.2.ti.3.lib.5.recop. Villalob.

17 Item vxor poteſt eſſe procuratrix pro parentibus, morbo, vel ætate impeditis: iure ciuili.l. fœminis.ff.de procura.l.5.ti.5.par.3. Sed iure nouo regio, per. d.l.55. non poteſt ſine viri licētia. Didac. Caſte. ibi. Dueñas tamē in reg.311.ab hac opinione diſcedit, ꝓpter opus caritatis, & quia vt ille exiſtimat, ſi benè perpendatur, illa lex hoc nō negat, nec differt à.l.fœminis, & ſolum prohibet ſtare in iudicio, in negotiis illis tangentibus, ibi. *Que a ellas tocaren.* & Villa. cogitandum relinquit.

18 Ego cogitans, puto ſententiam Caſtelli eſſe veriorē, quia mulier acceptans mandatū, cogeretur litem proſequi vſq; ad ſententiā: vt not. Bart. in.l.filius.§.procuratorē. ff.de procura. clem.1.de ꝓcurator. & ſi procurator dolo, aut negligentia deffereret cauſam appellationis proſequi, tenetur ad intereſſe dño, Specula. in titulo de appella. §.nunc breuiter, verſic. item, quòd ſi pars. Angel. & Imol. in.l. ab executore, de appell.ff. Abb. & cæteri in.c.ex ratione.de appell.& per.d. l.55.Tauri, quę omnia prohibentur vxori, ſine licentia viri, ergo, &c.

19 Niſi dixeris quòd mulier nō obligatur mandato, tamen geſta per eam valebunt, vt not. Ang. per eū tex. iuncta glo. in.l. quāuis. in prin. de acquir.poſſ. & Petr. de Rauen. ſingul.300.& ſic poteris concordare opiniones.

20 Vxor ſine licentia mariti poteſt contrahere, iure ciuili: per.l.velle. C.de reuocā.dona. Iure regio per.
„ l.Tauri: non poteſt, eſt.l.3.tit.3.lib.
„ 5.recopil. Villal.

21 Vxor eſt hęres legitima, poſt venientes ab inteſtato enumeratos in.§.ſunt, & alię. inſti đ bono.poſſ. l.7.ti.13.pa.6. Iure regio nouo, quarta pars tantùm conceditur vxori, iuxta formam auth. pręterea.C. vnde vir, & vxor.l.53.Tauri: quæ eſt.l. 6.tit.

vi. tello mil. 32. ti n. 4.

6.titul.4.lib.5.recopi.& ibi, Tellus Ferdinand.num.4.

22 Vſurarij variis pœnis puniuntur iure ciuili,& canonico, ideoq; verior exiſtimatur opinio eorũ, qui dicũt vſurariorum pœnas arbitrio iudicis cõmiſſas.Iul. Clar.lib.5.recept.ſent.ʃ.vſura.& diligẽtius Menoch.lib.2.quæſt.arbitr.iudi. centu.4.caſu.398.D.Præſ.Coua. lib.3. variarum reſolut.c.3. Iure regio punitur pœna infamiæ,& pro prima vice amittit,quod debet,& totidẽ fiſco ſoluit,pro ſecũda, amittit mediam partem bonorũ,de qua,ſumma principalis datur ei,in quem vſuram commiſsit,& ex ſuperſtite, dimidia pars datur accuſatori,& altera expenditur in reparatione murorũ, vel edificij principali loci.l.4.&.5.titul.6.lib.8.recopila.&

23 conſultò (ni fallor) ſtatuta fuit hæc pœna pecuniaria:nã vſurario maior imponi non poteſt, quàm amiſſionis bonorum, quæ ſitit,& affe-ctat ardenter,& potius quàm proprium honorem, & vitam diligit: vt notat Rober.Morant.in ſpecul. 6.part.verſiculo,inquiſitio.nu.116.

HAE C ſunt beneuole lector quę ſe mihi obtulerunt antinomiæ, & antinomiarum concordiæ, & iure noſtro,& cõmuni tibi proponendę:non ignarus per tẽporis anguſtiã, & peculiare cauſarum patrocinium, nonnullas à me pręter miſſas. Sed mihi ſatis ſit, inueniendi,& corrigendi inuenta,tibi aperuiſſe viam:vt finem (ſi finis eſt antinomiarum) perquirere poſsis. Vale ergo,& Deum optimum precare,vt alia quæ tibi præparo,in laudem eius,& tuam , reipublicæque vtilitatem, perficere valeam.

EPJLOGVS LEGVM SEptem partitarum, quæ per alias leges poſteriores, & per deſuetudinem, aut contrarium vſum in totum, vel partem correctæ, atque abrogatæ inueniuntur, per ordinem ipſarum partitarum, & titulorum digeſtus.

Leges in prima partita correctæ.

1 LEGES.*10*.&.*18*.tit. 5.part.1.&tex.capit. ne pro defectu.&ca. congregato. de electio.extra,& omnes textus eiuſdem tituli,ac de poſtulatione prælatorum. diſponentes circa electionem archiepiſcoporum, per patriarchas faciendam, & epiſcoporum, per decanos, & capitula eccleſiarum cathedraliũ: /ſunt hodie correctę per.l.13.titul.3. &.l.1.titul.*6*.libr.1.nouæ recopila. quibus diſponitur prædictas electiones, & quarumcumque aliarum dignitatum conſiſtorialium, pertinere ſoli Hiſpaniarum Regi: iure patronatus, ex iuſtis titulis, ac conceſsione apoſtolica.

2 /Ex quibus ſimiliter ceſſant & abrogantur omnia, quæ circa formam obſeruandam in his electionibus, & poſtulationibus traduntur de iure canonico, in præallegatis titulis, & de iure noſtro in.ll.*19*.*20*.*21*.*24*.*25*.*26*.&.*27*.eiuſdem tituli & partitæ.

3 Lex.*54*.titul.*6*.part.1.licet confirmetur circa principalem eius deciſionem: per.l.3.&.*11*.titulo.*3*. libro primo, recopila/tamen in eo quòd illa lex diſponit clericos conueniendos eſſe ad ſolutionem tributorum, & munerum, ad quæ tenentur ex earum diſpoſitione per iudices eccleſiaſticos/eſt iam correcta per contrarium vſum: nam hodie etiam clerici conueniuntur coram iudicibus ſecularibus, & per eoſdem compelluntur ad eorum ſolutionem, vt ſupra not. litera.C.num.*38*.

4 / L. *32*. titulo nono, partitę.*1*. quæ ante annum non puniebat excommunicatum perſiſtentem in excommunicatione :/hodie correcta eſt tam in tempore, quàm in pœna poſt annum in currenda :/nam permanens per triginta dies ſexcentorum marauetinorum pœna punitur: perſiſtens per ſex menſes, ſex milium marabetinorum pœna plectitur/Qui ſi diutius per manſerit, augetur pœna: vt videbis in. l. *1*. titulo.5. libro.8.nouæ recopila./& ſupra litera.C.num.fin.

5 Lex.*1*.tit.11. part.1. quæ generaliter

liter diſponit mortuorum corpora præter ibi ſpecialiter excepta, nō debere intra ecclesias ſepelliri. Hodie contra, vt teſtatur Gre. Lopez in ea. l. & vt cōmuni conſuetudine receptū videmus, Chriſtianorum cadauera intra eccleſias, & earum cæmenteria ſepelliuntur: pro qua conſuetudine videtur tex. in. l. 8. tit. 13. part. 1. ibi, *O en la Ygleſia*. & pro conſuetudinis ratione. l. 2. eiuſdem titu. & part.

6 L. 2. d. ti. 11. part. 6. debitoribus ad eccleſias cōfugientibus immunitatē tribuēs: corrigitur, per. l. fi. tit. 2. li. 1. nouę reco. cōtrariū diſponētē. vt ibi, & ſupra lit. F. n. 104. videbis.

7 Lex. 17. tit. 20. part. 1. eſt hodie immutata in ordine, & modo ſoluēdi decimas, per. l. 2. tit. 5. lib. 2. recop. quæ nouam formam conſtituit.

8 Leges. 5. &. fi. ti. 21. par. 1. quæ clericis de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, teſtamenti factionē, & diſpoſitionē adimebant: hodiæ ſunt correctæ, & abrogatæ per. l. fi. ti. 8. li. 5. nouę reco. libereq; ď his bonis diſponere poſsūt, & ex teſtamēto, vel ab inteſtato cognati eis ſuccedūt, ex inueterata Hiſpanię cōſuetudine. ď quā ſupra lite. C. n. 25. &c.

Leges in. ſecunda partita correctæ.

9 LEX. 3. tit. 16. par. 2. correcta per non vſum in hoc, quod occidētem in curia regia ſub ipſo mortuo viuum ſepelliri iubebat. notat Gre Lopez ibi verbo, viuo.

10 Item eadē lex correcta eſt per. l. 1. tit. 23. de los homicidios. li. 8. reco. nam percutientem in curia regia amputatione manus tātùm puniebat: lex vero noua pœna mortis puniri iubet.

11 Pręterea eadem lex correcta eſt, quòd territoriū curię triū miliariū, (id eſt) vniꝰ leucæ cōſtituebat: hodie quindecim miliariū (hoc eſt) quinque leucarū eſt extenſum: per l. 6. ti. 6. de los alcaldes de la corte. lib. 2. recop. nouæ.

12 Plurimę leges tituli. 11. eiuſdē par. 2. qui de officialibꝰ regiis agit, correctæ, & immutatæ fuerunt per nō vſum, & cōtrariū vſum, ac per peculiares regias ſanctiones, circa officiales regios, & familiares eius domus editas: quæ, quia ad inſtitutū noſtrū nō pertinēt, hîc omittūtur.

13 Item, leges plures ex ti. 18. eiuſdē part. quæ de cuſtodia, & ꝓuiſione arciū, & caſtellorum agit, inſuper ex ti. 23. & ſequētibus, vſq; ad finem parti. quibus de militia, & militibus, ac de bellorū expeditiōe, & de eorū officialibꝰ loquunt̄, correctę, abrogatę, atq; immutatę fuerūt, per deſuetudinē, & per ſpeciales belli, & militiæ conſtitutiones: quas etiā conſultò miſſas facimus, & militibus ocioſis, quibus expectant notandas relinquimus.

14 Lex. 8. titu. fin. par. 2. concedens immunitatem ab omnibus muneneribus perſonalibus, ac publicis, doctoribus, magiſtris, ac licentiatis omnium vniuerſitatū, quæ ſubſunt di-

ſunt dictiōi, ac dominio Regū Hiſpaniæ, corrigitur, & reſtringitur hodie per.l.8.ti.7.li.1.nouę recop. ad ſolos doctores, magiſtros, & licentiatos, vniuerſitatis Salamantinæ, Valiſoletanæ, & collegij Bononienſis.&.l.9.ſtatim ſequēs extendit illud priuilegium, ad vniuerſitatem Complutēſem. Vide ſupra litera. D.num.29.

Leges in tertia partita correctæ.

15 LEX.41.tit.2.part.3. quæ in cauſis decem marauetinorū aureorum libellū exigebat, correcta eſt, per.l.10.tit.17.de las ſententias. li.4.recopil. per quam in his, & aliis cauſis arbitrio iudicis relinquitur, an libellus ſit neceſſarius. Vide ſupra litera.L.num.33.

16 Eadem.l.41.quæ reum de iudicio ſiſti, ſatiſdare cogebat, abſque debiti probatione: correcta fuit per.l.3. titul.16.de los contractos. libro.5.recopil.per quam non cogitur ſatiſdare, quin prius debito cōſtiterit, ſaltim per ſummariā cognitionē. Vide ſupra litera.S.nu.3.

17 L.6.titu.3.par.3.quæ libellum in ſcriptis neceſſarium eſſe dicebat, correcta fuit per.d.l.10.tit.17.li.4. recop.nam hoc etiam relinquitur arbitrio iudicis, vt ſupra nota.litera.L.ver.libellus.

18 Item eadem.l.6. quæ intra tertium diem litem conteſtandā pręcipiebat:correcta fuit per.l.1.tit.4. de la conteſtacion.lib.4.recop. nā intra nouem dies conteſtare ſufficit, & ita vſu receptum eſt, ex qua etiam perpendes in litis conteſtatione non eſſe neceſſarium libellū in ſcriptis.

Et aduerte quòd illud tēpus nouem dierum ad litis conteſtationē prefixum, non incipit currere ante diē porrecti libelli in ſcriptis, quādo iudici viſū fuerit libellū in ſcriptis fore proponēdū, vt patet in.d. l.10.ver.*Pero ſi el demādado*.Et ita cōcordabis dicta iura, & limitabis ea in cauſis publicarum gabellarū, in quibus proceditur ſummariè, & ſine figura iudicij, & non eſt admittēdus libellus in ſcriptis, liſque debet conteſtari intra tertiū diē, obſeruata forma legis.5.tit.7.de la ordē iudicial, &c.li.9.recopil.nouæ.

19 L.9.eiuſdē tit.3.par.3.diſponēs exceptiones dilatorias ꝓponēdas eſſe ante litē cōteſtatā, & vt malitiis reorū occurratur poſſe iudicē arbitrio ſuo cōſtituere illis terminū peremptoriū, intra quē teneātur oēs eas exceptiones ꝓponere.Hodie declarat, & corrigitur per.l.1.ti.5.đ las exceptiones. libro.4. recopil. nouæ: quæ pręcipit dilatorias exceptiones proponendas infra nouem dies, ad cōteſtationē litis cōſtitutos: quo termino elapſo (qui prorogari non poteſt) non admittuntur dictæ exceptiones tanquā dilatoriæ, neque in vim dilatoriarū, vt impedire poſsint ingreſſum litis, ſed admittuntur tanquam peremptorię infra alios viginti dies, vt pa-

vt patet in.d.l.1.ibi.*Y que el reo tenga termino,&c.*&ibi.*De qualquier qualidad que ſean.*Et licet Greg.Lop.in. d.l.9.verſi. non deue ſer oydo, cēſuerit, prędictas exceptiones etiā poſt nouē dies in vim dilatoriarū ad impediēdum litis progreſſum, eſſe admittendas,quando Reus iuraſſet de nouo ad ſuam notitiā perueniſſe: mihi valde ſuſpectum eſt: quia illa lex reſtringit diſpoſitionem ſuā ad pręfixionē termini viginti dierum: qui quidē terminus ad proponendas exceptiones peremptorias,&quaſcunq; alias cōſtituitur,iuxta regu.vulgatā, quòd exceptio ſequens adaptanda,&referenda eſt ad regul.proximè pręcedentem, de qua gloſa ordinaria in rubrica de regu.iuris lib.6.&alibi ſæpe interpretes noſtri.

Item,quia poſt limitationē termini nouem dierum ad proponendas exceptiones dilatorias addidit l.*Y no le ſea dado mas termino,&c.* Quod diligēter more ſuo animaduerſus fuit D.Auguſtinus Aluarez de Toledo,vir ſingularis eruditionis,huius epilogi cenſor per ſenatum regium,electus.Et ſanè ſi opinio Gre.Lopez vera eſſet, multis periuriis, & litiū dilationibus occaſio ſuppeditaretur.

Bene verum eſt,quòd ſicut elapſis viginti diebus exceptiones peremptoriæ admittuntur, præſtito prius à reo iuramēto,de earū noua notitia:ita & ſimiliter admitterētur exceptiones dilatoriæ, eadem obſeruata ſolēnitate, in vim tamē perēptoriarū,vel præiudicialiū,& hoc caſu locū haberet opinio Gre. Lop.ſed nō vt ipſe exiſtimabat, in vim dilatoriarū,ad impediendū litis ingreſſum:nam vt prędixi intra nouem dies ſunt neceſſario proponendæ,&non poteſt hic terminus prorogari.

20 Lex.11.eiuſdē tituli.3.quę diſponit exceptiones perēptorias poſſe opponi ante,vel poſt litē cōteſtatā in quacūque parte litis,ante cōcluſionē ſententię,& ꝙ tales exceptiones poſt litē conteſtatā oppoſitę impediāt litis progreſsū, iuxta opinionē Azo.de qua.gl.&. dd.in. l.1.C.de ordi.cogni.&in.c.1.de ordi.iudi. extr. In vtroque corrigitur pe.d.l.1.ti.5.li.4.reco.nā hodie exceptiones perēptorię, & quæcūq; aliæ infra viginti dies poſt,cōteſtationē opponēdæ ſunt,poſt nō admittūtur,& minimè impediūt progreſſū litis,nec retardāt ꝓceſſum. Sed cū ipſo negotio principali ſimul pertractant,ex quo perpēdes not.differētiā inter ius nr̄m & coē.

Stilꝰ tamē coīs in ſupremis tribunalibus huius regni,id obſeruat,ꝙ poſt viginti dies ad.d. exceptiões proponēdas pręfixos,&poſt ſentētiā probationum(quam ſententia de prueba vulgo vocamus) ſi reus propoſuerit ſuas exceptiões perēptorias,& petierit ꝙ ea ꝓbationis ſententia,ſeu admiſsio comprehēdat illas exceptiones,& intelligat de eis,tanquā ſi ante, intra tempꝰ,

à lege

à lege cõſtitutum eſſent oppoſitę, (iudicibus ſupremis ita pronuntiã tib⁹) admitti ſollẽt, ſed nõ admitterentur per iudices inferiores: quia lex ſuppremis tãtũ hoc largitur, & ad eos ſeipſã reſtrĩgit: & hoc eorũ arbitrio, & non immerito tribuit, quę quidem praxis ab ipſa lege deſumpta videtur, ibi. *Y que no ſe alegan malicioſamente, &c.*

Aduerte inſuper, quòd ſi poſt publicationẽ cauſæ orireť aliqua exceptio, ſeu quęſtio falſitatis teſtiũ, vel inſtrumentorũ de nouo productorũ, talis exceptio, cũ eo tẽpore inſurgat, & oriať, poſſet opponi, & eſſet admittẽda iuxta deciſionẽ. d. l. partitæ, quæ in hoc remanet incorrecta, & cõmuni praxi obſeruatur, nõ tamẽ impedit talis quæſtio litis ꝓgreſſũ, ſed tacitè ad diffinitiuã vſq; remittiť, ſeu reſeruať: ſicq; corrigiť etiã in hoc prędicta. l. *11*. ti. 3. quę has, & ſimiles exceptiões impedire litis ꝓſequutionẽ dicebat: donec de eis iudex pronunciaſſet.

Teſte autem de falſo accuſato, proceditur iuxta formam. l. 57. tit. 5. lib. 2. nouę recopil.

21 Lex. 1. tit. *4*. par. *3*. quæ medicis, & aliis officialibus ipſo iure iuriſdictionẽ concedebat, in rebus ſuorũ officiorum. corrigitur per. l. 1. ti. *16*. li. *3*. nouæ recop. per quã hodie nullã habent iuriſdictionẽ, niſi ex ſpeciali conceſsione, aut priuilegio regis, vt ſupra litera. I. nu. *72*.

22 Lex. 5. titul. 4. part. *3*. quæ diſponit iudices ordinarios maiores viginti annorũ eſſe oportere, cui ſimilis eſt. l. 3. tit. *9*. li. *3*. nouæ recop. corrigitur ſeu limitatur per. l. 2. eiuſdem tituli. & lib. in iudicibus iuris peritis, quæ ante vigeſimũ ſextum annorũ eos iudices creari prohibet, & ſi creẽtur munus acceptare non poſſunt, ante illud tempus, ſub priuationis perpetuę pœnam: in militibus, & nobilibus, atque aliis perſonis non iuris peritis. l. partitæ remanet incorrecta, vt Greg. Lop. ibi exiſtimat, verſi. maior.

23 Lex. *6*. eod. tit. & part. quæ iudices poſt depoſitum officium per quinquaginta dies in prouincia reſidere iubeat: corrigitur per. l. *23*. titul. 7. lib. *3*. nouæ recop. quæ per triginta dies tantùm reſidere præcipit, & ita ſeruatur: vt ſupra litera. T. num. *62*. not.

24 Lex. 18. eiuſdem tit. & part. quæ locũ tenentes iudicum ſententias dicere nõ permittebat: corrigitur, per. l. *4*. d. tit. 9. lib. *3*. nouæ recopil. quę ſententias ferre ſicut ipſis principalibus permittit, idque vſus recepit: vt ſupra not. litera. D. nu. *27*.

L. 22. tit. *4*. part. 3. quæ in recuſatione iudicis delegati, & ordinarij diſcrimen conſtituebat, corrigitur per. l. 1. ti. *16*. li. de la recuſacion de los juezes ordinarios. lib. *4*. nouæ recopil. quia hodie per eam eodem modo recuſatur delegatus, atque ordinarius: ex quo ellicies antino. inter ius noſtrũ, & commune: nam idem quod in. l. part. cauebatur etiam in. l. apertiſsimi. C. de

iud.

iud.& in authen.ſi vero contingat. eodem titulo.

26 Item prędicta l.22.quæ recuſationem iudicis,abſque iuramento recuſantis admittebat, ſi à parte cõtraria non peteretur: corrigitur per.d.l.1.ti.16.li.4.nouæ recopi.& per.l.1.tit.10.lib.2.quę iubent,licet à parte non petatur,iurandam eſſe recuſationem,& ita ſeruatur, vt ſupra litera.R.num.3.notatur.

27 L.23.ver.*Caſi maliciosamente*, præcipiens iudicibus ordinariis eligere bonos viros,qui cognoſcãt de iniquitate,& iuſtitia ſententiarum arbitrariarũ,quæ per arbitros à partibus electos,latę fuerũt:vſu non recipitur:imo contraria conſuetudine abrogata fuit: quia ſoli iudices ordinarij, vt boni viri cognoſcunt de reducendis his ſententiis ad arbitrium boni viri: vt teſtatur Gre. Lopez ibi ver.hombres buenos.

28 Lex.5.ti.5.par.3. ver. *Fueras ende, &c.*quæ mulieribus permittit officiũ procurationis exercere pro aſcendẽtibus, vel diſcendentibus ſuis,qui ab aliis commodè defendi nequeunt:corrigitur,& reſtringitur quoad mulieres matrimonio mancipatas, quæ nec pro ſe, nec pro aliis poſſunt ſtare in iudicio,ſine maritorum licentia:vt diſponit.l.2.titulo.3.libro.5. recopil. nouæ eſt.l.55.Tauri: vide ſupra litera.V.num.17.&.18.

29 Leges.9.& fin. eodem titulo imponentes diuerſas pœnas (tamen diuerſis caſibus: vt Gregori⁹ Lopez pro earum concordia not. in ea.l.fin. verſic. deue morir) aduocatis præuaricatoribus: hodie ſunt correctæ,& in vtroq; caſu pœna illarũ reducta ad ſtatutã, per.l. 17.titulo.16.libr.2.nouæ recopila. vide ſupra litera.A.num.75.& litera. P.num.60.

30 L.7.eodem titulo,& part.correcta, vt not.ſupra litera. A.num.75.

